DE PHOENIGMIS LIBRI TRES.

In quibus agitur de vniuersa rubificantium Natura, deq; differentijs omnibus atq; vsu.


Psilotris, Smegmatibus, Dropacibus, Sinapismis simplicibus, ac compositis vulgo Vesicantibus; De quorum vsu in Febrib⁹ Pestilentib⁹ multa disputantur.

Ab HERCVLE SAXONIA, in Patauina Academia Pract. ordin. profitente, nunc primum in lucem Editi.

Ad Illustriss. Equ. & Diui Marci Procur. Ampliss.

LEONARDVM DONATVM.

✶ Cum duplici Indice, altero capitum, altero rerum notabilium. ✶



Patauij, Apud Paulum Meiettum. 1593.

ILLVSTRISSIMO VIRO

LEONARDO DONATO

Equiti, ac D. Marci Procuratori, & Reip. Venetæ Senatori Amplissimo.

HERCVLES SAXONIA S. P. D.

DE disputatione quam elapso anno de Phœnigmis institui, & sub Hieronymi Donati propinqui tui nomine in lucem edidi, nūc primum à me tribus libris comprehensa,

& absoluta, sub tuo nomine (Procur. Illustris:) promulgāda, tibiq; maximo Patrono offerrēda, ac consecranda diu hæsitaui. Id si quidem præclara tua in oēs, præcipue verò in me ipsum merita suadebant; cum tamen summo, iure mihi timendum esset, te doctrinam hanc falsitatis crimine aliàs damnatam, hanc ob caussam sub tuum patrocinium libenter non accepturum. Verebar quoq; te ob grauissima Reip: negotia, ac sapientiæ studia, quibus mirificè delectaris, illam quasi omni vtilitate, iucunditate, eruditione, ordine, elegantia, ac cœteris numeris, qui doctos viros iuuare, ac delectare solent destitutam, nec per otium, minus verò per negotium in manus legendam suscepturum. Etenim si vera dicere fas est, quid in re medica vtilis amplius scribi possit, vix animo concipitur; quando multis ab hinc annis, tot illustrium virorum opera, & labore, singulæ artis hujus partes non semel tantùm, sed & pluries ità sint exagitatæ, ut omnis dicendi occasio posteris videatur esse sublata. Neq; uerò qui-

bus

bus aliis nominibus eam tua lectione dignam arbitrarer, ita facile inuenire poterã. Quam enim quæso iucunditatem in se disputatio illa cõtinebit, quæ nil aliud quam obiectiones, & refutationes sapere uidetur? propterea (ut in prouerbio est) inter Echinopodes, & asperam Ononim continuò ferè versatur? Sed quis etiam eruditionem, ordinem, vocum proprietatem, periodorum numerum, aliaq; id genus plurima in eo opere pollicebitur, quod cum tribus tantum mensibus incœptum, & absolutũ sit, nec debitam maturitatem, nec antè publicam hanc editionem, docti alicuius uiri Iuditium, aut censuram expectare potuit? Notum enim illud est quod apud Quintilianum legitur; Nil rerum, Naturam uoluisse magnum fieri citò, & cuiq; operi pulcherrimo difficultatem proposuisse. Vt propterea mihi in præsentia hactenus imperfecte explicata perfectiora reddere contendenti, suspitio aliquando oborta sit, ne quasi Ceon, & Babys peius quam anteà scriberẽ. Hæc igitur, me à dicando tibi opere deter-

rere

rere uidebantur. Cœterum acuratius om-
nia consideranti, nihil tandem eorum, quæ
obuiam facta sunt, me tuo indignum patro
cinio reddere posse cognoui. Disputationē
quidem superioris anni, falsitatis crimine
damnatam fuisse fateor, conuictam verò es
se, non ità facile mihi persuadeo. Cum aũt
in contentionibus ad sapientiam spectanti-
bus, alii quidem Iudices, alii uerò protecto
res sibi ipsis constituant, quamquàm ego
te talem esse cognosco, qui ob eximiam re
rum cognitionem, de singulis iuditium fer
re possis, hac tamen in re, iustum tantum
tuum patrocinium exposco; quem, & ob
familiæ tuæ nobilitatem, & maiorum insi
gnia, ac proprium splendorem, utpotè iam
omnibus Reip: magistratibus pluries fun-
ctum, equestri dignitate ornatum, & ad Pro
curatorium gradum, (qui in Rep. Veneta
post Principatum supremus est) maximis
meritis euectum, talem ergà me ipsum, &
mea omnia futurum polliceor, qualem, ab
ortiuus hic partus præter omnem meã ex-
pectationem tam cito in lucem editus, re-
quirere

quirere uidetur. Quod eò libentius facio, & expecto, cum sciam, hos meos labores qualescunq; tandem illi fuerint, in hunc ordinem dispositos, & hunc finem adeptos, à nemine antè me tentatos fuisse. Ampla .n. est rei Medicæ sylua, & unicuiq; ætati selectum quid scribere, fortè diuinitus datum est; nam ut apud Theocritum legitur.

Gignit hyems q̃dã, sed q̃dã gignit et æstas.

Libros igitur de Phœnigmis nupertimè cõstructos, quos tibi uoueo, ac dedico, ob Materiæ saltem nouitatem libenter legas: si .n. (ut est apud Antiphanem.)

Quoddam incæptũ, quamuis audacius,
Antiquis nimio, multis est utilius.

hos quoq; si non omnibus, at saltem pluribus, frugi quandoq; futuros spero. Cœtera omnia multo perfectiora desiderari posse non ignoro, sed à te æquo animo accipienda minimè uereor: qui, etiamsi non minus in seriis, quã in politioribus studiis, ac dicẽda oratione tantum ualeas, quantum grauissimus Sen: Venetus, Ampliss: Principes, summiq; Pontif. maxima eorum admiratione

tione

tione experti ſunt;attamen ſi de ullo alio,ac certe de teipſo,ea uere ſcripta eſſe mihi ipſi polliceor.

Velut Echinopodes in aſpera via.

Molles vbi violæ naſcuntur lactea.

te.n.ſimiliter ueritatis,ac utilitatis flores, ex inelegāti hoc meo opuſculo deſumpturū, duriora verò,& aſperiora quæq; pio,ac benigno animo excuſaturum mihi perſuadeo. Librum igitur meæ ergà te obſeruantiæ,ac deditionis argumentum,ſuſcipe;quē vt pro tua amplitudine,& authoritate à detractoribus tueri, & me, ſtudiaq; mea, (vt hactenus feciſti) alere, atq; augere velis, ẽt, atq; etiam rogo. Vale.

Dat. Pataui viii. Id. Madii. M.D.XCIII.

Viro

Viro Clarissimo

D. HERCVLI
Saxoniæ.

Doctori Medico εὐσχήμονι ϗ ἐνδόξῳ eruditè de Pyroticorum Medicamentorum vsu differenti:

Præceptori benè de sè merito.

Iacobus Zuingerus Theodori Fil. qr.

HERCVLEVS labor hic. Petis heus quis Sisyphe SAXVM?
Quisue vrges? Sapias. Nam labor Herculeus.

Ad Librum Authoris de Phœnigmis,

Frācisci Poliæ Siculi Leontini Philosophiæ, ac Medicinæ Doctoris.

EPIGRAMMA.

FEbribus est Medica nil peius in Arte malignis;
Debet in his Medicus sedulus esse malis.
Dum tu Phœnigmos docto certamine laudas,
Diuinum inuentum pandis in orbe, Liber.
Hanc pius Humanas gentes miseratus Apollo
Pestifera oppressas febre, parauit opem.
Dulcius his certè nihil est mortalibus ægris
Hac ope, nec certè dulcius esse potest.
Hinc tua docte Liber volitabit fama per orbem;
Hinc erit æternum nomen vbiq; tuum.
I fœlix igitur, nam te comitatur euntem
Laus alma, illustris gloria, magnus honor.

† In

In D. Herculis Saxoniæ Pyrotica.

Scipionis Mercurij Medici ac Philosophi EPIGRAMMA.

MAximus (vt fama est) Alcides, ignibus Hydram
Multiplicem, gelidæ monstra repressit aquæ.
At nouus Alcides rabidæ contagia pestis,
Igniferamque nouo, comprimit igne luem.
Ingenium Natura stupet: calor ecce calorem
Corrigit, en flammam, corpore flamma fugat.
Inuide quem laceras? iuuat iste potentibus ægros
Auxiliis: dici Phœbus in arte potest.
Parce Viro certare miser, spoliabere Phœbo
Marsya, detracto, tergore mutus eris.

Typographus

TYPOGRAPHVS
Ad Lectorem.

MIraberis fortasse (Benigne Lector) Libros de Phœnigmis ab authore sub finem mésis Septembris anni præteriti iam absolutos, hoc tantum tempore in lucem prodiisse; illosq; distinctis indicibus donatos, ac propriis cartharum numeris signatos fuisse; præterea uero innumeris ferè mendis refertos esse. Cessabit tamen admiratio, ubi horum omnium causas intellexeris. Vt enim ab hoc postremo incipiam, scias, Saxoniam statim à perfecto opere in grauissimũm, ac periculosissimum morbum incidisse; à quo per integrũ Octobris mẽsem uexatus, & circa Nouembris initium uix restitutus, cum publicis iam Lectionibus incumbere cogeretur, idcirco neq; primum exemplar obscuro satis carectere cõscriptum, ac multis sanè locis deletum, aliis uero auctum, uel transpositum, in politiorem, & clariorem formam conscribere, nec ultimam illi manum imponere potuit. Nos itaq;

in tanta litterarum obſcuritate, integrarumq; linearum permutatione uerſantes, omni etiam noſtra adhibita cura, ac diligentia, opus hoc ab infinitis fere erroribus immune reddere non potuimus. Quod uero cuiq; libro, ꝓpria cartharum ſeries, & proprii indices fuerint deſſignati, in impreſſorum diuerſitatem refertur. Et enim Primum, ac Tertium librum Patauij dum Secundus ſub prælo Venetijs eſſet, excuſſos fuiſſe intelliges.

Id uero etiamſi eo conſilio ab authore factum eſt, ut uolumen quam primum publicū fieret, ex uoto tamen minime ſucceſſit: cūm uarias ob cauſas hoc loco minime receſendas, primus liber tres integros menſes, alii duo totidem antequam abſoluerentur, exquiſierint. Vtcunq; res habeat, pro nunc, tractationem quacunq; tandem ratione in manus tuas peruenerit, libenter legas. Tibi certo perſuadens, hanc ipſam ab authore aliquando diligentisſime recognitam, (ſi Deus Opt. Max. illi uitam, firmamq; ualetudinem concesſerit) multo emendatiorem in lucem prodituram. Interim errata potiora ſic corriges, omnia .n. colligere operoſum nimis, & inutile iudicaui. Vale.

Primi

Prim i libri errata præcipua ſic corrigito.

Prior numerus paginam, ſecundus lineam oſtendit, littera B. poſteriorem paginæ faciem ſignificat.

pag.2. l.15.quidam lege quidem.
pag.3. b. inter nos l. internos.
pag.9. b.l.1.tanquam ueneno, l.tanquam ſimplici ueneno:
pap.14.l.17.auditorem l.authorem.
pag.20.l.15.denui l.demi.
pag.20.b.ſuſorij l. ſutorij.
pag.21.l.11.primo de compoſitione l. quinto de compoſitione.
pag.26.l.12.hunc hæc modum habeat, l.hæc habet.
13.ſex cuncem l. ſex uncem.
pag.27.b.l.19 uocetur: ex unere l.uocetur ex cinere.
pag.29.b.l.4.qua l.quod.
pag.34.l.7.robur l.rubor
pag.49.b.l.14.ſi lancinare, limneſtris,
pag.52.a.l.12.nuntius l. mitius.
pag.58.l.1.acra l.acria.
pag.58.b.l.10.ſubiunga l.ſubiungat.
pag.66.b.l.i.dele aut Arabibus.
pag.68.l.17. Gal.l.Paulus.
pag.69.l.ultima torquenti.l.torpenti.
pag.72.l.18.principij l.principijs.
pag.72.b.l.15.lib.iij. l.lib.iiij.
pag.73.l.20.came l.carne.
pag.73.b. l. ultima, repletione l. replente.
l.18. perducantur l.producantur.

pag.75.

pag.75.b. l.3. gummitibus l. gummi.
pag.78. b. l.18. effectione l. affectione.
pag.93. l.22. interni l. internis.

Secundi libri errata præcipua sic Corrigito.

pag.15.l.9.eam l.esse.
pag.19.l.8.multo l.& linea 10.expugnandum l.expugnandam.
pag.20.l.5.terrare l.terræ, linea 20.& stagnis l. ex stagnis.
pag.23.l.8.accederat l.accenderetur.
l.10.bineolentes l. bene olentes.
pag.23.b.l.3.multam l.nullam.
pag.23.b.l.16.fillam l. Gallum.
linea ultima constituat l.nullam constituant?
pag.25.b.l.7.consequentes l.consequenter
pag.26.b.l.14.uenenæ l.ueneni.
pag.27.b.l.18.probatum l.productum.
pag.28.b.l.15.huius l.huic.
pag.29.l.3. degenerarentur l. degenerarent?
b.l.22. maxima l. maximas.
pag.32. l.8. omnibas l.omnibus.
pag.36.l.9.constitutione l.constitutionem. l. 17. quoq; l.itaq;.
pag.38.b.l.17.uirum l. uirulentiam.
pag.41.l.9.remotam l.remota. b.l.5.nostre l.nostro.
pag.42.l.9.qua l.quæ. b.l.15 eo l.&
pag.46.b.l.19. abtuisse l.adfuisse.
pag.47.l.12 quod iam ut iam antea lege. quod ut antea.
pag.50.b.l.9. priusque non l.priusquam.
pag.61.l.10.acritatem l.acuitatem.
pag.72.b. l.14. alia l.alias.
pag.78.b.l.21.fenebris l.tenebris.
pag.81.l.19. sola l.tota.
pag.83.l.12.descripsisse l.desūpsisse. b.l.1.duodecimū l.uigesimū.
pag.87.l.5.angumento l.augumento. b.l.5.dubia l. dubiæ.
pag.88.l.5. talem l.tabem.
pag.89.l.20.periculosus l.periculosos.
pag. 90.l.3.symptoris l.symptomatis. b.l.16.forum l.focum.
ag.91.b.l.6 comprehendere l.comprehendente.

Pag.93.

pag.93.l.20.de fluxione.l.ex fluxione.
pag.95.l.18. ibi lege ubi
pag.99. l.5. naturam l.natura.
pag.100.b. l. 7.euitendum l.enitendum
pag.101.l.19.satisfaciat l.satisfaciet. b.l.6.ipse l.ipsum.
pag.104.b.l.4. reuellare l. reuellere.
pag.105.l.21.gratiam l.gratia.
pag.106.l.18.naturam l. natura.
pag.109.l.penultima,uniuersa l. uniuersæ.
pag.111.l.16.refellare l.refellere.
pag.113. l.5.pauca l. paucam.
pag.114.l.14.principij, accessionis l.principij accessionis
b.l.20.panem.l.partem. b.l.ultima intacta l iam tacta.
pag.123.b.l.19.ex uenarum l.externarum.
pag.127.b.l.1.pro scrupat l.præscriptis. b.l.20.clici l. elici.
pag.118.l.6. quis l.qui
pag.130.l.xi.refrigeratur.l.refrigerantur.
pag.136.b.l.ultima intantum l.intentum.
pag.139.l.14.electiua l.electiue.
pag.142.l.ult. l.inunctiones, animalia exenterata,cucurbitulæ.
pag.143 b.l.5.& illa l.& iu illa. lin.8.putredine induxit l. pu-
tredinem inducit.
pag.144.l.6.non l. uix. b.l.17. 21.l.secundi
pag.149.b.l.1.obru l.horum.
pag.157.b.l.16.incertitudines l.incertitudinis.
pag.162.l.12.sufficiunt l. sufficiant. lin.19.licet l.liceat.
p.162. b.l.penult. seminales corruptione l.seminalis corruptionē.
pag.163.l.21.sex l. in sex.
pag.165.l.1.infirmandū l.confirmandum.b.l.ult.piculo l.a piculo.
p.167.l.6.propositione l.proposuisse.b.l.7.cōuertatur.l.cōnectatur
pag.168.l.22.in fere si nilum l.fere, si nil. b.l.8.cor l.ros.
pag.172.l.17.demonstrationem l.denominationem.
b.l.7.accommodatum l.accommodatur.
pag.173.l.22.uiri l.uini.

Tertij lib.errata p̄cipua sic corrigito.

pag.6. l.12. posset l.posse. b. l. 18. priauum l. primum.
pag.8. l.13. possent, l.posse?

pag.10. l. xij. esse, l.non esse. b.l.18.opinione l.opinionem.
pag.13.b.l.1.argumentum l.argumenti.
pag.20.b.l.3.agere l.egere.
pag.33.b.l.3.contulit l.consulit.
pag.36.l.21.concedantur l. conceduntur.
pag.39. l.9. insensibili l.insensibilis. b. l.3.suscipe l.suscipere.
pag.43.l.13.scribenti l.scribentis.
pag.44.b.l.9.uarium l.narium.
pag.47.l.4.illa l. illas. b.l.est ex l.est.
pag.48.b.l.19.forestens l.Foreslus. lin.21.sanguinis.l.sanguis.
pag.44.l.5.quoniam l.quam. b.l.penultima motu dele
pag.56. l.3.menstrua l. menstruæ lin.4.factiones l.sectiones.
l.16.doceat l.docet lin 20.connumerantur l.connumeratur.
pag.58.l.3.lieurem l.liuorem. l.15.stionibus l.stioribus.
pag.60.b.l.penultima hipochondicorum l. hipocundriorum.
pag.62.b.l.19.suppressas l.suppressos.
pag.65.l.4.quis l.his.
pag.69.l.12.ne l.me.
pag.77.l.17.dele meth.
pag.79.l.3.pertiuere l.pertinere. b.l.7.augent.l.amouent.
pag.80.l.16.turgidam l.materiam turgidam.
pag.85.b l.21.hac l.hæc.
pag.88.b.l 22.in margine lib.xij. l. tex.xij.
b. l. ultima idest l. id est.
pag.94.b.l.2. pracisssimas l.prauissimas.
pag.93. XCI. l XLI.
pag.99. b. l.3. XCII. l. XLII.
pag.109.l.3.temporis l.tempore.
pag.110.b.l.5.ulceribns l. ulceribus.
pag.111.b.l.12.babit l.habito.
pag.120.l.11 tractamus l. trahamus.
pag.127.l.2.scribi l.scribit. l.penult.fortidam l.fætidam.
l.ultima putredis l.putridis.

Index

Index Capitum Totius Operis

Capita Primi Libri.

Capita Secundi Libri.

An

Ex

c Capita

Capita Tertij Libri.

Refelluntur

Index

Index Rerum Memorabilium Primi Libri.

CVM ut integrum opus citius in lucem prodiret, imprimi cœperit secundus liber, antequam primus totus absolutus esset, itemq; tertius prælo subiectus sit, nondum expedito secundo necessitas inde tulit, seriem numerorum ab unitate incipientem in singulo quoque libro separatam instituι quapropter mirum nemini contingere debet, si in Indice conscribendo, idem ordo distinctionis librorum & numerorum fuerit seruatus. Alias si forte dabitur occasio simul continuatę prodibunt uolumen & Index.

Author

INDEX

in

Index Rerum Memorabilium Secundi Libri.

Corruptio

con-

&

con-

Venenum

Index

ndex Rerum Memorabilium

Tertij Libri.

f Coctio

repre-

Tau-

Præfatio.

AD LECTOREM
PRAEFATIO.

TANTA fuit olim in debellandis quibuſcũq́;, aut pernicioſis, aut confirmatis & antiquis morbis, veterum medicorum cura ac diligentia, vt nihil omnino ab illis prætermiſſum eſſe videatur, qđ latentem in corpore noxium humorem, & contumacem ſuperare, atq́; ex profundis partibus educere poſſet. Hinc tam grandis, tamq; diffluens exorta eſt medicamẽtorum cuiuſcunq́; generis ſylua, per inteſtina videlicet, os ſupernum, nares, & vterum, vrinarium meatum, ac vniuerſam deniq́; cutem, expurgantium, catharticorum inq̃, vomitoriorum, apophlegmatiſmatum, errhinorum, mẽſes & alias ſanguinis fluxiones mouẽtium, diureticorum, per halitum digerentium, & ſudorem ꝓuocantium; quibus non contenta anti-

quitas, exteriora quoq; medicamenta super-
addere voluit: rarefacientia, emollientia, exter
gentia, attrahentia, laxantia, extenuantia, con-
coquentia, pus mouentia, anodyna, dolorem
excitantia, vesicantia, putrefacientia, escharo-
tica & cathæretica, atq; alia plurima, à singula
ribus quas obtinent facultatibus, nomenclatu-
ram suscipientia; quorum auxilio nihil tam ar
duum, nil tam difficile humano corpori vn-
quam superuenire posse putauit, quod aut con
uinci, aut saltem mitius reddi non posset. Ho
rum igitur naturam, vires, vsus, operationes,
& opera, priscorum patrum monumentis insti
tuta, declarata, & administrata, maiori ex par
te à recentioribus etiam tantopere illustrata,
longo habitu, ac experientia comprobata, ac
tam libenter accepta esse video, vt nullum ferè
sit auxilium medicũ, de quo à pluribus amplis
sima nõ sint instituta cõmentaria. Vnusquisq;
enim ꝑ suo arbitratu, vel simplicem medici-
nam, seu veterem, seu nuper inuentam, aut
vtranq; simul explicandam suscepit; alij com
positam, quidã internam, nõnulli ẽt externã,
aggressi sunt vt ppea multorum opinio iam
inualuerit, Medicinam tã diuitem ac locuple-
tem hoc tempore redditam esse, vt nihil am-
plius scribi possit, quod pluries repetitum nõ
sit. Ego verò, quamquam minime recuso, ar-
tem

tem hanc nostram ad summum perfectionis & dignitatis fastigium peruenisse, & vix aliud quicquam, quod diligenter excussum non sit ac pluries explanatum, reperiri posse, in ea tamen parte quæ ad Phœnigmos pertinet, eandem infirmã adhuc, & mancam esse arbitror, qui sciam auxilium hoc frequenter apud priscos vsitatum, nunc quidem à paucis cognitum, à nemine vero integre explicatum esse. De Cauterijs sanè, quæ ad Phœnigmos quadã ratione accedere videntur, quantum satis fuit, Michael Gauesettius, qui superiorib⁹ annis Patauij medicinam factitauit, scripsisse visus est, qui etsi nonnulla tantum, advesicatoria etiam pertinentia, & quidam obiter intexuit, hæc tamen potius ad explicandam breuibus eorum essentiam & rectũ administrandi modũ, quam ad varios vsus describendos (quod ego multo præstantius existimo) pertinere videntur. Hollerius autem, vir sanè doctiss. & experientissimus, de Dropacibus & Sinapismis, ad hæc medicamenta spectantibus, sub Pyroticorum nomine pauca quidem, sed egregia satis & ad propositum nostrum summopere conducentia proposuit: cui hac in re, sicuti & alijs multis, vnusquisq; Medicæ artis professor maximam gratiã habere debet. Cæterũ hæc quoq; multo pauciora sunt, quã vt amplitudini hu-

ius tractationis satisfacere queant. Nolim tamen quempiam ex his verbis animo concipere, me plus meæ disputationi anno elapso de Phœnigmis institutæ tribuere, quam præsenti Hollerij tractationi. Etenim vt ingenue veritatem ꝓfitear, disputatio illa non modo aliquid plus continet, q̃ diuinus ille vir nobis pręstiterit, imo vero minus, cum d̃ Dropacibus nulla apud me facta sit mentio: de Vesicantibus autem, ea tantum, quæ ad pestiferas febres expugnãdas videbãtur magis necessaria, sint enarrata. Imperfecta itaq; est Hollerij tractatio, at nostra adhuc imperfectior. Scripsit & de ijs nuperime Octauianus Roboretus Medicus Tridentinus, vir quantum ex illius scriptis colligere possum, ꝓbatæ eruditionis, & in classicorum medicorum doctrina multum versatus; qui siuè nostram legerit tractationem octo saltem mensibus antea q̃ ipse emitteret, in lucem editam, siue non uiderit, certum est de Vesicantibus tantum in febre pestifera administrandis disputationem instituisse: quam additis quibusdam rationibus, & locis ab eo diligenter expensis, & accuratè examinatis, aliquantulum auxit, vt pro tali offitio apud omnes non mediocrem sibi laudem comparare mereatur. Cum uero multo plura de hoc ipso remedij genere supsint dicenda, quam à quo

quam

quam alio, ex his quæ ad nos peruenerunt hactenus, scripta fuerint; profecto artem medicam in reliquis omnibus suis partibus iam satis locupletem, in hac ipsa adhuc pauperem, constituere oportet. Multa profecto & forte quantum satis erat, de hac re apud plurimos ex antiquioribus græcis scripta fuisse, Gal. testimoniū psuadet, qui nō modo hæc ipsa remedia ex Asclepiade, Archigene, Andromacho, Critone, Hera, Cleopatra, Sorano, Rufo, atq; alijs plurib⁹ desumpta, ad varias affectiones accōmodata ꝓponit; sed & illorum libros de Externis, plærunq; in memoriam reuocare consueuit. Hi igitur, si ad nos tales deuenissent, quales conditos fuisse credimus; profectò nulli hunc in præsentia laborem subire amplius esset opus. Sed quando docte & sufficienter scripta, temporum iniuria summa mortalium pernicie periere: æquū esse videtur remedium tantopere superiorib⁹ seculis in vsu habitum, cuiuscunq; periculi expers, leuissimo negotio parabile, ad expugnādos quosuis morbos aptissimum, in tenebris ferè iacens, in lucem reuocare & pristinę dignitati restituere; quod ab alijs potius factum esse quam a me ipso, libenter expectassem, qui vires meas huic prouintiæ longe impares agnosco, neque is sum, qui egregium quid, atq; emunctis naribus dignū

proferre

ꝑferre posse ꝓfitear; cum tamen usq; ad hoc tempus, neminem qui integram hanc ꝓuinciam susceperit, mihi videre licuerit, meas partes esse duxi, huius remedij tractatum, qualiscunq; ex viribus tã infirmis, quales meas agnosco, esse possit, ĩstituere: ĩ quo si talia ac tot minime pficere potero, qualia & quot à præclaris istis Heroibus olim expressa fuisse mihi psuadeo, saltẽ apud quoscũq; ꝓbos viros me excusatum fore iudicauero, qui doctrinam tam vtilem, tam humano generi necessariam, in aliquam formam, & perfectionẽ si minime redigere potuerim at saltem utiliter tentauerim. Præclara sanè ut arbitror, & iucunda erit hæc tractatio, quæ tota ex ueterum monumentis, præcipuè vero ex Oribasio, Aetio, Paulo, Gal. & cæteris iã præ nominatis erit desũpta. Vtilis quin etiam, vtpote quę nõ solum pnitiosos ac pestiferos morbos, sed & rebelles, ac inexpugnabiles inter nos & externos, cutaneos & ꝓfundos superare doceat; hæc .n. ea inquirit, de quibus scriptum est: Quæ nõ sanant medicamenta, sanat ferrum, & q̃ non sanat ferrũ, sanat ignis, & quæ non sanat ignis, insanabilia sunt, q̄bus tam promptè tamq; fœliciter ad qualscunq; ferè affectiones vsa est antiquitas, vt quando cœtera iam remedia frustra adhiberi videbantur, confirmatas qualscunq; affe-

ctiones

ctiones, quasi miraculo superaret ; sic enim Alopetiæ, Ophiases, Phthiriases, Lichenes, alphi, lepræ, psoræ, elephantiases, atq; alię id genus cutaneæ affectiones; sic inueterati capitis dolores, cœphaleæ, hæmicraniæ, aliaq; eiusdem partis vitia, epilepsiæ, apoplexiæ, paralyses, conuulsiones, coma & lethargus, destillationes variæ, dyspnoeæ, ventriculi imbecillitates, uomitus, colicæ & nephriticæ affectiones, hydropes, lienis & vteri passiones, articulorumq; dolores, non difficili negotio superantur. Quapropter summopere nostri sæculi hac in re socordiam mirari licet, quod remedio tam præstanti ac nobili, tam præsentaneo & tuto, tam familiari & facili ex toto fere prætermisso, pro prædictis expugnandis affectionibus magis sibi ea medicamenta eligẽda esse putet, quæ ex peregrinis partibus & longinquis locis afferuntur, quamquam sapore odoreq; omni medicamentario destituta, puluere tantum & carie referta sint; quam remedia hæc vndiq; apud nos in agris, & pratis, in collibus, hortis, ac viretis tam familiariter nascentia, quæ vnusquisq; etiam ex tẽpore, siue in vrbe siue extra vrbem, etiam sine ne pharmacopolæ auxilio, nullo deniq; negotio sibi parare potest: quam rem Plinianis uerbis nos quoq; deplorare possumus, quæ hunc

Lib. 24. cap. primo.

in

,, in modum habent: Hæc sola naturæ placuerat
,, esse remedia, parata uulgo, inuentu facilia,
,, ac sine impendio, ex quibus uiuimus: postea
,, fraudes hominum & ingeniorum capturæ of
,, ficinas inuenere istas, in quib[9] sua cuiq; homi
,, ni venalis promittitur vita, statim composi-
,, tiones et misturę inexplicabiles decantantur.
,, Arabia atq; India in medendo existimantur,
,, vlceriq; paruo medicina à Rubro Mari im-
,, ponitur cum remedia vera quotidie pauperri
,, mus quisq; cænet. nam si ex horto petatur aut
,, herba, vel frutex quęratur, nulla artium vilior
fiat. Hæc Plinius, qui quamquam summa cũ
ratione ritum sui temporis in quæritandis &
recipiendis externis medicamentis improba-
re videatur; longe tamen nos maiorem id ip-
sum faciendi occasionem habemus; qni non
amplius cinnamomum, nucem muscatam, ca
ryophyllos, piper, atq; alia id genus sanè gu
stui & olfactui gratissima, pluribus etiam affe
ctibus valde conferentia suscipimus: sed sal-
sam, chinã, scorzoneram, sassafras, lapidesq;
bezuarticos, forte vulgari illi lapidi hætiti si-
cuti forma & materia similes, ita viribus mi-
nimè superiores recipimus, quos tamen tan-
ta pœcunia nobis comparamus, quantam for
tasse pro ipsamet sanitate emenda libentissi-
me impenderemus. Hæc autem non ideo di-

cta

cta sunt, vt quispiam existimet me omnẽ hisce remedijs fidem abrogare, atq; ex toto illorum vsum reprobare; neq; enim hoc ego dico, qui puto in quibusdam casibus ea esse vtilia, & à cunctis libentissime recipienda, atq; admittenda, nostra tamen hæc remedia, longe præstantiora, & efficaciora me arbitrari fateor, vtpote quę & plurib⁹ vitijs succurrant, & illa fortius ac citius expugnare valeant, quã quodquis aliud ex iã prænarratis præstare possit. His vero oĩbus illud quoq; accedit, hanc medẽdi rõnem non esse vsq; adeo molestam; cum circa externas tantum partes, ignobiles sanè, nec exquisito admodum sensu prẹditas, versetur; quæ propterea sine vlla patientis nauseæ suspitione, aut uentris perturbatione, aut virium incommodo, opus suum perficere valent; id quod de medicamentis per os assumendis, dici non potest, quorum talis est iniucunditas, vt cuicunq; cutaneo dolori, imo verò, & morti sit præferenda; talis est perturbatio ac periculum, ut quandoq; patientes sub illis prorsus succumbere, quandoq; vero toto suę vitæ tempore valetudinarios esse contingat. Id quod, cum de vesicantibus minime dici possit, sed vna ferè tantum molestia ipsis inferri videatur, profectò hanc quoq;, vt suo loco ostendam; ab ijs ablegãdam esse censeo;

neq; enim existimandum est, Asclepiadem, Medicum alioquin omnium clementissimũ, qui primus veterem medicinam immutauit, & cruciatus omnes detrahere voluit, ac blandimenta varia, lectos inquam pensiles, balnea, frigidæ potum, atq; alia id genus ad ægrotantium demulcendos animos excogitauit; tam facilem in his administrandis auxilijs esse potuisse, si maximum in illis cruciatum deprehendisset: qui .n. organa pro angina curanda, atq; alia id genus periculosa ex toto sustulit, in Phœnigmorum vsu talis non fuisset, qualem ex Gal. exitisse cognouimus. Quod si aliquam quoq; huic medicamento molestiam coniunctam esse fateamur, vnusquisq; sciat, nihil citra noxam egregiam operam præstare posse: & apud Sophoclem legi:

" Mali nihil esse, quod cum lucro iunctum est. Quod cõfirmasse videtur Plutarchus, qui in lib: de tarda Dei vindicta hunc in modũ scribit:

" Ridiculus sit, qui dicat iniustum esse, ex co
" xendice laborantium adurere pollicem, aut
" suppurato iocinere imum uentrem incidere.

Hanc igitur de Phœnigmis tractationẽ ita explicabo, vt quoad vires meç ferre poterunt, nihil quod ad essentiam, differentias, vsus, & operationes, modumq; administrandi pertineat

neat, vlla ex parte prętermittatur. Cum verò in artis,& medentium vtilitatem, non autem in fucum,& uanitatem, id quantum est oneris à me susceptum esse intelligam, nullus eam dicendi varietatem, ac multiplicitatem expectet, quæ potius oblectare, quam iuuare solet. Noui etenim id verum esse, quod apud Athenæum aliquando dicebat Hippon, multa variaq; doctrina, nihil esse vanius. cui consentiens Heraclitus, nihil, aiebat, docere multiplici doctrina instructam mentem. Quod à Temone etiam confirmatum est, prædicante, amplificata prolatataq; doctinę uarietate, nihil esse futilius. Nudam itaq; rerum veritatem, puram putam,& ab omnibus blandimentis longè distantem, quoad eius fieri poterit explicabo; illamq; à cunctis calumnijs, obiectionib⁹, difficultatibus, controuersijs liberare,& extricare conabor. Quo in loco non possum (ita me Deus amet) non summopere turbari, & dolere, quod cum Massaria mihi disputatio suscipienda sit. Ego enim, qui celeberrimum hunc virum, Scholæ nostræ Patauinæ professorem primarium, cùm de vniuersa re medica scribendo, publice docendo, medicinam faciendo; tùm verò de me ipso, propter honorificam de nobis factam mentionem, optime meritum, semper tanquàm ætate,& eruditio-

Lib. xiij. Deipn.

ne maiorem ſum veneratus, non libenter talem cum eo prouinciam ſuſcipio, quem potius ob iam dictas cauſſas diligo,& ab eodem vicisſim diligi cupio. Sed cum ille non tantũ diſputatione contra nos edita; (hoc enim illũ feciſſe minime vitio verto, imo verò quod veritatis examinandę cęteris etiam occaſioné præbuerit,collaudandum eſſe iudico) cum tamen, tot contumelijs,falſiſq; impoſitionib⁹, ac figmentis, alijſq́, id genus interprætationibus,à noſtro, & verò ſenſu longè lateq; recedentibus,nos ipſos excitauerit,ac prouocauerit:non potui ſanè proprię, & eiuſdem Maſſariæ dignitati conſulens(cuius indignum Antagoniſtam me conſtitutum arbitrarer,ſi tam falſa ac puerilia vllo vnquam tempore excogitaſſem)non potuì inquam nō libenter,cunctis hæc omnia aperire, palam omnibus facere, figmenta detegere, integram deniq; veritaté aperire. Itaq; benigne Lector,cum in hęc incideris,vt ſingula attente legas, accurate conſideres,& iuſte iudices,imprimis opto. Cætera verò omnia ęqui boniq; conſulas etiam, atq; etiam rogo. Vale.

HER-

HERCVLIS SAXONIA PAT. DE PHOENIGMIS IN GENERE.

CAPVT PRIMVM.

PHOENIGMI nomen, non raro apud antiquiores medicos vsitatum fuisse, inuenio. Aetius .n. in proponendis dysenteriæ variis epithematibus, Vtendum autem, inquit, & ad hæc rubefaciẽtibus cutem, phœnigmis à Græcis vocatis: Et in curatione splenis in Scirrhum indurati, dicit: Efficaciter autem in ipsis Phœnigmi auxiliantur, tum qui ex Sinapi apparantur, tum qui eis similes consistunt. Paulus etiam in cap. de Paralysi, hæc de Phœnigmis habet: Cæterũ Phœnigmi in hac solutione constitutis vel in primis conferunt. Gal. quoq. 7. Meth. de ventriculi imbecillitate verba faciens, phœnigmi his verbis mentionem fecit: Quòd si horum nihil pfecisset commune omnium remediũ, „ *quibus*

3. Tetrab. serm: pri. Cap. 55.
3. Tetrab. Serm. 2. ca. xi.
Lib. 3. cap. 18.
cap. 4.

„ *quibus imbecillitas nocet in fine adhibuisse,*
„ *nempe rubrificationem (* φοινιγμόν. *græce*
„ *vocant.) Porrò quamquam Phœnigmus, à propositis iam scriptoribus, non sēper uno et eodem modo accipiatur, sed quandoq; unū, aliquando uero aliud medicamenti genus, de quo infra sum dicturus, significare videatur: nihilominus, si ipsius vocis proprietatem respiciamus, nomen hoc, nullius particularis aut determinati medicamenti proprium est, sed potius indeterminati & generici; quod tamen multa, ac sanè varia & extrinseca remedia subse continet. Dicitur .n. Phœnigmus* ἀπὸ τοῦ φοινίσσειν. *idest, à rubificando; & si eius essentiam definitione complecti liceat, nil aliud est, quam Medicamentum extrinsecum, calidum & acre, attractorium ex alto, parti cui affigitur ruborem inducens. Itaq; ut calidum, græ-*

Lib.7.ca.19.

cis quandoq;, ut Paulo, θερμαντικόν *dicitur; ut vero acre & mordax, ac consequē*

5.Simpl.c.2.

ter dolorem excitans, cum Gal. ὀδυνηρὸν *vocari potest. Ut autem humores in profundis partibus existentes, ex alto in summam cu-*

tem

tē attrahere valet, à Gal. quādoq. Μεταϲυγ- *κριτικὸν. vocari cōsueuit, reiecta in totū ab eodē Gal. huius vocis significatione, à Thes- salo & sequacib⁹ vsitata, q̄ nil aliud, q̄ mea- tuum alienam à natura confusionē continē- tiū commutationē explicare videtur. Qua- tenus autem ruborem inducit, gracis, vt di- xi,* Φοινιγμός. *latinis autem, modo rubefaci- ens, quandoq. rubificatiuum vel rubrificati- uum, aut alia consimili voce nuncupari so- let. Quòd si quispiam ob igneam uim & fa- cultatē,* Πυρωτικὸν *quoq. appellare voluerit, nulla ratione improprietatis ipsius vocis ac- cusandus erit. Cum itaq. propositum medi- camentū tot vocibus exprimi possit, quot iā à nobis exposita sunt, qua singula, singulas etiam virtutes & actiones explicare posse videntur, mirum non est, si varias etiā sub se species ac differentias contineat: quarum alia, de calidioribus, acrioribus, magis attra- hentibus, ac rubificantibus medicamentis di- cantur; alia verò, de minus calidis, acribus, attractoriis, ac rubificatoriis; vt propterea, quadam corpori adhibita, ruboris effectum*

2 De comp: med: per l. cap. 2.
5 simpl. c. 25.

nonpertranseant: quadam vero vlterius etiam bullas, vesiculas seu vlcuscula, præter rubificationem excitare possint. Hinc exortæ sunt phœnigmonum variæ differentiæ: Psilothra, inquam, Smegmata, Dropaces varij, Sinapismi simplices, ac Vesicantia; de quibus omnibus, Deo Opt. Max. fauente, singillatim sumus verba facturi; initio quidem à Psilothris sumpto, quibus deinde Smegmata, tum Dropaces, deinde Sinapismi, vltimo loco Vesicantia succedent: quorum oĩum, ethymologiam, diffinitionem, differentias, facultates vsus, utendiq; modũ, quãtum ingenii mei uires præstare poterũt, explicabo. Itaq. diuino primum implorato auxilio, à quo omnem cognitionẽ, et ueritatem ꝓmanare, vnusquisq. libenter confiteri debet, & vult; ad Psiloth. tractationem accedo.

Caput

CAPVT SECVNDVM

De Psilothris in communi & eorum essentia.

PSilothri nomen (dictum ἀπὸ τοῦ ψιλοῦν τὰς τρίχας, *ab eo, quod denudet capillos) non unico modo apud antiquos Medicinæ scriptores acceptum video. Significat enim, aliquando medicamentum, quod Ampelos Leucem seu vitem albam vocant; sic enim 6. simpl. scribit Galenus, Ampeli Leuces, quam & Bryoniam, & Psilothrum vocant, &c.* ,, ,,
Vt plurimum accipitur apud Galen. & cæteros omnes Psilothrum, pro medicamento externas corporis partes à pilis denudante, inquo sensu Gale. 1. de compos. med. per loca, ait: Et quæ propriè pilorum denudatoria sunt, & Psilothra vocantur. Deniq; sumitur Psilothrum, pro medicamento quidem pilos denudante, sed subinde abstersorio, attractorio, attenuante, discutiente, & ruborem inferente. Cap. 4. ,, ,,

Primo igitur prætermisso tanquam veneno, secundo similiter, tanquam medicamento, non in parte medicinæ curatrice, aut exornatoria, sed comptoria tantum vsurpato, (illius enim finis nullus est alius, quam carnem pilis denudatam molliorem reddere, de quo Oribasius scribit hunc in modum: Eius actio minor est, quam Dropacis, siquidem hoc carnem delicatam relinquit, dropax uero habitiorem & musculosiorem,) ad tertiam Psilothri differentiam me conuerto, cuius usum in parte medicinæ exornatoria & curatrice, cum apud probatos scriptores non aspernendum esse inueniam, idcirco eius essentiam, facultates, et modum administrationis subiũgere liceat. Est igitur hoc Psilothrum, medicamentum depilatorium, sed & abstersorium, attenuans, discutiens & exulceratorium, ex calce, auripigmento, & aqua, atq; aliјs id genus confectum. Vt depilatorium, distinguitur à Smegmate, Dropace, & Sinapismis. Etenim, quanquam Dropax, aliquãdo ad depilãdas etiam partes usurpetur, nec frequens illius est vsus, & multo diuersus

est depilandi modus. Dropax enim extractione, Psilothrum autem extenuatione, & corruptione, partem pilis glabram relinquit. Dixi abstersorium, attractorium, attenuãs & discutiens, ad differentiam Psilothri cõmunis, in solam depilationem instituti. Addidi quinetiam exulceratorium, ad differentiam Smegmatis, imo vero & Dropacis. Etenim, quanquam Dropax compositus, quandam in cute efficiat exulcerationem, illa neq; multum profunda est, et vt excitetur, longam medicamenti in parte exulceranda moram requirit: hæc autem Psilothra, breui etiam temporis interuallo, non summam tantum cutem exulcerare, sed & profundã vrere possunt: vt non iniuria à Galeno inter Vrentia medicamenta reponantur. Sic enim scribit, 1. de compos. medic. per loca: Cæterũ „ hæc ipsa, secundum excessum & defectum „ inter se differunt, cum vnum genus sit phar „ macorum, quod in hunc vsum compositum „ est: nimirum eorum, quæ erodentem et vsto „ riam qual. obtinent. Et Menemachus apud Oribasium lib. x. sic inquit: Carnem

Cap. 4.

Cap. 14.

 insu-

„ *in superficie vellicat, id quod ex rubore quē*
„ *adfert, & materia quæ adurens est, planè*
„ *patet. Si tardarit, cutim vlcerat, pustulasq́ excitat. Dixi ex calce, auripigmento, aqua & alys confectum, vt materiam, non tantum simplicis, quantum etiam compositi Philothri, significarem. Etenim, ad demendos tantum pilos, satis est, calcis partibus duabus, auripigmenti vnam superaddere, aqua sufficienti subigere, & parti depilanda adhibere. In Psilothro autem, de quo in præsentia nobis institutus est sermo, multa superaddi possunt, quæ abstersionem, attractionem, discussionemq́ pro necessitate efficiant. Talia autem sunt, ex detergentib⁹: nitrum, aphronitrū, sal & salis flos: ex attenuantibus vero & discutientibus: vtrumq́ veratrum, staphis agria, alcyonium, pyrethrum, piper atq́ alia id genus. Ex quibus omnibus, varia confici possunt Psilothra, partim quidem pro reuellendis, partim etiam pro exstirpandis humoribus varys instituta.*

Caput

CAPVT TERTIVM.
De Psilothri vsu, & recta administratione.

Psilothri vsum, pro varijs, aut internis aut externis affectionibus debellandis, raro admodum antiquitus acceptum fuisse video. Etenim in Elephantiasi tantum, et Podagricis affectionibus, nec non & fluore muliebri, apud Paulum & Aetium atq; Alex. quandoq; vsurpatum esse video. Sic .n. Paulus lib. 4. in curanda Elephantiasi his vtitur verbis: Vel vtendum erit Sapone, aut myrobalano, et nonnunquam Psilothris. Et Aetius 4. Tetrab. serm. 1. sic scribit: Forinsecus porro cuti, Psilothrum assiduè p modica interualla in balneo adhibendum est. In podagra vero ab Alexandro etiam Tralliano commendatur, his verbis: Adhac, Psilothra in balneis adhibere admodum ijs conducit, qui ex pituitoso humore podagra laborant, maximè in quibus summa cutis extenuari desiderat. Et Paulus lib. 3. pari etiã modo inquit: Psilothrorum, qua ad arthriticos spectant, compositiones, & utendi modum

Cap. 1. — c.123. — cap.78.

dum in ipsis habitibus: dico autem pituitosioribus: cui subscribit Ætius 3. 4. cap. vltimo & Paulus lib. 7. cap. 13. cæteri locis iam citatis, qui omnes etiam huius podagrici Psilothri descriptionem subiungunt. Idem vero Paulus lib. 3. in curando fluxu muliebri inquit: Sedulò vtendum fuerit gestationibus præstantibus, diuersiq; generis deambulationibus, vociferationibus, vnctionibus, cucurbitulis, dropace vnguento, aut leuigationibus, frictionibus, vnguentis depilatorijs, quæ Psilothra dicuntur. Cæterum, etsi in prædictis affectionibus Psilothra admitti satis constet, non tamen, aut ex ijs, aut alijs quos ego videre potuerim, ratio depromi potest, propter quam hæc, seu reuulsio, seu per partem affectam euacuatio, quæ Psilothris perficitur, non magis Smegmate, dropacib⁹, aut Sinapismatibus exerceatur. Etenim, quæcunq; compositum ingrediuntur Psilothrum, ad abstergendum, attenuandum, & discutiendum apta, ea omnia Smegmatis et dropacis sunt propria, ut propterea frustra hæc uideantur depilatorijs admisceri. Ego

Cap. 63.

uero,

uero, non præter rationem psilothra, præter Smegmata, dropaces ac Sinapismos, in prædictis affectionibus usurpata fuisse, in alijs ēt vsurpari posse, mihi ipsi persuadeo. Etenim siue caput, siue mentum, siue alia quæuis corporis pars, quæ depilatorio medicamēto eget, rebelli ac confirmata affectione tentetur; præstat psilothrum, mixtas facultates obtinens, consequenter, & depilationi & morbosæ affectioni succurrens, apponere, quam illud quidem simplex, quod uel nihil prodeße, uel fortè etiam obesse posset, usurpare. Hanc igitur existimo fuiße caussam, cur composita Psilothra sint inuenta, & prædictis affectionibus apposita. quod, si verū eße fateamur, nihil etiam prohibebit, in illis capitis morbis, qui facilem pilorum habent regenerationem, qualis minime est Alopecia & Ophiasis, (in istis enim propter ortus difficultatem potius extrahendi aut excidendi, quam Psilothro tollendi sunt) in alijs inquam, in quibus talem capillorum ortus difficultatem nō veremur, vt Porrigine, & Phthiriasi seu morbo pediculari, non inconuenit, imo fortè

iuuat,

iuuat, Psilothrum adhibere: in porrigine quidem detersoria, in phthiriasi attenuatoria magis facultate donatum. Compositionis autem modum, difficili negotio comparari, minimè credendum est. Etenim, simplici Psilothro, ex calce, auripigmento & aqua constante, possumus addere: in porrigine, nitrum, aphronitrum, cimoliam, pumicem & alia id genus detergentia: in phthiriasi autem, herbam pedicularem, alcyonium, sulfur, pyrethrum & piper; quibus simul et semel pars, & pilis, & morbosa affectione nuda reddi poterit. Non dissimili ratione, psilothrum quoque pro pilis ex facie Elephanticorum tollendis conficietur: ut scilicet simplici Psilothro addantur, quae Elephantiasin ipsam respiciant. Huius descriptionem ex Paulo, loco superius citato, desumere possumus, quae in hunc modum se habet: Auripigmenti drach. x. sulfuris ignem non experti drach. v. ij. costi dra. xij. calcis drach. iiij. cerae drach. totidem, Baccarum Lauri aridarum drach. xij. Haec simul conteruntur, & macerantur Populi albae succositate, vel crasso decocto &

cum

cum iam mellis crassitudinem pratulerint, homini affecto illinuntur. In huius autem ad ministratione, duo sunt obseruanda, de quibus Aetius loco cit. sermonem fecit. Primum quidem, vt Psilothrum assiduè, sed p modica interualla adhibeatur. Etenim si diu in parte persistat, exulceratorium & causticum fiet: ppterea ad euitandam magis hăc suspitionem, consulit Aetius, Psilothrum ptisana succo esse apparandum. Alterum est, oculos ante Psilothri admotionem probè esse muniendos: propterea seu spongia, aut linteolo, in aqua Rosacea & albumine oui madefactis, oculi ipsi contegantur. ad eorum tutelam hac satis erunt. Podagricum Psilothrum illud quoq; medicamenta, ad podagram et cateros articulares dolores conferentia, recipere debet: Sunt autem ista, calida & sicca, tenuium partium, ex profundis partibus attractoria, vt, flos lapidis Asii, Sampsucus, Spicanardi, Folium, & catera id genus, qua à Paulo in Psilothro illo Podagrico, hunc in modum describuntur: Rec. Mastyches, Thuris masculi, Vua passa syluestris,

Veratri albi, spumæ argenti, ana unc. iij. Folij, Amyli, Veratri nigri, Lapidis Asij floris ana unc. 1. Alcyonij Pumicis assati, Cretæ Cimoliæ, Sampsuchi, an. unc. iij. Spicæ nardi unc. 1. Aloes unc. 1. aridum, concisum in vase contine, cum utendum erit, proijce succum oryzæ & ptisanæ in aululā, ubi macerata fuerint, immitte aridæ unciā unam & dimidiam, Saponis gallici, auripigmenti scissi, Sandarachæ, uniuscuiusq́; sesquiunciam, Calcis aqua non extinctæ recentis, librā unam. Quibus sic propositis, modum administrationis etiam subiungit, inquit enim: Vtendum autem istius modi unguēto ter in mense, nono videlicet Lunæ die, & undeuigesimo, & undetricesimo in annum: post hunc verò semel in mense, Luna vigesimum nonum diem agente. Cæterum, qui plura hac de re voluerit, ad modū huius Psilothri administrandi, & victus rationem attinentia, adeat Aetium 3. Tetrab. 4. qui post propositam Psilothri descriptionem, inter cætera etiam victus rōnem singulis mensibus accommodatam instituit. Hac igitur

Cap. ultimo.

pro

pro discutiendis à parte affecta humoribus fuisse instituta, vnicuiq; compertum esse existimo. Quem vero velit Paulus esse Psilothri vsum in nimio fluxu muliebri, non item constat. Etenim Psilothra, siue simplicia siue composita, si in nimio fluxu muliebri ipsismet locis muliebribus adhibeantur, ex facultate calorifica & attenuatoria, videntur potius nouas fluxiones excitare posse, quã priores compescere: Itaq; etiamsi possim arbitrari Paulum, post vniuersales totius corporis expurgationes, loca illa muliebria nimia humiditate manantia, fortè etiam frigida intemperie affecta, Psilothro exiccare & calefacere voluisse; attamen neq; præter rationẽ fore existimo, si quispiam credat hunc ipsum auditorem Psilothrum ad reuulsionem, superioribus partibus, sub axillis nempe, admouendum censuisse. Etenim cætera quoq; omnia, de quibus ille verba facit, dropaces, sinapismi, frictiones, smegmata, vomitus, vociferationes, cucurbitulæ, omnia, inquam, nõ in alium finem quam in reuulsionem ipsam uidentur instituta, ut propterea eandem con

ditionem & facultatem Psilothra cum ante dictis obtinere omnis ratio persuadeat. Hac igitur paucula de Psilothris dixisse uolui, potius ut nihil, quod ad phœnigmos quoquomodo spectare posset, prætermitterem, quam ut magnum aliquem fructum ex istis in arte medica depromi posse existimarem. Itaq; à Psilothris ad Smegmata transitum faciã.

CAPVT QVARTVM.

De Smegmate.

CUM raro, uel fortaße nunquam, Smegmata partibus imprimis à pilis non denudatis imponi soleant: iure à nobis factũ est, qui ante Smegmatis tractationem, Psilothri conditiones & usus descripserimus. Smegmatis autem duas inuenio fuiße, & nunc eße, pracipuas differentias, quarum utraq; si æque nunc temporis coleretur, atq; in usu eßet, profecto nouus labor hac in parte nullus superesset. Etenim Smegmata, quæ ad Comptoriam medicinæ partem pertinent, siue pro capillorum cultu & ornatu, siue pro

ue pro facie & manibus dealbandis, aut dentibus perfricandis, uel alijs Corporis partib⁹ accuratè abstergendis, ita hoc tempore cognita, ita frequenter usitata uideo, vt hac in re mulierculæ aliquando eruditis medicis sint præstantiores. Quæ vero ad Exornatoriam & curatricem Medicinæ partem, spectãt, ita apud plures iacent, ac si nullo unquam tempore probatis Medicinae auctoribus in vsu fuissent. De his igitur, non autem de comptorijs, nobis in præsentia institutum sermonem aggredientes, dicimus Smegma, qđ à verbo, σμήω id est abstergo, deriuatur, si in huius vocis proprietate insistere velimus, nihil aliud esse, quam medicamentum calidum & siccum, abstersorium, ex rebus asperis potissimum confectum, ad tollenda Excrementa externorum vitiorum nostri corporis deputatum. Dixi, Medicamentum calidum & siccum: per siccum intelligens, siccum potius potestate, quam actu. Etenim, actu etiam humida, vt aqua salsa, muria, lixiuiũ, decoctiones variæ, Smegmata quoq́ dici possunt. Sic enim apud Plinium, decoctum

Lib.xxij.cap. vltimo.

ctum abstergens vlcera, Smegma vocatur. Dixi, Abstersorium; vt propriam huius medicamenti, ab alio duplici Smegmate, de quo infra sum dicturus, distinctam facultatem proponerem, propter quam à Psilothro, Dropacib', et Sinapismis etiam differt. Subiũxi, Ex rebus asperis confectum; vt magis vsitatam huius medicamenti materiam, describerem. Etenim, hac ratione pumices, folia Ficus, coria aspera piscium, panni linei aut lanei asperi: vt Cilicium & Sabala, furfures, cineres, arena, pulueres ex conchis, cochleis, camis, purpuris & buccinis, atq; alia id genus plurima, pro Smegmate vsurpantur. Addidi autem illud potissimum; quia videbam, quod paulo ante dixi, dari etiam Smegmata minimè aspera, vt decocta, aquas, lixiuia, sapones etiam, & alia id genus. Deniq; dictum est, Ad tollenda vitiorum nostri corporis excrementa: vt distinguerem hoc Smegma exornatoriũ, aut curatorium, à comptorio, cuius tractationem me prætermissurum sum pollicitus. Ex his igitur, statim Smegmatum abstersoriorum

rum

rum differentiae, colliguntur. Nam aliud actu & potestate siccum paratur, & in puluere potissimum administratur, cuius descriptio ita propria est, ut apud Oribasium, hoc tantum, Smegma uocetur. Propterea, de eiusdem usu uerba faciens, ita scribit: Oi̅a autem Smegmata, corpori admouenda sunt sine unguine, in linteo sicco, cum siccatum prius fuerit corpus, priusq́; sudauerit. At uerò, etsi hæc Smegmatis magis propria & usitata est acceptio, non est tamen negandũ, quod paulo ante dixi, & Sapones, & humida corpora, Smegmata quoq́; uocari. Patet etiam differentiae Smegmatis à fine desumptae. Etenim, aliud tantum ad pulchritudinem & ornatum; aliud uero ad conseruandum naturalem corporis statum, et uitia circa illud occurrentia expugnanda uersatur. Praeterea uero, unum est, quod sordes in superficie cutis consistentes abstergit: & dicitur Rhypticum: Aliud uero, quae in profundioribus continentur partibus extrahit, & uocatur Ecphracticum, & Eccatharcticum. Cæterum praeter Smegmatis absterſorij iam

Lib.x.cap.21

Gal.v.simpl. cap.xij.

propo-

propositi naturam, alia quoq; duo Smegmatum genera apud scriptores reperiuntur, quorum unum attractorium, et attenuatorium, aliud uero magis discussorium existit. Propterea Oribasius hunc in modum scribit:

Lib. x. c. p. 21

„ *Smegmata solent adhiberi, uelut cutis super*
„ *ficies abstergatur, alia ut scarificetur, ape-*
„ *riaturq; corpus. Proponens itaq; omnium*
„ *materias, subdit: Abstergent autem nitrũ,*
„ *aphronitrum, sal, mel, salis flos, cimolia, lo-*
„ *mentum fabarum, fermentum, hordeaceae*
„ *farinae, furfur, cinis communis, pumex om-*
nis, arena. Postea subiungit attenuantis ma
„ *terias, dicens: Attenuant autem, uera-*
„ *trum album tritum, alcyonium, sulfur, her-*
„ *ba pedicularis, napy, cachry, pyrethrum,*
„ *piper, lymnestis, granum cnidium, Euphor-*
bium. Deinde discutientia, quae paulo ab
istis differunt, subiungens, inquit: Ad
„ *Porrigines uero & Scabiem, & morbum*
„ *pedicularem Smegmata faciunt, quae con-*
„ *stant ex Betae succo, ptisanae cremore, sul-*
„ *fure ignem non experto, ueratro, herba pedi*
„ *culari, testa sepiae combusta. Ex quibus di-*
ctis,

ctis, cum vtriusq; Smegmatis, post abstersorium propositi, & facultates, & materia pateant; non est difficile, eorum quoq; definitionem subiungere. Erunt enim & ipsa, medicamenta calida & sicca, attenuatoria & discussoria, ex aridis potissimum confecta, aspera frictione corpori plerumq; admota, vt & cutaneæ affectiones consumantur, et quæ in profundo sunt, in summam cutem facilius deducantur. Itaq; vt attenuatorium & discussorium, à priore differt, quod abstersoriũ tantum esse diximus; Quod vero ad compositionem, & formã medicamenti pertinet, hæc quoq; plerumq; in puluere, quandoq; tamen in linimenti, vnguenti, Emplastri, aut cerati forma, administrantur. In qua re, cũ dropacibus quandoq; videãtur similia. (Etenim dropaces, vt postea subiungemus eandem facultatem obtinent, easdem materias recipiunt, & in formam cerati nostri, seu Emplastri antiquorum, frequentius administrantur.) Differunt tamen, quòd dropacis facultas, ex pice, resinis, aut gummi magis, quam ex aridis, expetatur; Smegmatum

autem vtilitas, ex aridis ipsis, præcipuè nobis comparatur. Propterea, cum plerumq;, vt paulò ante dixi, in puluere aut malagmate administrentur, frictionem validam habent adnexam, propter quam cutis etiam non modo rubescit, sed & scarificatur. Hinc sequitur, excrementa cutanea facile consumi, & quæ in profundo sunt, in summam cutem horum beneficio extrahi. Quæ cum ita sint, mirum nemini esse debet, si multiplex, tàm in externis, quàm in internis affectionib? Smegmatum apud veteres vsus fuerit, de quibus omnibus, deq; recto administrandi modo, nunc scribam.

CAPVT QVINTVM.

Quibus affectionibus, conueniat Smegmata, & de administrationis modo.

N*VLLAS ferè inuenio cutaneas affectiones, quæ aliquam, vel fortè omnes, Smegmatum propositorum differentias, pro sui ipsarum ablatione non requirant, ex internis autem, non paucas. Sic enim apud*

Gal. Paulum, Aetium, Oribasium, Alexandrum, Aretæum, omnes etiam Arabas, Smegmata ad Alopecias, Ophiases, Achores, Fauos, Porrigines, Phtirhiases, Alphos, & Lichenes, Scabiem & Lepram, Elephansiasin, tumores etiam varios, in frequenti vsu habita fuisse video. Ad interna verò vitia, uti vertiginem, insaniam, lethargum, capitis destillationes, adq; nephriticos, podagricos, paresi affectos, splenicos, aliosq; similes morbos, Aetius & cæteri, Smegmata frequentissimè adhibent. Primùm igitur de Externis, deinde vero de Internis, Smegmate curandis, affectibus verba faciemus: Illud autem ante omnia est notandum, de quo paulò superius memini, non licere, scilicet vllius Smegmatis administrationem tentare, nisi partem, quæ pilis referta fuerit, ab ijs primum denudari curauerimus; Vtrũ vero, forcipe sint excindendi pili, aut nouacula detrahendi, an Psilothro corrumpẽdi, id ex natura, & affectus magnitudine comparari poterit. In ophiasi enim, & Alopecia, in quibus maximam oportet habere ra-

tionem, post sublatum cutis vitium, exortus capillorum, medicamenta admodum calida & sicca, consequenter vrentia, qualia sunt Psilothra, minimè sunt vsurpanda, sed magis forcipe excidere, aut nouacula, vel etiam dropace vnguento, capillos, inprimis breuiter excisos, radicitus extrahere conuenit. In affectibus etiam leuioribus sufficit, capillos potius breuissime excindere quam eo euellere, aut Psilothro tollere. At in valde cõfirmatis ubi etiam de capillis restituendis, nulla subsit cura, vt fortius Smegmata penetrent, Psilothro partem ipsam glabram reddere, nemini erit vitio uertendum: minus vero in illis, in quibus, aut capillos, aut pilos rigidos & duriores esse contingat. Etenim Psilothra, praeter vim depilandi, etiam pilorum crassitiem & rigiditatem attenuare valent. Parte igitur hunc in modum disposita, cum tria sint Smegmatum genera, Abstersorium, Attenuatorium, & Discussorium; quae abstergunt, caeteris, vbi opus est, semper sunt anteferenda. In singulis igitur capitis affectionibus, etiamsi pulueres varios, ad abster

gendum accommodatos, proposuerimus, lotiones tamen fortè pulueribus sunt præstantiores; propterea in alopecia & ophiasi, in tinea etiam antiquis quidem incognita, sed quantum ego censeo, ab alopecia & ophiasi, natura, & curatione parum distanti; lixiuiũ parari potest, ex decocto fabarum, lupinorũ, lapathij, passularum, caricarum, ebulorum, furfurum, hordei, liquiritiæ; qua quidem lotione, primis diebus bis in die affecti vtantur, quibus, deinde eo ipso tempore caput sequenti, Smegmate confricetur, quod ex nitro, aphronitro, adarce, nastursio, pumice pulueriz atis, et in sacculo aspero ligatis, confectum est. Post quam abstersionem lotione, & pulueribus conflatam, tamdiu administratam, donec cutis omnino munda, & nitida apparuerit, Smegmata deinceps, qua & facultate discussoria, & attenuatoria valent, ad exstirpandas humorum reliquias, & ad facilem reddendum capillorum exortũ, sunt adhibenda. Cæterum, in recenti & leuiore Alopecia ac Ophiasi; abstersoria iam proposita; & attractoria, ac discussoria iã proponenda,

nenda, satis quidem esse poterunt; in confir mata autem & contumaci, ad dropaces, Sinapismos simplices & compositos, etiam deueniendum est; de quibus infra suo loco sermonem faciam. Nunc enim illud dixisse suf ficiat, frictiones capiti vsq; ad ruborem factas, aut pumice, aut folio ficus, aut corio squatinæ, aut puluere ex osse sepiæ, ex purpuris, & buccinis, vel alijs id genus, testis, cõchis ac crustatijs operculis; sufficere, pro sanguinis probi in partem attractione; quibus si addantur sulfur, veratrum album, alcyonium, piper, pyrethrum & euphorbium, hæc quoq; tantum discutient, quantum satis esse videbitur. Non dissimili negotio tractandi sunt achores & faui. Isti enim quoq; Smegmate abstersorio imprimis sunt repurgandi. Sic.n. scribit Gal. 1. de comp. med. per locos; Cap. viij. *Aut*
,, *vlceribus ex Smegmate quopiam repurga-*
,, *tis, terram, &c. Ad repurgationem autẽ, multa ex Apollonio & alijs veteribus proponuntur; vt, vrina Tauri, aut Cameli, decoctum betæ, lupinorum & Fœnugraci, lixiuium quoq;, de quo paulò ante in cura alo-*

peciae

peciæ mentionem feci, quibus etiam si addan tur bryonia, asparagus, cucumer asininus, de quibus etiam meminit Gal. loco cit. hæc quoq; fortiora euadent. Expurgatis igitur vlceribus, modò magis, modò minus, prout materiam, aut crassiorem, vt faui, aut tenuiorem, vt achores, requirere videbuntur, semotaq; carne corrupta, quam tamen simul cum duritie alijs remedijs à Smegmate, distantibus tollendam esse scio; hic quoq; discussoria Smegmata non improbantur, vel simplicia, vel saltem repurgantibus mixta. Etenim Gal. qui fortè vidit ex huiuscemodi vlceribus excrementitias humiditates facili ne gotio demi non posse, consulit, vt discussoria repurgatorijs, citra sensibilem tamen caliditatem, admisceantur: Talis est Cimolia vsta, tales sunt furfures, aceto in formam linimenti subacti, lithargyrum, pompholyx, cortices granatorum, gallæ torrefactæ, amygdalæ amaræ, cinis myrtillorum, cinis etiam cōmunis, omnia aut aceto, aut aqua rosacea aut oleis & pinguedinibus inuicem mixta, poterunt commodè prædictis scopis satisface re.

re. Porriginis autem curatio abſterſorijs tã tum, quemadmodum phthiriaſis attractorijs, perfici poſſe videntur. Cum enim furfurationis occaſio in ſumma cutis ſuperficie cõſiſtat, abſterſoria Smegmata, quæ etiam uim exſiccantem non leuem obtinent, commodè poßunt morbum ipſum funditus exſtirpare; talia ſunt, quæ ex felle bubulo, & aceto acerrimo, ſimul cum pulueribus ſuperiùs iam ꝓpoſitis, nitri, aphronitri ſalis &c. apparantur: poſt quorum adminiſtrationem, conſulit Gale. ut ſiccantibus adſtringentia etiam admiſceantur, ne morbus amplius reuertatur; propterea hanc compoſitionem, quater in menſe adhibitam, inquit, prohibere quo minus reuertatur affectus: quæ recipit: Atramẽti ſuſorij, ſpumæ nitri an. unc. ſ. vino excipiantur, & affricentur. Pedicularem vero morbum, dixi, attractorijs potisſimum perfici, eo quod in cutis ſuperficie nihil ſit, quod magnam requirat abſterſionem. Propterea, etsi lotiones in hoc caſu, ex lupinis, amygdalis amaris, fœnugræco & cæteris abſtergentibꝰ minimè improbentur: maior tamen ſpes

cura-

curationis, Gale. auctore; in attenuantibus & ex alto attrahentibus est reposita, vtpote quæ, etiam pediculos interficere valeant: talis est Staphis agria, vtrumq; veratrum, sulphur, Sandaracha, quæ omnia puluerizata, possunt aut Oleo Laurino, aut aceto acerrimo, aut muria, aut aqua salsa excipi, & deinde, vel prærasis capillis, vel Psilothro sublatis, singulis diebus semel, & bis ipsi capiti, vsq; ad ruborem affricari: Et hæc de Smegmatibus in capitis affectionibus dicta satis esse volo: Nunc autem ad eorundem medicamentorum vsum in cæteris cutaneis affectionibus descendam.

Cap. 7.

CAPVT SEXTVM.

De vsu Smegmatis in Lichenibus, Scabie, Lepra, Psora, Elephantiasi & cæteris Cutaneis affectionibus.

I*NTER cæteras cutis affectiones, nullam, Lichenibus turpiorem, aut iniucundiorem fuisse, pluribus verbis testatum reliquit Plinius lib. 26. qui hæc scribit: Sensit & fa-*

Cap. primo.

" cies hominum nouos, omniq; æuo priori inco-
" gnitos, non Italiæ modò, verumetiam vniuer
" sæ propè Europæ, morbos, tunc quoq; nec to-
" ta Italia, nec per Illyricum, Galliasue, aut Hi
" spanias magnopere vagatos, aut alibi, quàm
" Romæ, circaquè; sine dolore quidem illos, ac
" sine pernitiæ vitæ, sed tanta fœditate, vt quæ
" cumq; mors præferẽda esset. Grauissimũ ex
" his λειχῆνας appellauere græco nomine, etc.
Sed et Galenus eandem affectionem his ver
Cap. 7. bis describit 1. de compo: medicamentorum
" per loca: Ad menti Lichenas, quæ iniucun-
" dissima est affectio: Nam & pruriginem in-
" ducit, & affectarum partium circumtentio-
" nem, & periculum non modicum: proserpit
" enim aliquando per totam faciem, oculosq; cõ
" tingit, & fermè extremæ fœditatis caussa exi
stit. Quæ omnia cum Plinianis verbis con-
ueniunt, quando inquit; mox & vsurpato
" vocabulo, Mentagram, occupantem in mul-
" tis totos vtiq; vultus, oculis tantum immu-
nibus. Ad hanc igitur tam turpem, & mo-
lestam affectionem, Smegmata quidem con-
ueniunt, sed potius attenuatoria, & discusso-
ria,

ria, quàm abstersoria; præcipuè verò in ea Lichenis specie, quam Leucen vocant: Cum enim sit tãtum cutis in alienum colorem mutatio, absq; vlla sorditie, aut asperitate; sufficit pro huius curatione probum sanguinem in partem attrahere, vitiosum autem à parte omnino excutere. Attractoria igitur Smegmata, quæ aut ex folio ficus, aut panno cilicio, aut pumice, aut corio aspero, aut pulueribus propositis apparari possunt, non ad curationem tantùm, sed ad prædictionem quoq; maximè conferunt. Etenim præmissa hac frictione, si pars vitioso albo colore infecta, ruborem contrahat, spes curationis subsistit, sin minus, res frustra tentatur. Propterea, quò citiùs rubor post frictionem apparuerit, eò faciliùs Leuce curatur; contrà verò, si tardè rubor appareat. Hæc igitur attenuatoria, & attractoria Smegmata, in lichenibus, mentagra scilicet, leuce, et Alphis, ante cætera omnia vsq; ad cruentationem affricantur; istis tamen perfecta curatio non succedit; sed discussoria quoq; post affrictionem dolorosam parti sunt adhibenda, in for-

mam linimenti, cuius descriptionem subiungo: Rec. Misyos, Thuris, Myrrhae, Aluminis scissi, an. drach. viij. Aloes, Sulsuris viui, an. drach. iiij. excipe passo ad linimenti spissitudinem. Adhibeantur autem tam frictiones, quàm linimenta bis, & ter in die; & vt linimentum humidum super partem conseruetur, optimum est ex consilio etiam Galeni, folia virentia, aut pelliculam vesicae super linimento continere. Quòd siquis in facie haec sibi admoueri recusaret, pulueres propositi, cera, resina, & pice, excipi possunt, ad cerati formam. In curãda autem Lepra, & Psora, consequenter & Scabie, absterso ria Smegmata, ante attenuantia sunt necessaria: propterea Gal. 5. de comp. medica. per loca, postquam de Lichenibus verba fecit, statim subiungit: Cum uerò in Psoram, & Lepram transierint, supra resiccantia, etiam exterforiorium & repurgantium erit usus. Absterforium igitur Smegma pro scabie, Lepra, aut Psora, sint, balnea ex decocto furfurum, Lapathij, betae, fœnugraeci, hordei, amygdalarum amararum, & caeterorum

Cap. 7.

iam

iam enumeratorum. Ad exterendas uero ex toto has affectiones, conueniunt sacculi, his pulueribus repleti, sale, nitro, alumine, sulfure, alcyonio, sandaracha, myrrha, quibus, adhibito balneo, & exterso diligenter corpore, si uel totum, uel pars ipsa confricetur, citam oportet ualetudinem exspectare. Propterea Paulus tale medicamentum ad praedictas affect. proponit: Radicum rumicis, fasciculos duos, in aceto coquantur, & in pila contundantur, & laeuigentur, deinde recipe alcyonij libram. i. aphronitri unc. viij. sulfuris uiui libram. i. Testarum conchiliũ unc. iiij. Chamaeleontis cum radice unc. iiij. conterantur omnia, usq; ad balneorum strigmenti crassitudinem, corpori toto circumliniantur, aestate in Sole saepius, in delicatis autem in laconico, hyeme similiter, ita tamen administrentur, ut sudor excitetur. Talis igitur compositionis forma, praemissis abstersorijs, & siccis, & humidis, saepe & saepius hac ratione administrata, non tantum leuioribus cutaneis affectionibus, sed etiam Elephantiasi succurrere poterit. Quae tamen

vbi

vbi non sufficiant, Sinapismi deinceps, potissimum exulcerantes, tanquam omnium valentissimi, cunctis satisfacere poterunt. Nūc igitur ad Smegmata pro internis affectionibus accepta me conuerto.

CAPVT SEPTIMVM.

De Smegmatis vsu in internis affectionib⁹.

NEMINEM *inuenio ex antiquis scriptoribus, qui in frequentiore vsu, Smegmata ad internas affectiones habeat, quàm Aetium, qui, vt antea dixi, ad vertiginem, insaniam, lethargum, capitis destillationes, nephriticos, podagricos, paralyticos, ac spleniticos, hoc medicamento non inutiliter vtitur. Gal. quidem xi. simpl. Smegmatis meminit ex Ostreo, & sale confecti, ad gingiuas putridas, & vlcera; cuius confectionem, hūc in modum docuit nos Aetius, vt scilicet Ostrea testa sale repleatur, ambo vrantur, puluerizentur, & ad putridas & vlceratas gingiuas admoueantur. Quòd, si quispiam pro delicatioribus, cyperum, nardum indicam,*

iridem

iridem Illyricā, Iuncumue odoratum superaddere voluerit, præter iucunditatem etiam vtilitatem admiſcebit. Sed hæc, ſicuti leui negotio apparantur, ita etiam facilè adminiſtrantur, & citò ſanant. In curandis verò prædictis affectionibus, longiore tempore, ac maiore diligentia eſt opus. Propterea, etiamſi in externis vitijs tractandis, ante omnia videatur ſemper eſſe neceſſaria totius corporis expurgatio. Sic enim ſcribit Gal. 1. de comp. med. per loca: Manifeſtum igitur exterſoria, & diſcuſſoria pharmaca, adhibenda eſſe prius præparato Corpori. In omnibus enim huius rei meminiſſe oportebit, etiamſi aliquā do in ſermone prætermittatur. Attamen vbi externa affectio non admodum magna fuerit, localia etiam ſine totius corporis expurgatione admoueri poſſunt; quod docuit Gal. primo de compoſ. medic. p. l. his verbis: At vero ſi parua affectio exiſtat, ſola localia, & partialia appellata remedia (quæ ſcilicet locis affectis adhibentur) citra totius corporis euacuationem ſuffecerint; in internis autem affectionibus debellandis, cum Smeg-

Cap. vi.

Cap. viij.

matum

matum finis sit humoris in profundis partibus existentis agitatio, in summam cutem attractio, exsiccatio, & discussio; profectò hæc cuicunque parti adhibeantur, nisi diligenter præpurgatum fuerit corpus, potius obesse, quam prodesse poterunt. Igitur supposita corporis expurgatione, siue caput vertigine, siue insania, seu destillatione, seu denique quacunque alia frigida, ac humida affectione, cum præsentia materiæ tentetur; Smegma propositum conuenit, quandoque vt partem ad dropacem, & Sinapismati disponat, quandoque verò, vt ipsum solum intemperiem corrigat, & excrementitias humores absumat. Et quando præparatorium fuerit, totum caput pilis denudandum est, & Smegmatibus, de quibus supra memini, diligenter confricandum vsque ad ruborem, quod quidem, in Apoplexia, Epilepsia, conuulsione, paralysi, sopore, lethargo, caro alysque id genus affectionibus, ante dropacista medicamenta & sinapismata effici potest. Ad destillationes autem capitis, insaniam, & vertiginem, potest soli commissuræ coronali adhiberi, varium

tamen

tamen pro varia affectione. In destillatione quidem, Smegma hunc in modum describi potest: Rec. Myrrhæ, Calami aromatici, Helenij, Erui, Farinæ lupinorum, sulfuris viui, spumæ nitri an. drach. 1. puluerizentur omnia, & prærasis capillis supra commissuram coronalē loco antè aqua calida aut simplici, aut salsa, aut Thermali, aut rebus calidis & siccantibus alterata, madefacto, pulueres superaspergantur, & cerato aliquo ex ijsdem pulueribus confecto, super loco contineantur. In insania autem Smegma multo efficacius in hunc modum ex eodem Aetio parari potest: R. Iridis Illyricæ, lapidis, Asij, Mannæ, Thuris, spumæ nitri, pumicis, buccinarum vstarum, Floris iunci odorati, apij, Casiæ, Rosarum siccarum ana vnc. 1. tundito & cribrato, & vtitor, inspergens syncipiti, quantum satis est. Ut vero vires pharmaci vsq; in profundum distribuantur, duo consulit Aetius: Primum quidem, vt longam in balneo moram contrahant: Secundum, vt os diu clausum contineant. Sic enim calefacto cerebro altius

medicamentum penetrauerit. Pro vertigine aũt Smegma sic poßet effici: Rec. Lap. Asij, spuma nitri an. vnc. 1. Iridis, floris iũci, an. vnc. s. contundito, cribrato & insper gito. Ad lethargum etiam Smegmata, vt iam dixi, cõferre docuit Aetius 2. Tetrab.

Cap. iij.

„ 2. his verbis: Affectione autem declinante, „ æger ad balneum ducatur, & Smegmate „ mordaciore vtatur, veluti est fax vsta, sinapi, „ Pyrethrum, piper bacca Lauri, Calx vi-„ ua, nitri verò duplum adijciatur. Nec minus diuersa debent esse Smegmata, quæ cæteris corporis partibus accommodantur, q̃ sint ista, quæ vni quidem parti, sed varijs tamen affectionibus applicantur. Propterea, cum proponat Aetius tertio Tetrabibli 3. etiam Smegma ad deturbandas ex renibus arenulas, eius descriptionem ità subiungit: ℞. Calcis viuæ, sinapis, Facis vini vstæ, staphidis siluestris, nitri, adarces, pumicis, aluminis scissi, sulfuris viui an. drach. 1. Hæc si supra regionem renis dolentis sic administrẽtur, profectò non modo rubificantia sed & vrentia euaderent. Quapropter Aetius

Cap. v.

id intuitus

id intuitus admonet, vt ante illinitionẽ ipsa pars aliquo oleo foueatur, quia prohibet, oleum, ne calx & victoria quæq; ita facile vires suas in subiectas partes exerceant. Debet tamen administrari, vt scribit Aetius, in balneo calido, vsq; ad sudorem, hac enim ratione meatus omnes citius reserantur, & arenulæ extruduntur. Podagricum Smegma ab Aetio propositum 3. Tetr. 4. ex illis Cap. 44. *est, quæ in forma compositionis multum cum dropacib⁹ conuenire, sæpius docui: eius cõpositio, hunc hæc modũ habet R. Ceræ, colophoniæ sexuncem, succi seminis lini, trientem, adipis anseris sextantem, Therebinthinæ quadrantem & unciam semis, Olei omphacini dextantem, Ammoniaci vnciam vnam, Thuris quadrantem, lactis bubuli quadrantem & vnciam semis, candida ouorum nu. nouem. Ammoniacum Thus cum lacte & succo seminis lini terito, deinde albumina oui adiicito, liquescibilia liquefacito & refrigerato, atq; attrita admisceto. Huiusmodi compositio ex varijs medicamentis conflata, quantum ego censeo, purgato vniuer-*

ſo corpore ad quancunq; podagram, ſiue cali dam, ſiue frigidam, dummodo digerere, & reliquias conſumere opus eſſet; tutò poſſet ad miniſtrari. In membris etiam paralyticis idem Aetius Smegmate ex fæce lini et aceto, adarce combuſta, euphorbio & calce viua parato, vſus eſt, quemadmodum Paulus eodem aut nō multum diſsimili ante dropaces & Sinapiſmos lib. 3. vtiliter ad colicam. Quam vero velit Paulus eſſe Smegmatis confectionem, & locum appoſitionis in fluxu muliebri, mihi vt in Pſilothro paulo ante notaui, non vndequaq; compertum eſt. Ratio tamen perſuadet, voluiſſe illum potius eſſe vtendum Smegmate ad reuulſionem ſuperioribus partibus admouendo, quàm infernis hactenus, de Smegmate.

8. Tetrab. c. xxviij.

Cap. 43.

Caput

CAPVT OCTAVVM.

De Sapone.

AD Phœnigmos, de quibus instituta est disputatio, quoquo modo Sapones etiam pertinere videntur, qui etiamsi sub Smegmate reponi possint, vt propterea Gal. 5. de compos. med. per l. confectionem ex Sapone Smegma vocauerit, et Paul. & Smegmata capitis: verbi causa Sapo Constantini. Attamē, quoniam apud Aetium, & cæteros plærumq; Saponis tanquam à Smegmate distincti & compositio & usus proferuntur, liceat etiam nobis, de eodem auxilio sin gillatim dicere. Prætermisso igitur Sapone, qui uel ad abstergendas tantum pannorum aut corporis nostri sordes, uel pulchrificandam cutim & delicias sunt inuenti, Saponis ut ad medicinæ partem curatricē aut exornatoriam spectantis in præsentia definitionem subiungam; quem sanè constat nil aliud esse, quam Medicamentum calidum et siccum, abstersorium, attenuatorium, & discussorium,

Cap. vij.

Lib. 3. cap. xxviij.

scussorium, exulcerans, & ustorium, ex cinere, Seuo aut Oleo, lixiuio cum calce & alijs id genus confectum, in formam Emplastri antiquorum concinnatum. Itaq; ut medicamentum calidum & siccum, abstersorium, attenuatorium & discutiens, non differt à Smegmate, ut exulcerans, non differt à Sinapismis, de quibus postea. Differt autem ab istis & materia & modo compositionis. Etenim Sinapismi in cerati nostri formam non componuntur, neq; ex materijs propositis. Dixi, ex cinere sebo, aut oleo, lixiuio cũ calce, & cæteris id genus, ut omnes comprehenderem, Saponis, tàm simplicis, quàm cõpositi, tàm antiquitus, quàm apud recentiores inuenti differentias, simplex enim Plinio auctore lib. 28. cuius inuentio in Gallis tribuitur, ut propterea Gallicus Sapo, antiquioribus Medicis uocetur: ex cinere & seuo, simplex autem recentiorum, ex cinere calce & oleo, constant: ut propterea etsi quibusdam nouum uideatur huius secundi Saponis inuentum, attamen apud auctorem libri de simplicibus medicamentis, huius cõ-

Cap. xij.

positio

ositio oleo tantum in seuum mutato, apertissimè declaretur, ex cinere, inquam, seuo & lixiuio cum calce. Compositi autem Saponis descriptiones sub Constantini & Andreæ comitis nomine, uarias quidem habemus, sed multo plures in uarios etiam usus instituta à nobis etiã confici possunt, uerũ de diuersis componendi modis aliàs, nunc autẽ de usu uerba faciam. Ut uero omittam, ex Sapone suppositoria ad intestinorum tormina ab auctore libri de facilè Parabilibus ad Solonem, proposita. Et medicamenti ex Sapone & calce uiua confectionem, quod causticum ualentissimum fit; Sapo cum ex Galeni sententia lib. 8. Meth. ex ijs sit, quæ maximè detergere ualent, ad uarias etiam cutaneas affectiones, de quibus paulò antè memini, maximo cum fructu usurpari solet; Et ideo Paulus Aetius, imò uerò & Gal. ipse, pro Elephantiasis curatione talem ipsius descriptionem proponit, 5. de compos. med. p. l. R. Saponis Gallici, Ammoniaci Thymiamatis an. lib. 1. Thuris, Mastiches, spumæ nitri, ana unc. iij. Saponem, & Ammoniacum, in

Cap. 38.

Cap. iv.

Cap. vij.

uas

uas fictile coniecta, & aqua sextarijs duobus affusis coquito, atq; ubi dissoluta fuerint, arida contusa & cribrata, adijcito, & in mortarium translata, ac probè conquassata, uase uitreo reponito. Utendi modus ex eodẽ Gal. talis est, ut facies tota, oculis tamen p̃munitis, hoc medicamento illiniatur, & post temporis modicum, multa aqua molliter affusa, abluatur, id quod bis ac ter in die fieri poterit. Habet enim summam uim, non modò Elephantiasis principium, uaros & in facie tumores exiguos & duros, quos græci ἴονθοι appellant, sed roseam quoq; illam rubedinem, quæ faciem plerumq; deturpat, exstirpandi, & cutem delicatam relinquendi. Non dissimili ratione, Sapo etiam ad internas capitis affectiones parari potest. Etenim accepto communi Sapone, & in frustula inciso, ac in ollula cum aqua dissoluto, uarij pulueres, pro diuersis intentionibus superaddi possunt. Ac in frigida quidem & humida destillatione, mastiches, myrrha, sarcocolla, thus, laudanum, nitrum, styrax, cyperus, Aloes, spica, sinapis, costus, cassia,

Iris alumen Sulfur, & alia valentiora, in salsa autem & intemperie capitis calidiore, frigida aut temperata conueniunt, qualia sunt, Gallæ Rosæ siccæ, balaustia, cortices granatorum, folia & grana myrti, testæ purpurarum, buccinarum, ossa sepiæ & cætera id genus. Si quis autem mixtam Saponis facultatem exquisierit, is aut Constantini, aut Andreæ comitis descriptionem accipiat, quam vtramq; apud Aëtium & alios legere poterit. His igitur Saponum varijs speciebus, conuenienti etiam lixiuio adhibito, si caput diligenter, & frequenter abstergatur, ab illis omnibus destillationibus & liberari, & præseruari poterit, quæ podagras, tusses, & orthopnœas, vertigines, aut alias capitis læsiones inferre solent. Et hæc de Psilothris et Smegmatibus dixisse volui, ne quicquam quod ad Phœnigmos pertineret prætermittere vissus essem. Nunc autem ad efficaciora medicamenta me confero, Dropaces, inquam, & Sinapismos, à Dropacibus sumpto initio.

2. Tetrabibli 2. cap. 54.

¶ ¶ ¶

CAPVT NONVM
De Dropacis differentiis.

QVANQVAM omne medicamentum, quod aliqua ratione cutem stimulare, pungere ac vellicare & abradere potest, Dropax vocari possit, à verbo δρέπω quod est stimulo, antiquorũ tamen consuetudo inualuit, vt illud medicamentum præcipuè Dropax vocetur, quod ex pice, resinis, gummi varijs, siue in linimenti, siue in cerati nostri formam concinnatur. Accipitur autem in triplici præcipua significatione, prout etiam in triplicem vsum dirigitur. Quandoq; enim pro medicamento, ad partes depilandas instituto, in quo sensu accepit Dropacem Martialis, lib. x. dum in Carmenionem scribit: leuis Dropace tu quotidiano, Hirsutis ego cruribus, genisq;. Et quamuis nonnulli existiment, Martialem hoc loco, Psilothrum à nobis superius descriptum, impropria voce Dropacem vocasse; attamen, ex ijs quæ scribit Plinius lib. 14. Cap. xx.

non

non obscurè constat, etiam Dropaces de quibus nunc est sermo, non minus quàm Psilothra ad depilandas partes in vsu fuisse. Etenim de Resina sermonem faciens sic scribit: Pudetq́; confiteri, maximum iam honorem „ eius esse, in euellendis virorum corpori pilis. „ Secunda significatio, pro ea operatione capitur, quam Græci πίττωσιν, Latini Picationem vocant, ad humana corpora, macie confecta resarcienda, institutam. Tertiò & vltimò accipitur Dropax, pro medicamento ad varias externas & internas affectiones expugnandas inuento, de quo sicuti etiam de priore, paulò pòst verba faciam; nunc enim de nuncupata picatione nonnulla.

CAPVT DECIMVM
De Dropace pro Picatione accepto.

DROPAX igitur pro Picatione sumptus, nihil est aliud, quàm appositio reiterata medicamenti ex pice potissimũ constantis, in formam linimenti, vel cerati, partibus humani corporis macie confectis, vt

attracto alimento reficiantur, et debitam carnem recuperent. Dixi, esse appositionem reiteratam medicamenti: quia hæc Pittosis siue Picatio, est operatio quædam, quæ vt etiã inferius declarabo, perficitur, reiterata, ipsius medicamenti partibus tabidis appositione. Subiunxi, ex pice potissimum constantis; quandoquidem etsi hoc medicamentum, etiã Resinas quandoq; recipiat: attamen materia quidem differunt, facultate autem & fine non distinguuntur. Per picem autem, siccam saltem intelligo, quæ hodie tantum, et colligitur & ad nos aduehitur: liquidam etenim picem de qua Gal. meminit, certũ est nec colligi, consequenter in vsu non esse. At verò per Picem siccam, siue Pineam, aut Piceam, aut Abietinam, vel Laricinã, aut Terebinthinam, vel alias intelligamus, hoc parum refert, dummodo Picem præstantiorem eligamus; qualis esset antiquis Brutia & Colophonia. Naualem vero, vel simplicẽ Græcis ἀπόχυμα, aut cum cera mixtam, Plinio Zopissam vocatam, tanquam nimis ex siccantem in picationis vsum non admittimus,

L. 16. c. xii. sed lib. 24. c. 7. vel 16. c. xii.

mus, quemadmodum in alijs de quibus postea. Resinas similiter, etsi pici in minori tamen portione commixtas hoc picationis opus non incongruè perficere posse mihi persuadeam, quod etiam cognouit Plinius dum lib. 4. hæc habet: Spasticisq́; illinitur in Sole, totisq́; corporibus, mangonum maximè cura ad gracilitatem emendandam. Spatijs ita laxantium cutem per singula membra, capatioremq́; ciborum facienda corpora. Cum tamen resina, maiorem habeat vim digerentē quàm attrahentem, contra verò pix, plus attrahat, quàm digerat, consequenter pro picatione, aut sola pix sine resina, aut cum modica illius portione apparatur. Fit autem medicamentum vel in formam cerati, vel etiam malagmatis. Nam si pix sola, aut modico tantum oleo liquetur, vt exempli gr. picis vnc. x. olei vnc. ij. accipiantur, & simul vsq́; ad perfectam picis cocturam ebulliant, fit ceratum: si vero pix & oleum æquis portionibus misceantur, et coquantur, euadit linimentum. Dixi hunc dropacem ex pice potissimum constare: quia non me fu-

Cap. vi.

git

git Oribasium & cæteros in insigni corporis frigiditate, quædam calida; in insigni humiditate, sicciora; & in infirma attractrice validiora deniq; attrahentia, adhibuisse. Sic

Cap. xii. „ enim scribit Oribasius lib. x. Cæterum dro-
„ pax si calefacere præter modum oporteat, ac-
„ cipere debet pyrethrum, cachry, & bitumē.
„ Si opus siccatione sit, sulfur ignem non ex-
Cap. 59. „ pertum, salem, cinerem sarmentorū; & Paulus lib. 1. pro validiore attractione, aliquando inquit se thapsia nonnunquam ex melle, alias cum cerato usum esse; & ideo, sicuti pro varia, & calefaciendi, & siccandi, atq; attrahendi necessitate, hos pulueres, dropaci licet adiungere; ita etiam in imponendo oleo, aliquis delectus habendus est; ut si opus sit calefacere, loco olei communis, costinum, laurinum, rutaceum, aut alia id genus adhibeantur. Dixi, hæc medicamenta partibus macie confectis adhiberi, partis autem nomine, quamcunq; intelligo, siue magnam, siue paruam, ut propterea, & digiti & manus, brachium ac crura, nates & mammæ, venter inferior, totum deniq; corpus hæc medicamenti

menti

meriti appositione, quandoq; refici possit. Non est autem existimandum, hæc medicamenta ad quancumq; maciem, & ex quacunq; caussa factam dirigi, sed ad illam tantum, quæ, vt explicauit Gal. 6. de tuen. val. Cap. vi. *ex attrahentis, aut distribuentis facultatis infirmitate, quæ frigidam consequitur intemperiem, proficisci solet. Talis igitur siue naturalis, siue adscititia fuerit, potest conuenienti huius remedij administratione, si non ex toto, at saltem multis quidem partibus emendari. Quæ vero fit ex sanguinis defectu, ob corruptum ventriculi aut iecoris officium, siue ea corruptio ipsis primariò, siue etiam secundariò ex locis consentientibus contingat, talis dropace medicamento restitui nō potest. Ex quibus iam patet finis in definitione propositus huius medicamenti, qui quidem is est, vt facultas, vel attractoria, vel distributioni sanguinis deputata, excitetur, calor naturalis viuificetur, sanguis ad membra trahatur, meatus reserentur: Ita tamē vt quod attrahitur, minimè discutiatur. Etenim, si quod attrahitur, etiam resolueretur, loco*

refectionis,

refectionis, macies adhuc deterior subsequetur. Hinc etiam patent, omnes dropacis pro picatione accepti differentiæ. Nam alius ex pice, & oleo tantum, alius ex pice & resinis; quiddam ex his, adiectis etiam pulueribus constat, & hæc omnia, vel in cerati vel linimenti modum concinnantur.

CAPVT VNDECIMVM.
De recto vsu Picationis.

PICATIO antiquitus ad restituendam vel in parte, vel in toto, amissam carnem, tantæ fuit auctoritatis, & existimationis, vt nullum omnino, aut inuenire, aut excogitare possis medicamentum, quod non modò hoc ipsum superare, sed neq; sibi æquale fieri possit: propterea Gal. 14. Methodi, de hac operatione hæc scribit: Quippe ad carnem instaurandam egregium est medicamentum adeò, vt si quod singulare membrum hoc uitio laborat, id hoc præsidio restituatur. Ac nobis quidem in omnibus fermè hoc uni cum satisfecerit, siquidem humectat, & calefacit,

Cap. xvi.

lefacit, sanguinis multitudine accita. Et 6. "
de tuen. val. inquit: Porrò omnibus qui ita Cap. viij.
sunt affecti, auxiliatur unguenti genus, quod "
à Græcis hodie Dropax dicitur, utpote quod "
& distribuendo in corpus alimento, & nutri "
tioni cõducit. & sanè multos, ex ijs qui prius "
graciles fuere, uidere licet hoc remedio obe- "
sos redditos, potissimum quibus digerendi "
facultas infirma erat, nutriendi vero firma, "
sed quæ per aptæ materiæ penuriam affatim "
nutrire non potuit: quod nimirum ex dedu- "
cendi in corpus alimenti incommodum ac- "
cedit. Verum aliqui per ambitionem (ut di- "
xi) ne, sicuti delicati, aut qui formæ plus satis "
indulgent, pice vngi videantur, refugiunt "
huiusmodi auxilium, atq; aliud quippam, "
sibi à nobis excogitari gracilitatis remedium "
iubent: cùm tamen nullum sit, quod huic "
possit, æquari. Ex quibus sanè Gal. verbis "
duo colligi possunt, alterum quidem, sibi
quoq; cognitum fuisse dropacis vsum ad de-
pilanda corpora: nil enim aliud sibi voluit Ga
lenus per ea verba; Ne sicut delicati, aut qui "
formæ plus satis indulgeat, significare, q̃ dro- "

pacis vsum, ad euellendos pilos institutum, multis odiosum ne effaeminati viderentur. Sed hoc obiter. Quod autem secundum diximus, & ad rem nostram facit, est summa huius medicamenti praestantia; posteaquàm apertissimis verbis scribit Gal. aliud gracilitatis remedium praeter picationem nullum esse, aut excogitari posse. Propterea idem Gal. 7. meth. & 3. de offic. Medica, & cũ ipso caeteri omnes Graeci, & Arabes, ad ventriculum macie confectum, et caeteras omnes iam propositas partes, nihil magis conducere posse reputant, quam Picationem ipsam. Itaq; supposita imprimis macie sanabili, si corpus uniuersum robustum quidem fuerit, pars vero tantum macie conficiatur, ante picationem leuioribus remedijs pars ad sanguinis attractionem, & alimenti susceptionem est disponenda. In robustioribus inquam, partis exercitatione; sic enim scribit Aetius, 4. Tetrab. 4. Et corpori carnem congruo exercitio, moderatoq; labore, ac vlterioribus exercitijs reparare. Quibus vero exercitatio non conuenit, frictio, inunctio, balneum, aut

Cap. 58.

quid

quid simile ante dropacem adhibeatur. Siue vero exercitium, siue frictio, aut balneum, vel inunctio iniungantur, hæc omnia, nec ita lenta, aut leuia, vt sanguinem, aut facultates excitare non possint, esse debent, nec ita fortia, & valida, ut attractum etiam digerant. Propterea omnium terminus robur esto, & tumor in parte, antequàm vlla ratio ne subsidere incipiat. Siue igitur frictio, aut balneum adhibeatur, quam primum pars rubore affecta intumescere inceperit, tunc primum desistendum est, & dropaci aliquid etiam relinquendum. Sit itaq; balneum, neq; ex aqua omnino tepida, neq; etiã ex multum calida: Sit etiam potius aqua dulcis, q̃ thermalis: quamuis etenim Auicennæ consilium minimè spernendum existimem, qui etiam thermales aquas, sulfuratas, & bituminosas in hunc vsum proponit: Ego tamen illas tantum in macie cum paralysi iuncta, vel cum insigni saltem refrigeratione & humectatione annexa, potius quam in simplici commendare soleo. At quibus balneum parti admoueri non possit, spongia, eadem a-

qua calida imbuta, parti pluries adhibita idipsum præstare poterunt. Quod si frictio etiam dropacem præcedere debeat, illa quoq; lintheo nec omnino aspero, nec ex toto molli, actu tamen calido, vsq; ad iam præscriptum terminum est vsurpanda. Sed præter hæc omnia, minimè negligenda est, ex operationibus ad dropacem præparatorijs, et aliquomodo conferentibus; ligatura è diuerso facta: de qua scribit Hippocrates, tertio de officina

Cap. xxxij.

» *medica his verbis. In his quæ extenuata sũt,*
» *plurimum integræ partis comprehendatur,*
» *vt, ex transfusione, quæ exhausta sunt, ma-*
» *gis quam suapte natura emacrescerent, di-*
» *uerso vinculo ad incrementum spectent, et*

carne impleantur. Quid per diuersum vinculum intelligat Hippo. ego pluribus verbis disputare nolo. Satis de hac re in eodem comm. contra cæteros expositores subtilissimè disseruit Gal. vt propterea, mihi omnino liceat, & necessum sit, eiusdem sententiæ subscribere volentis, vinculum è diuerso, nihil aliud esse, quàm ligaturam, quæ fieri debet in parte omnino illi opposita, quam reficere,

&

& carne implere desideramus. Nam & ratio ipsa persuadet, ex duabus partibus, quae communibus venis vtantur, vt est vtrumq́; crus, & brachia, si vna macie confecta, alteram integra valetudine fruentem, vinculo ita astringamus, vt totum sanguinem ad ipsum confluentem, suscipere praeligatura non valeat; illum citius & commodius ad tabidum membrum esse confluxurum: praecipuè vero, si, vel ab exercitatione, vel partis emaciatae calida inunctione, frictione, balneo aut fotu adiuuetur; magis autē à dropace, cuius administrationem nunc proponam. Praeparato igitur imprimis medicamento, in formā cerati, pro robustioribus, linimenti uerò, pro magis delicatis; linteolo duplicato, aut corio aliquo, medicamentum adhuc calens exceptum, ad magnitudinem partis tabidae confectum, pilis antè sublatis, imponendum est. Dico, Pilis antè sublatis; Etenim, etsi scio, Oribasium in robustioribus, dropacem etiam sine depilatione admouendum esse consuluisse: nihilominus existimo, medicamenta omnia potissimum vero haec, quae ad vnicam carnis

rese-

refectionem attinent, esse adhibendam cum iucunditate. Appositus itaq; dropax, quamprimum tepescere incipiat, amouendus est, & nouus calidus super infundendus, idq; non vltra partis ruborem, ac tumorē. Quod .n. de frictione, & balneo praediximus, idipsum magis in Picatione obseruandum est, nè quando pars intumuerit, ex vlteriori picatione subsideat. Propterea, in quibusdam duae, in alijs tres Picationes sufficient; hyeme, & frigidioribus temperaturis, singulis diebus, Aestate vero, & calidioribus, tertio aut quarto quoq; die; sublato autem medicamento, pars oleo aliquo est fouenda, cuius beneficio pori obstruantur, sanguis in parte attractus retineatur, & conseruetur. Hic est igitur modus picationis, omnibus partib⁹ macie non admodum confirmata confectis, vniuersalis & communis. Nam in inueterata, aut etiam naturali, fortioribus auxilijs est opus: & in administranda etiam Picatione pro vētriculo, praeparatoria inunctio aut balneum, non ex quibuscunque, sed ex ijs, quae ventriculi robur conseruare possint est molienda.

lienda. Propterea frictio ex oleo aut Mastichino aut Nardino cum Amygdalino permixtis, fotus autem p thermales aquas, aut aliquod vini genus, perficiantur. At enim, ego (quòd video tamen nostri temporis plerosq; medicos tantopere extimescere) minimè reformido haec scilicet calidiora medicamēta exsiccato ventriculo adhibere; qui scio ex Gal. etiam sententia, horum omnium calefacientium finem non esse exsiccationem, sed ipsorum beneficio attracto alimento, partis refectionem, & restitutionem; vt propterea exiccato tantum ventriculo ipse ad refectionem talia apponi debere curauerit. Quid autem in inueterata, aut naturali macie, plus administrari possit, praeter iam proposita, explicauit Gal. 14. Meth. Qui, cum cognosceret in inueterata, & naturali macie, digerentem, et attractoriam membrorum facultatē, ex insigni refrigeratione esse ferè ex toto deperditam, propterea, maximo auxilio ipsam excitante indigere, praeter frictionem, balneū & inunctionem; ferulationem quoq; à mangonibus in hunc vsum fœliciter institutam *proba-*

7.Meth.c.7

Cap. xvi.

probauit. Erant autem Mangones, non ut Arabes interpretantur, brutorum animalium, sed puerorum venditores; quos propterea, et pinguiores, et pulchriores redditos, ad viles vsus reseruabant, & venditabant. Ab istis igitur ferulationem acceptam, Ga. loco citato summopere commendat; tamquã illam, qua confitetur Mangonem, pueri nates fame consumptas, breui auxisse. Modum autem administrationis hunc fuisse existimo: Paratis quibusdam tabellis, planis, et latis, ad trium, uel quatuor digitorum amplitudinem, (quales ante scarificationẽ nũc vsurpantur) illas, pice iam proposita, modice illiniebant, ac partẽ macie confectam vsq; ad terminum superius propositum, ruborem scilicet, & tumorem, percutiebant: Post percussionem vero, eodem dropace, aut in linimenti formam, aut cerati parato, semel, aut bis, partem iam ferulatam, eodem modo, & tempore, quo iam superius dictum est inungebant. Et hæc de macie in parte determinata existente, dropace reparanda satis. Quod si uerò totum corpus iam tabe consum-

ptum

ptum reficere oporteat, etiamsi ante picationem, vel frictio, vel inunctio, possint commodè corpus ad Picationem præparare: At tamen, nil melius balneo in his casibus excogitari potest. Sit autem balneum aquæ dulcis, nec ita calidum, ut sudorem excitet, nec ita tepidum, ut sanguinem attrahere non possit. Propterea, nulli dubium esse debet, complures Medicos, in usu balnei, pro macie reparanda administrati, non leuiter peccare, qui balneum, aut tepidum, aut quasi frigidum imperant: cum tale nil aliud præter simplicem carnis humectationem præstare valeat. At nos, ex huius balnei commodo, calorem excitari volumus, & sanguinem in vniuersum corporis habitum perduci; quod sine actuali calore, perfici minimè potest. Neque tales suspicandum est ex balneo calido vlterius digeri posse, si Hippocratis regulam tertio de offic. Medica descriptam, de qua etiã Paulo ante memini, semper ante oculos habeamus, tandiu balneo insidendum, donec corpus rubeat, & intumescat, minimè verò subsideat. Vtrum vero balneum hoc

ante cibum, an potius à cibo, sit adhibendum, non leuis difficultas existit: quandoquidem Galenus hac in re, variam videtur secutus esse sententiam: nam 14. Meth. (Cæterum (in- quit) quibus totum corpus est extenuatum, ipsis lauari quoq; post cibum est idoneum: & lib. de salubri diæta, scribit: Qui vero contra facit, ac illi qui balneis abstinent, la- uabit bis, vt tamen semper in primis tempus à cibo, secundo balneo tribuat, interim etiam primo. Ex quibus verbis, non modo ex Gal. sed etiam Hippocr. qui eodem loco illis præ- cepta tradit, qui obesiores euadere cupiunt, constat, balneum post cibum, administrandũ esse. Idem tamen Gal. (cui etiam adhæret Auic.) 7. meth. & x. balneum ante cibum adhiberi consulit: cuius rei caussam, videtur etiam attulisse idem Gal. in illo 14. Meth. cum inquit: balneum à cibo, & obstructiones, & calculum generare. Hac igitur in re, ita puto incedendum, vt scilicet, si illi qui refici volunt, in balneo vltra terminum iam præ- scriptum minimè immorari debeant, pos- sit balneum antè cibum administrari: quod si

cap. 14.

cap. 16.

quispiam

quiſpiam balneo magis delectetur, & longiorem in eo moram habere voluerit, hic minimè ieiunus balneum ingrediatur. Etenim magis ac magis digeri poterit. Præſumpto autem cibo, omnino habitior euadet. Vt propterea Proſper Alpinus, Medicus ſanè eruditiſſ. 3. ſuo lib de Medic. Aegip. ſcribat: Plurimas ex illis mulieribus in Aegypto degentibus extrema macie confectas, in balneis edentes, & bibentes, longámq; ſatis moram ducentes, hac ratione carnoſas & corpulentiſsimas reddi. Quod ſi vel obſtructionis, vel calculi ſuſpitio inualuerit, huic ex Galeni conſilio, exhibito cappari cum oxymellite, aut alio id genus aperiente, ſuccurrere poterimus. Fortè etiam non eſſet præter rationem, cibum qui antè balneum exhibetur, talem parari, qui ſit facilis diſtributionis, & gignendis obſtructionibus minimè aptus: quale eſſet, ius optimum, ex Gallina, aut Cappone, in quo bullierint fœniculus, aut petroſelinum, cappares vel aliud eiuſmodi. Neq; enim hæc quamuis attenuantia, maciem augere poterunt, cum ſint huius alimenti vehi

culum. Qui igitur balneo tam longo tempo ris spatio, et praassumpto, hac ratione cibo vtuntur, illis profecto hac tantum pro reparanda macie videntur sufficere. Si vero neq; cibum quis praaccipiat, & breuis quoq; fuerit in balneo mora: post balneum picatio etiam, administretur. Conuenit autem hac operatio, emaciatis quidem, sed vel febre minimè vexatis, uel ea quidem minima & obscura. Nam si Galenus, balneum calidiusculum in Hecticis veretur, multo magis Picatio fugienda est, vtpote qua longe maiorem corpori caliditatem inferre valeat. Quibus verò conuenit, administretur æstate alternis diebus, vel per longiora interualla, hyeme singulis, semel in die, eodem modo & ratione, quam superius dum de partis refectione sermo fuit, abunde proposui. Hac de Picatione sufficiant.

Caput

CAPVT DVODECIMVM.
De Dropace, vt depilatorio.

D*ROPACEM, antiquitus ad euellendas ex varijs corporis partibus pilos, etiam fuisse institutũ, iam superius Plinij, & Gal. authoritate demonstraui. Qui vsus ita inualuit, vt nostris etiam temporibus, non quidem ad luxum, et mollitiem, sed ad corrigenda capitis vitia, tineam præcipuè, frequentissime, & cum fœlici successu adhibeatur. Cum enim præmissis lotionibus debitis, & Smegmatibus, (de quibus ante memini,) Scopus deinde sit, corruptam materiã ex cute funditus extrahere, capillorum radices iam vitiatas eruere; nouo ortui naturalium capillorum occasionem præbere: nullum sanè remedium melius hæc omnia perficere potest, quam simplex Dropax, in cerati nostri formam confectus; ex sola pice, aut pice & resinis concinnatus. Hoc igitur medicamentum, quandoq; toti capiti simul & semel adhibetur, quandoq; verò in multas partes*

diuiditur,

diuiditur; vt melius locis tantum tineâ affe ctis accommodetur. Neq; enim opus est, si ali qua capitis pars hoc vitio non tentetur, ipsius capillos Dropace euellere. Affectæ autem parti medicamētum semel appositum, per in tegram diem, quandoq; etiam per plures ibi detinetur, postea vero violenter extrahitur: sic enim capilli tinea infecti radicitus euellū-tur, & nouo, ac naturali ortui occasio præbe-tur. Toties autem admouendum est hoc medicamentum, quousq; extracti capilli, & pici adhærentes, videantur iam omnem ti-neæ infectionem reliquisse. Propte-rea hac vna curandi ratione, per duos & plures menses ad-hibita; mulierculæ & alij expe-rimen-tatores alo-pecias, & tineas superare so-lent.

Caput

CAPVT DECIMVM TERTIVM

De Dropace pro medicamento curatoria & præseruatorio accepto.

DROPACIS pro picatione usurpati significatio, satis quidem usitata apud veteres extitit: eundem vero, pro medicamento curatorio, & praeseruatorio consideratum, non raro in usu fuisse uideo. Etenim, & pro alterandis partium frigidis intemperaturis, & pro euacuatione à partibus cutaneis, & profundis, consequenter, pro deriuatione, & reuulsione, saepissime administratum fuisse legi. Cum uero hic in duplici possit esse differentia; alter enim ulcerationem, adnexam habet, alter uero sine ulceratione consistit: profectò, eum qui non exulcerat, altero exulcerante, multo imbecilliorem esse oportet: de quo scribit Oribasius lib. x. hoc modo: Conuenit his morbis diuturnis, quibus etiam Sinapismus est idoneus: & cum quis Sinapismo uti uelit, prius Dropacem adhibet, ut corpus ad Sinapi praeparet: & post Sina-

Cap. xij.

„ *Sinapiſmum quoq; adhibetur, ut reliquiæ*
„ *morbi euellantur. Ex ijs Oribaſij uerbis con*
ſtat, dropaciſmum non exulcerantem, omni Sinapiſmo eſſe imbecilliorem; quod, de exulceratorio, alioquin ualentiſsimo, & efficaciſsi mo remedio, non eſt exiſtimandum. Etenim, ſi ſcarificandi uim obtinet, omni Sinapiſmo etiam ualidiſsimo aequalis ſit; de quo uerba faciens idem Oribaſius loco citato, dicebat: Quod ſi dropax ſcarificare debeat, Li
„ *mnesium, & Euphorbium accipere oportet.*
Imprimis igitur, de Dropace non exulcerante, deinde uero & de exulceratorio dicam.
Eſt autem nõ exulceratorius Dropax, medicamẽtũ calidum & ſiccum, attractoriũ & diſcuſſorium, ex pice, reſinis, gummi, atq; alijs pulueribus in cerati noſtri formam potiſſimum confectum, ad ſuperandas frigidas intemperies, diſcutiendos humores, atq; ex profundis partibus mouendos, potiſsimum inſtitutum. Scripsi medicamentum eſſe calidum & ſiccum; in qua re, non parũ differt à Dropace ſimplici pro picatione accepto. Etenim, illius caliditas, aut ſecundum gra-

dum vix pertingit, aut parum excedit. Ex pice enim sola, aut oleo & modica resina excepta conficitur, q̃ picem, secundum calidita tis et siccitatis gradum non pertransire, docuit Gal. oleum vero commune calidum, & humidum, esse nemo ibit inficias. Dropax aũt de quo in p̃sentia est sermo, p̃ter Resinas & gummi, quæ tertium caliditatis gradum attingunt, etiam varios pulueres sub eadẽ caliditatis & siccitatis censura constitutos, excipit, vt propterea totum medicamentum, in tertio gradu calidum, & siccum constitui possit. Quod cum tale sit, minimè mirãdum, illud quoq; esse, & attractorium & discussorium. Quæcunq; enim & attractione & discussione valida pollent, omnia, et tenuium sunt partium, atq; maiori ex parte, hũc calid. gradum pertingunt. Hoc autẽ etsi, à Smegmate abstersorio differat, non tamen ab attractorio seiungi posse videtur, minus vero à discussorio; propterea addidi, materias & formam medicamenti, secundũ quæ duo, à quocunq; Smegmate in propria significatione sumpto, distingui poterit. Nam

8. simpl. cap. proprio.

 Smegma

Smegma; ex aridis, vel in puluerem administratur, vel liquore aliquo ſubactũ, in formam linimenti adhibetur. Dropax autem, quamquam aliquando ad malagmatis formam propter olei admixtionem perduci, & vſurpari poſsit: tamen vt dixi picem, Reſinam, et gũmi recipit, quæ ad Smegmata non item pertinent, & frequentiſsimè, in Emplaſtri antiquorum formam adminiſtratur. Itaq; non inficior Dropacem eoſdem pulueres, nitrum, aphronitrum, adarcen, alcyonium, ſulfur, aliaq; id generis ſuſcipere, quæ Smegmatum materias iam conſtituimus. Sed hoc tantum dico, Dropacis eſſentiã magna ex parte, in pice, Reſinis, & gũmi eſſe conſtitutam. Quare cum talis ſit, iure à nobis dictum eſt, hoc medicamentum ideo adminiſtrari, vt partes refrigeratas calefaciat, humectatas exſiccet, ſuperfluos humores diſcutiat, & eos qui in profundo ſunt attrahere, & mouere poſsit. Ex quibus patent etiam differentiæ vniuſcuiuſq; dropacis, à facultatib⁹, à materia ex qua conſtat, à forma ſecundum quam conflatur; & ab operationibus deſumpta,

pta, vt nihil aliud superſit, quam enumeratis affectionibus, quibus ſuccurit, modum adminiſtrationis ſubiungere.

CAPVT DECIMVMQVARTVM
De modo adminiſtrationis Dropacis non exulcerantis.

CVM Dropax non exulcerans, ad alterandam partium frigiditatem, & humiditatem ante omnia conueniat; propterea antequàm de eodem vt attrahente, et diſcutiente verba faciamus, imprimis de eodẽ vt alterante loquemur. Varias inuenio eſſe refrigeratas partes, quibus Dropaciſta medicamenta vtiliter accommodantur, caput thoracẽ, ventriculum, abdomen, vterum omnia demúq; membra reſoluta. Quod enim ad caput pertinent, Gal. 2. de comp. medic. per l. ſcribit: Ego vero cum intemperies quapiam humida & frigida, aut per ſeipſam in partibus affectis adeſt, aut propter humorum frigiditatem fuerit oborta, ex Sinapi & Thapſia & ſimilibus adhibeo pharmaca. Et 7.

Cap. ij.

Cap. iv.

Meth. in refrigerato ventriculo, post vari.
„ proposita remedia inquit. Quod si horum ni
„ hil profecisset, commune omnium remediũ,
„ quibus imbecillitas nocet, in fine adhibuis-
„ sem, nempe rubrificationem φοίνιξιν Graci vo-
„ cant. qua vel per thapsiam, vel per Sinapi
„ fit. Ex quibus locis apertè colligitur, non mi
nus Dropacismos, qui thapsiam recipiunt,
quam Sinapismos, prædictis intemperaturis
succurrere. Sed de Sinapismis postea. Nũc
autem illud decretum esto; non solum Galé.
auctore, sed Paulo, Aetio, Alexandro, Are
teo & deniq; cæteris omnibus, Dropaces, in
tali frigida & humida intemperie, maximũ
præstare iuuamentũ. Itaq; ad modum admi
nistrationis transeuntes, illud semper & in
omnibus est obseruandum, ut si pars cui dro
pax conuenit Pilis referta fuerit, imprimis
„ denudetur. Quod si quispiam capillos neq;
„ sibi radi, neq; Psilothro tolli permiserit, huic
„ saltem eos breuissimè excindere debemus: sic
„ enim scribit Gal. 2. de compos. p. l. In inuete-
„ ratis capitis doloribus, & affectionibus, ne-
„ cessario pilos radimus, aut valde alte ipsos

vsq; ad cutim præsecamus. Post quam pilorum sublationem, Smegmata quoq; tantum ad Dropacem præparatoria, præcipue vero ex attrahentibus confecta, præcedere debent. Etenim, diligenter caput vsq; ad ruborem, aut pumice, aut folio ficus, aut alio ex connumeratis Smegmatibus confricandum est. Postea vero eidem iam probè pilis denudato, Dropax in cerati nostri formam applicari potest. Ubi vero neq; præras, neq; Psilothro sublati, sed breuiter tantum præcisi capilli fuerint, Dropax in linimenti speciem potius adhibendus est. Non solum autem caput, sed & frons, in hisce inueteratis doloribus et cōfirmata intemperie frigida, illinenda est: propterea Paulus libro 3. Ad hunc modum affectis, frontetenus vngendum esse censeo. Quod præcepit etiam Gal. 2. de comp. p. l. à quo medicamentum in linimenti forma concinnatum, tale desumi potest: R. Sulfuris, castorei, baccarū Lauri, an. vnc. s. cerato Rosaceo excipiantur, & fronti ac temporibus & capiti imponantur. Quod si efficatiorem voluerimus linimenti formam, ex Paulo talis

,, Cap. 4.

,,

Cap. ij.

excipi

excipi potest, quæ recipit, piperis candidi drach. ij. crocomagmatis totidem, euphorbij recentis vnc. i. stercoris columbini drach. i. s. aceti acerrimi q. s. misce. Quod si loco linimenti ceratum adhibendum sit, potest, huiuscemodi ceratum ad vniuscuiusq; libitum concinnari. Etenim imprimis dissolutis gummi, Serapino, Styrace, Bdellio, possunt addi pulueres capitales, sampsuchus, Stæchas, rosmarinus, ex valentioribus, Cyperus, et Squinãtus, Nitrum, Aphronitrum, & Sulfur, castoreum quoq; & Euphorbium. Galenus in tali affectione ceratum ex Nileo acceptũ, addito castoreo & iride capiti tanquam præstantissimum remedium admoueri posse existimat. Est autem hoc Nilei Medicamentum, id quod describitur 8. de compo. med. p. l. quod recipit ceræ lib. i. ammoniaci, olei Cyprini, an. lib. i. croci vnc. s. Aceti quantum sufficit, dissolue aceto ammoniacum, postea adde, in capitis affectione, castorei iridis an. vnc. iij. misce. Hæc autem cerata pro corrigenda frigida intemperie administrata, non sicut in picatione diximus, vbi tepescere

Cap. v.

re incipiant, sunt amouenda, immo uerò semel imposita, diu in parte sunt conseruanda, quandoq; per integram diem, aliquando per duas, nisi dolor ita urgeat, vt alicuius exulcerationis suspitionē inferat. Nam in eo casu sublato Dropace, locus oleo aliquo calido inunctus, lana aut alio simili poterit, integi vsq; ad sublatum dolorem, et exulcerationis suspitionem: postea vero si necessitas tulerit, iterato Dropax imponi. Non multum dissimilis est ratio immutandi frigidam ventriculi, intestinorum, vteri, & aliarum partiū intemperiem. Illud enim tantum animaduertere oportet, vt pro partium varietate, varij etiā eligantur pulueres, Resinis & gūmi pmixti, qui partes ex professo respiciāt. Sic enim pro ventriculo mastichi, & laudano, Resinæ, ac ceræ iam dissolutis, poterimus addere spicam, cinnamomum, piper, Nucem muscatam caryophyllos: Pro vtero autem, artemisiam, calamentum, costum, cassiam ligneam. Nepetham, Diptamnum; pro singulis deniq; partibus propria medicamenta eligemus. Quæ cum notiora sint, quam

vt

vt longiore egeant disputatione, hic, à nobis prætermittentur, & huic sermoni, de alterāte dropacismo, finem imponam, si tantum illud addidero, pro alteranda frigida, & humida intemperie, quæ partes paralysi confectas obtineat, maximam adhibendam esse diligentiam, in remedijs ad Dropacismos præparatorijs, frictione, inunctione, & balneis: In omnibus uero ad summum efficaciæ deueniēdum esse. Propterea frictiones, linteis asperis actu calidis, longo temporis spatio administrentur: olea quoq; ex calidis accipiantur, vt costinum, de piperibus, rutaceum, laurinum: quæ etiam Olea, si addito vino generoso, aut aqua vitis, cum scylla, euphorbio, castorio, alijsq; id genus calidis, ebullierint, vsq; ad vini consumptionem, multo efficatiora euadent. Balneum similiter vel ex bituminosis, aut sulphuratis aquis eligatur, vel si tale haberi non possit, saltem arte conficiatur. In aqua enim aut salsa, aut communi sed vino admixta, incoquentes nepetam calamentum, origanum, saluiam, & Rosmarinum, sulfur, & bitumen, piper & Pyre-

thrum,

thrum, atq; alia id genus plurima, balneum conficiemus, bituminoso, aut sulfurato non multum inferius. Quibus rite administratis, etiam Dropacem valentissimum superaddere oportet, qui prædicta omnia, aut saltem præstantiora recipiat. Sed iam ad Dropacem pro euacuatione acceptum me confero.

CAPVT DECIMVM QVINTVM
De vsu Dropacis pro medicamento præseruatorio accepti.

MEdicamenta, quæ varias corporis intemperies immutare possunt, ab omnibus curatoria; quæ verò caussas, & consequenter humores respiciunt, præseruatoria vocari, in Gal. cæterorumq; dogmaticorum Medentium, doctrina satis compertum est. vt propterea, cum iam breuiter quæ ad curatiuum Dropacem spectabant, persecuti fuerimus, æquum sit ad præseruatorium, deuenire. Frequentissimè acceptum fuisse hoc medicamentum, apud antiquiores medicos video,

cum pro superandis varijs affectionibus extrinsecis, tum vero & pro intrinsecis. Externis etenim affectionibus præcipuè capitis, vt Ophiasi, & Alopecia, post Smegmata varia de quibus iam supra locuti fuimus, atq; etiam post Dropacismos depilantes, tam accommodati sunt, vt, si cœtera iam proposita in affectibus istis tamquàm contumacibus, nihil proficiant horum certe vim, & efficaciam minimè uitare posint. Nec minus iuuant dolores capitis antiquos, vertigines, destillationesq; varias, melancholias hypocondriacas, colicos dolores, splenicos, & podagricos: ad reuulsiones vero varias, immò vero ad menses etiam prouocandos, primas certè partes obtinent. Horum igitur rectū vsum, in singulis subiungere liceat. Et quia ad Alopeciam, & Ophiasim attinentia, maiori ex parte in tractatu de Psilothro et Smegmatibus sunt declarata (oportet enim vt dixi partem antè diligēter abstergere, pilis corruptis denudare, omnem sorditiem si qua in vlceribus fuerit, & putredinem emendare) idcirco ijs peractis, supposita iam cute non vl-

cerata,

cerata, & sufficienter abstergentibus emundata, Dropaces deinde, qui validā habeant vim radicitus consumendi corruptos illos humores, & probum sanguinem attrahendi, præmisso tamen semper Smegmate, vsq; ad rubificationem, in hanc formam sunt adhibendi: qui scilicet recipiant pro fundamento Thapsiam, addito nitro, & adarce, ac modico Euphorbij: multum enim, exulceraret; Hoc medicamentum bis in die tollendum, et imponendum est, præmissa quidem frictione, subsequente vero fotu ex aqua Thermali, aut decocto, lupinorum, hordei, fabarum, cæterorumq; id genus. Quibus si malum non curetur, ad exulcerantia transeundum est, de quibus postea sum dicturus. Nunc enim ad Dropacem pro internis affectionibus eleuandis vsitatum me conuerto. Et de his quæ ad caput frigidis humoribus refertum pertinent, siue id dolore sit affectum, seu mauis vertigine, epilepsia, comate, sopore, aut alio simili vitio tentatum, nolo pluribus agere: quæ enim superius de eodem pro alteranda capitis frigida, & humida intemperie dicta

sunt, volo in præsentia pro nuper enumeratis symptomatis & morbis sufficere. De illis autem sermonem faciam, de quibus nihil hactenus dictum est, videlicet, de Dropace adhibendo, pro melancholia hypocondriaca, splenicis, colica, arthritide, & de eodem, ut reuellente, mensesq; ciente. Et quod ad melancholiam pertinet: Aetius & Paulus, qui ex Ruffo & Posidonio hac in parte omnia acceperunt, summopere consulunt, præcordijs, Smegmata & Dropaces esse adhibendos, sic Lib. de mal. *autem scribit Posidonius. Vtemur & acriter abstergentibus præcordia, medicamentisq; picem recipientibus; hoc est, pice sicca, per seipsam liquata, vel cum modico oleo: calida vero cuti imponitur, tam ante, quam in dorso, quoad sponte decidat. Quare, & cum ea lauetur, & siquid parum à cute recedat, auferendum est forcipe. Quæ sanè omnia libenter ad verbum transferre volui, quod ex his colligatur materia, & forma medicamenti, locus, tempus, & modus appositionis. Materia est Pix & Oleum, quæ etiamsi ad maciem reparandam administrentur, attamen,*

tamen, vbi diu in parte constiterint, sicuti cõsulit Posidonius, hæc non amplius ad implendum, sed ad euacuandum faciunt: vult enim ipsa imposita, non esse remouenda, nisi sponte recedant, & si paulatim recedant, forcipe, id quod iam separatum est, excindi præcipit; quòd verò adhæret relinqui. Forma autem est cerati nostri, locus vero regio ventris inferioris, vniuersum abdomen, cui in dorso similiter aliud ceratum eiusdem conditionis respondere debet. Certum est autem, illud omnino calidum apponi debere: neq; antea q corpus vniuersum ab excrementis fuerit expurgatum, præmisso Smegmate attenuante, tamquàm ad Dropacem præparatorio: de quibus etiam mentionem fecerunt Aetius 2. Tetrabibli & Paulus l. 3. qui ambo non minorem in affectionibus Lienis iam inueteratis ex Dropace, experti sunt vtilitatem, quam melancholicos, aut alios ex eodem suscipere posse docuerim. Propterea, si Lien iã induratũ quandoq; curãdum suscipiamus, præmisso emolliente medicamento; ad perfectam humorum, qui in eo continentur, consumptio-

Cap. 10.
Cap. xiij.

ſumptionem, Dropaces varij conſtituuntur, ex Bdellio, & Ammoniaco, in aceto acerrimo diſſolutis, addito nigro veratro, corticibus radicis capparis, ebulorum, tamariſcij: quibus etiam, ſi nitrum, aphronitrumue, & ſulfur addantur, multo efficaciores fient. Addito autem Sinapi, & Euphorbio omnium efficaciſsimi. In colica affectione, vnum tantum circa modum administrationis aduertere volo, cum Dropacis efficaciã in hoc quoq; affectu vnicuiq; in confeſſo eſſe putem. Eſt autem ex Aetio deſumptum: videlicet, pro colico dolore expugnando, poſſe quidem eoſdem Dropaces adminiſtrari, & eodem loco, de quibus iam in melancholia hypocondriaca mentionem feci, adhiberi. Sed, in hoc tantum vnius curatio ab altero diſtabit affectu, quod in melancholia, medicamentum hoc ſemel impoſitum ab illis locis niſi ſpõte decidat minimè eſt euellendum, in colica vero Emplaſtrum frequenter eſt amouendũ, & iterum admouendum: Sic enim ſcribit Aetius 3. Tetr. primo Cap. 34. *„ Dropax etiam aſ- „ ſiduè ſuper omnem ventris amplitudinem inijciatur,*

inijciatur, atq; etiam super dorsum. Si tamen urgente admodum colico dolore, efficacius medicamentum, quispiam parare voluerit, Pici liquefactæ, Resinam, sulfur & nitrum superaddere poterit. Propterea Aetius loco citato, ad colicam talem Dropacis formam proponit: R. Picis liquefactæ lib. ij. Resinæ lib. 1. Ceræ unc. vi. sulfuris viui, nitri, aluminis scissilis, adarce an. unc. iij. ad picem coctam, adde ceram, qua liquefacta ab igne tollito, & arida tenuissimè pulverizata inspergito, vnito, emollito, vtitor. Ex iam declaratis puto vnumquemq; non difficili negotio sibi etiam Dropaces pro leniẽdis doloribus ischiadicis antiquis, conficere posse. Namq; dissolutis gummi varijs; Bdellio, Ammoniaco, Sagapeno, addita Pice, & Resina, pulueres accommodati superaddi possunt, nempe, radix cyclaminis, Bryonia, colocynthis, cuius succum scribit Gal. 7. simpl. Ischiadicos solum curare. Smegmate igitur seu frictione usq; ad ruborem præmissa, ceratum est adhibendum, post biduum amouendum, & iterum reitera-

ta frictione apponendum. Quod si dolor ischiadicus usq; ad talum descenderit, decẽ diebus continuis supra fœmur secundum longitudinem adhiberi potest, totidem uero secũdum latitudinem. Absolutis uero hisce uiginti diebus, præmissa frictione, à genu ad talum in parte externa, ceratum per alios decem dies secundum longitudinem, totidem uero secundum latitudinem appositum, quãcunq; confirmatam ischiadem curare potest. Sed neq; spernendus est Dropacismorũ ad reuellendum usus. Aetius enim 3. Tetrab. in Cœliaca affectione ad reuulsionem eo utitur sic enim scribit: Quod si affectio adhuc intendatur, etiam Dropaces adhibeantur, medicamentoria ui præcellentes, bitumenq; habentes, & adarce. Porrò quanquam Aetius id non proponat, attamen ratio ipsa suadet, ut scilicet frequenter imponantur, & deponantur: Sic enim fortiorem efficient reuulsionem. Et nisi mea me fallit opinio, Paulus etiam, quando lib. 3. de dropace unguento, ad fluxum muliebrem remorandũ, sermonem facit, eiusdem meminit, ut medicamenti

[Margin: erm. in cap. xxxvij.]
[Margin: Cap. 63.]

camenti

camenti reuulsorij, partibus ideò superioribus adhibendi. Etenim, si aut vtero, aut infernis partibus admoueatur, nemo ignorat, hoc medicamēto fluxiones potius excitari, quam vlla ex parte curari. propterea idem Paulus, ad excitandos menses iam suppressos, scribit: Et post quartum deinde diem, Dropace vnguento circa pectinem, lumbos, ac fœmora, ægrotans illiniatur. Si itaq; Dropax propositis partibus admotus, menses remoratos excitare valet, in nimio fluxu muliebri, supernis partibus pro reuulsione, ex eiusdem Pauli consilio admouendus erit. Et hac dixisse volui, de Dropacibus non vlcerantibus.

Cap. lxi.

CAPVT DECIMVMSEXTVM
De Dropace Exulcerante.

PAVCA *admodum ex medicamentis à nobis iam declaratis, Psilothris, Smegmatibus, Sapone, Dropacibusq; reperiuntur, quæ ex propria facultate, aliquam non obtineant vim saltem superficiariā exul-*

N *cerandi:*

cerandi: potissimum vero, si in mollioribus corporibus, longiore temporis spatio subsistat. Cæterum datur Dropax in hunc tantum ferè finem exulcerationis scilicet institutus, qui propterea in durioribus etiam corporibus, breui interiecto temporis spatio, opus suum perficere valet: de quo præter Oribasium, etiam Ætium hunc in modum animaduerto verba fecisse: primo Tetrab. 3. Cap. 180. *At vero ad hunc communem Dropacem calefaciendi gratia adijcitur piper, Pyrethrum, semen rosmarini, bitumen: Si vero siccare opus fuerit, sulfur viuum, sal, cinis sarmentorum: Si lancinare, limnestris, quæ adarce vocatur adijcitur, aut euphorbium. Est igitur hoc medicamentum calidum & siccum, etiam vltra tertium ordinem; attractorium quidem, & discussorium, sed præcipue exulcerans, in qua re, differt à quocunque alio Dropace: constatque ex pice, gummi, & Resinis, sed mixtis medicamentis ex quarto caliditatis ordine desumptis, quod in formam cerati ad varias extirpandas ægritudines apparatur. Et ratione tam materiæ picis scilicet*

licet & Resinarum ac gummi quæ totius me dicamenti sunt basis, à Sinapismis omnibus distinguitur, facultate autem & opere, ac consequenter vsu nequaquam. Hinc statim colligitur vnaquæq; Dropacis exulcerantis differentia, partim ex materia, partim etiam ex operationibus desumpta. Etenim quod ad materias pertinet, dantur Dropaces efficaciores, & minus efficaces, prout aliqui etiam recipiunt plura ex calidis in 4. gradu, aut pauciora. Ex efficacioribus autem illi sunt qui Euphorbium ac Cantharides recipiunt, minus efficaces, qui sine his componuntur. Vtriusq; formam proposuit Aetius loco superius citato. Illius quidem, qui Euphorbium & Cantharides non recipit, descriptio hæc est: R. Colophoniæ Thus redolentis, & Resinæ sordidæ lignosæ, quæ in dolijs affertur, Resinæ à nauibus derasæ, quàm Græci dicunt ἀπόχυμα picis siccæ, an. lib. 1. s. Picis liquidæ brutiæ, lib. ij. ceræ lib. iiij. Nitri lib. i. bituminis, galbani, adarces, pyrethri, veratri albi, piperis, singulorum trientem, sulfuris viui quadrantem, castorei, ammoniaci

 thimia-

thimiamatis, ſtaphidis ſilueſtris, ſingulorum ſextantem, olei ſycionij lib. 1. opobalſami ſeſcuncem. Alius Dropax efficacior recipit, Picis, cera, colophonia, an. lib. i. nitri ſeſcuncem, bituminis quadrantem, ſulfuris viui ſeſquiunciam, piperis, euphorbij, adarces an. vnc. 1. cantharidum drach. iij. olei cyprini trientem. Quas deſcriptiones, eo libentius ſubnectere volui, vt vnuſquiſq; intelligat, non modo exulcarantia medicamenta, quæ nos veſicantia vocamus, ex fermento caricis, Sinapi, & Cantharidibus maxima aliquando temporis iactura, conformari poſſe, ſed illa etiam in hanc formam cerati redacta, ad varios vſus reſeruata, momento etiã temporis in promptu eſſe. Patent etiam differentiæ ex operationibus deſumpta, etenim omnia, vt vno verbo dicam præſtare poteſt, quæ ſimplici etiã Dropaci iam attribuimus, hoc tamen diſcrimine, quod Dropax nõ exulcerans, tamquàm Sinapiſmo imbecillior, aliquando Sinapiſmum præcedit, vt partem ad fortius medicamentum diſponat, aliquando ſubſequitur, vt reliquias poſt Sinapiſmũ

relictas,

relictas, quae medicamēto alioquin multum efficaci amplius non indigent, exstirpare possit: Dropax autem exulceratorius, locū Sinapismatis obsidet, potentissimus est & ad omnia valet ad quae etiam Sinapismus.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM
De vsu Dropacis euxulceratorii, & eius administratione.

DROPACEM *compositum, & exulcerantem, affectionibus, quae materiam excrementitiam habent aanexam, maximam vtilitatem praestare posse, apud oēs Medicos, qui de eo scripsere in confesso est. In ea vero intemperie quae absq; humoris praesentia partem obsederit, tantum abest, vt proficiat, vt potius maximo sit detrimento. Propterea Gal. 3. de loc. aff. in arida capitis dispos. cucurbitularum vsum, quae scarificatae fuerint, hanc ob caussā summopere damnat. Itaq; ad dolores eius loci cum praesentia materiae, vertigines, epilepsias, apoplexias, lethargos, conuulsiones paralyses,*

sopori-

soporiferos omnes affectus, destillationes varias, Orthopnoeas, & dyspnoeas, hydropes, aliasq; id genus affectiones de quibus etiam ante memini, splenis scilicet, articulorum, & uteri, tam pro euacuatione, quam pro deriuatione & reuulsione, mirificè valet. Inter externas autem affectiones, Alopeciam, Ophiasin, Leucen, alphos, psoram, lepram, elephantiasin, strumas, myrmecias, clauos, aliosq; id genus tumores duros & inueteratos tantopere iuuat, vt nullus ex iam dictis affectibus sit, qui hoc medicamento, quando cætera non profecerint cito, & tuto curari non possit. Sed quia praecipuae exulcerantium materiae, quae in Dropaces istos reponuntur, et Synapismata exulcerantia conficiunt, propterea, iisdemmet vitiis conferũt, eodemq; modo administrantur, ne idem bis inutiliter repetere cogamur decreui breuiter ea quae ad Synapismos non exulcerantes ꝑtinent expedire, postea vero proposita etiam, Sinapismi exulcerantis natura, & differentiis, vtriusq; rectam simul administrationẽ proponere.

Caput

CAPVT DECIMVMOCTAVVM
De Sinapismo, in genere & primum de non exulcerantibus.

EFFICACISSIMA sanè ad grauissimos superandos quoscunq; morbos ea sunt, de quibus hactenus nostra instituta est disputatio: Sed quæ nunc subsequentur, adhuc multo efficaciora erunt; vt propterea nostræ partes esse videantur, omnem hac in parte adhibere diligentiam, ne quicquam à veteribus scriptum, quod aut hisce medicamentis lucem, aut nobis omnibus vtilitatem praestare possit, vlla ratione praetermittatur. Sinapismus igitur in genere acceptus, à materia ex qua cōficitur, nomen desumit, Σίναπι *scilicet, quia vt scribit Athenę* σίνεται τὰς ὦπας τῇ ὀσμῇ *olfactu laedit oculos cui conuenit, & Plaut. in Pseud. Teritur Sinapis scelerata; cum illis qui terunt nàm prius quam triuerint; oculi vt stillent, facit Sinapi. Accipitur autem in duplici significatione, quemadmodum & Dropax. Quandoq; enim exulcerantem,*

Lib. ix. in princ.

rantem, nonnunquam vero eum qui sine exulceratione administratur, significat. Pro- Cap. 78. pterea Paulus lib. 3. Sinapismũ tanquam diuersum à medicamento, ex cantharidibus
„ composito, proponit, cum inquit: In remissio-
„ nibus morbi, etiam Sinapi cum ficubus ari-
„ dis, & alijs Phœnigmis vsi sunt; aliqui etiam
„ composito ex cantharidibus medicamento.
& Oribasius lib. x. cap. xiij. de hoc Sinapis-
„ mo, non exulcerante verba faciens, inquit,
„ ad morbos autem, et partes facilè sentientes,
„ nuntius vtendum Sinapi est, vt eo vtamur
„ donec caro fiat paulo rubicundior. Hoc igitur imprimis accepto; cum Oribasio, Aetio & Paulo, Sinapismum non exulcerantem dicimus, esse medicamentum calidum, et siccum, attractorium & discussorium ex Sinapi & caricis conflatum corpori adhibitum, vsq; quo cruento rubore suffundat, ad alterandas intemperies, mouendosq; humores institutum. Diximus, esse calidum & siccũ, Etenim Sinapi, à quo, sicuti nomen ita & compositionem maiori ex parte accipit, vltra tertium caliditatis gradum ꝑtingit, quamq̃

ipsius

ipsius facultas aut caricis, aut pane, aut aliorum admixtione (ut paulo post subiungã) multum corrigatur: Cum vero sit tenuium partium, consequenter, attractorium & discussorium est: in quo etsi conueniat cũ Dropace, differt tamen materia: ab exulcerante autem Sinapismo differt operatione. Etenim hic tamdiu administratur donec partem insigni rubore afficiat, non tamen exulceret, exulcerans autem, præter hac bullas excitat, & vlcuscula inducit. Cæterum, quia dixi Sinapismum hunc ex Sinapi et caricis inuicem mixtis constare, illud hoc in loco prætermittere non licet, quod ad huius medicamenti compositionem maximè facit, & ab Aetio, Paulo & Oribasio propositum est: non vnam scilicet, sed varias pro ætatis, corporum, et affectionum varietate, Sinapismatum compositiones fieri. Communis modus est, vt Caricis in aqua tepida pridie maceratis, & postridie eius diei vehementer expressis, ac contusis, acre Sinapi, quale est Syriacum, & Aegyptiacum per se conteratur, aquam in qua caricæ maduerint paulatim

affundendo, & ambo deinde tam Caricas quam Sinapim in proprias massas redigẽdo. postulante vsu, Sinapismum satis efficacem conficiemus, si duabus Sinapi partibus, vnã tantum Caricarum addiderimus: mediocris erit, ex parib⁹ vtriusq; portionibus: infirmus, si duabus Caricarum partibus vnicam Sinapis adiecerimus: infirmior adhuc, si loco Caricarum panem acceperimus: omniũ infirmissimus, si Sinapim aceto macerauerimus. Nõ inconuenit tamen idem Sinapi miscere, & melli, & adipi, & oleis, imo vero pici, resinis, gummi, aliisq; ceratis, vt formam & linimenti & olei & emplastri, & cerati induere possit. Hoc igitur medicamentum, non exulcerans, ad varias affectiones accommodatum est, quas nunc subiungam, simul cum propria eiusdem administratione.

Caput

CAPVT DECIMVMNONVM De vſu Sinapiſmi non exulcerantis, & recta eius adminiſtratione.

AFFECTVS, qui ex Sinapiſmo non exulcerante iuuamẽtum ſentiũt, ab Oribaſio, Aetio & Paulo vnanimiter quidem deſcribuntur. Liceat tamen Pauli tantum verba in medium afferre, qui in iſtis connumerandis, cæteris diligentior eſſe videtur. Hic igitur lib. vij. hunc in modum ſcribit: Cap. xix. *commodè præterea magnaq́; cum vtilitate capiti; cum primis in cephalea, hemicranea, morbo ſacro, quem græci* ἐπιληψίαν *vocant, vertigine & mania, hoc eſt furore adhibetur: thoraci vero in difficultate anhelitus, ſeu aſthmate, orthopnoea, tuſsi diuturna. In diutino vero catharro, vnà cum thorace capiti quoq́; Sinapiſmus imponendus eſt. & alia quæ ſequuntur, quæ etiamſi, exulcerantibus etiam Sinapiſmis conueniant, non eſt tamen quod quiſpiam ſemper exulcerantes non exulcerantibus anteſerre velit: quandoquidem*

multi sunt casus, in quibus èxulcerantes Sinapismi minimè conueniunt, non exulcerantes autem maxima cum vtilitate, atq; sine periculo administrantur. Etenim externas affectiones, superficiariasq; in naturis potissimum mollioribus, vt pueris & muliercu-lis, Sinapismus non exulceratus, exulceranti semper est præferendus :propterea dicebat

Cap. xviij. *Aetius primo Tetr. serm. iij. Cæterum in*
„ *corp. molli sensu præditis, & in quibus circa*
„ *superficiem est affectio, panem pro Caricis ad*
„ *Sinapi admiscere oportet. Si quando etiam contingat partes antiquo vlcere vexatas, frigida & humida intemperie laborare, (quibus Sinapismata maximè contulisse, atq; à veteribus in frequenti vsu habita fuisse, ex*
Cap. iiij. *Gal. 4. Meth. 4. satis constat, qui hunc*
„ *in modum scribit: Nam veteres eas imbe-*
„ *cillitates, quæ vel ex frigore vel ex plurimo*
„ *humore citra manifestum calorem accide-*
„ *rent, rubefaciendo curabant) in istis inquam vlceratis partibus, neminem puto Sinapismate nouam exulcerationem tentaturum, sed magis exsiccationē, & probi sanguinis*

nis attractionem; quod Galenum voluisse eius verba declarant, cum dicat rubefaciendo curabant. Sed neq; partem frigida & humida intemperie, sine humoris præsentia tentatam, vlla ratione exulcerare oportet, quæ tamen ex non vlcerante Sinapismo maximam percipit vtilitatem. In Cartilagineis autem partibus, ac internis, exulcerantia Sinapismata minimè conueniunt: sic enim scribit Oribasius; Quinetiã in Cartilagineis partibus, cauendus eius est vsus, vt in auribus & summis naribus: Cum tamen idem paulo post de non exulcerante Sinapismo verba faciens, & cartilagineis, & internis partibus admoueat. Sic enim scribit: In rectũ quoq; intestinum resolutum glans inditur, in ijs vero qui difficulter audiunt, collyrium linimento impactum auribus imponitur, tũc vbi sensum collyrij pars quodammodo perceperit, collyrio per linamentum exacto, pars melicrato abluitur. Itaq; Sinapi dummodo non exulceret, non modo ad aures, verũ etiã ad oculos conuenit: vt propterea Plinius lib. xx. vtatur Sinapi ex melle aut adipe ad sug

Cap. 22.

gillata

Cap. 8. *gillata. Et Gal.iiij. compos. med. p. l. ad tumores ex plaga circa oculos exortos Sinapi vetustum ex aqua tritum, assiduo circumponit. Ex quibus sanè dictis, uon modo quibus simplicia hæc Sinapismata conueniant, satis constat, sed & recta eorundem pro maiori parte administratio. Nam ne longius abeam, primum quidem conueniunt vbi calefaciendi scopus cæteros antecedat: medicamentum enim quod partem euacuat, illud etiam ex euacuatione nescio quam refrigerationem relinquit: itaq; calidum non exulcerans præferatur. Ubi etiam nuda fuerit intemperies ab omni tumore, ac materia seiuncta, exulcerati Sinapismi, tanquam omnino contrarij, & pernitiosi sunt prætermittendi, non exulcerati vero, tunc ad summum vtilitatis perueniunt. Vt vno verbo dicam, Cartilagineis partibus, oculis, internis etiam locis, & cuicunq; ætati, sexui ac temperamento molli & delicato adaptari possunt: Ut propterea ad reuellendum, etiamsi non exulcerent, vltimas partes non obtineant. Quæ cum ita sint, mirum esse non debet, si et*

Gal. & Paulus & Aet. & Orib. & cæteri omnes tam frequenter ad prædictas affectiones, & loca, hisce Sinapismis vsi fuerint. In dolore cap. ex frigida intemperie, vertigine, insania, epilepsia, apoplexia paralysi, atq; alijs viscerum & partium frigidis affectionibus de quibus ante memini: sic enim Gal. 2. de comp. med. p. l. Sinapi ad frigidam cephalæam vsus est: & vij. meth. ad ventriculi imbecillitatem: & Aetius tam in colica, quam in ventriculi inflatione; Paulus vero etiam ad vteri inflationem, & vt finem faciam, ad frigidas omnes affectiones sæpissimè vtuntur. Modum iam puto ex superius declaratis cognosci posse. Semper enim refrigerata pars, ante Sinapismi appositionem, aut pannis calidis, aut Smegmate, vel calida aliqua inunctione est fricanda: Sinapi deinde apponendum, melle, oleo, aceto, pane, caricis aut alia consimili materia simplici, aut composita, pro partis & naturæ conditione et differentia cõfectum. Tamdiuq; permittendum est vsq; quo ruborem inferre possit. Dolore enim multũ augescente, ne exulceret,

Cap. ij.
Cap. iiij.

ceret, amouendum est, & pars oleo aliquo dulciore, aut medicamento dolorem leniente est illinenda, rosaceo, butiro, lacte, adipe aliquo: Postea, mordicatione sublata, Sinapismus eadem ratione, pro maiore, vel minori necessitate, bis, tertio, & pluries repetendus est. Hoc vero potissimum ad reuulsionem faciendam erit tentandum: Etenim simplicem Sinapismum reuulsionem excitare posse, & ratio, & auctoritas confirmant: quanquam enim non exulceret, dum tamen partem calefacit, cruento rubore suffundit, & in tumorem attollit, humores omnino alio confluentes retrahit. Propterea Aetius in vomitu bilioso, ad reuulsionem, cataplasmate ex Sinapi præcordia rubefacit: & in cœliaca affectione, ad eundem Scopum, bis, ter, & pluries, ipsum supra præcordia post Dropacem imponi consulit. Et cum Paulus in fluxu muliebri præter Smegmata, Psilothra, & Dropaces, etiam Sinapismis vtatur, (quamuis, quod dixi de Psilothro idipsum de Sinapismis animo concipere possim, hos scilicet probè iam repurgato vniuerso corpore ad vterũ

exsiccandum

exsiccandum congruè adhiberi.) Nihilominus, potest etiam intelligi Paulus de Sinapismo superioris partibus ad reuulsionem adhibendo. Sic quoq; Gal. viij. de compo. med. p. l. in inflatione, & distentione ventriculi, Sinapi ex aceto partibus infernis vsq; ad rubificationem pro reuulsione adhibet. Sed iã tempus est vt ad maiora animum conuertentes, ad exulcerantia medicamenta transeamus: in quorum gratiam cum præcipuè præsens instituta sit disputatio, congruum esse videtur, multo maiore studio ac diligentia cuncta examinare, quæ ad horum notitiam & rectam administrationem facere possunt.

CAPVT VIGESIMVM
De Sinapismo, & quocunq; alio medicamento superficietenus exulcerante.

MEDICAMENTA quæ extrinsecus apposita, summam tantum cutem exulcerant, & bullas, seu vesiculas Græcis φλυκταίνας vocatas excitant, non ijs tantum nostris temporibus, sed & antiquioribus me

dicis, Gal. potissimum fuiße cognita, ex his quæ proximè sum dicturus, satis vnicuiq; patere poterit. Nunc vero tantum Alexandri
Cap. 1. *auctoritatem subiungere libet, lib. x. hunc in*
„ *modum scribentis. Similiter & cutis velli-*
„ *catus, cruentationesq; Sinapi excitatas, &*
„ *Dropacismos conuenire arbitror, præsertim*
„ *in tali morbo iam inueterato. Postea subdit,*
„ *Sin autem pustulas exiguas & bullas aquæ*
„ *plenas, quas* φυδράκια *Græci appellant fieri con*
„ *tingat, terreri non debes. Et Gal. 6. de com*
Cap. 2. *pos. medic. p. l. post Critonis descriptum medi*
„ *camentum quod nil aliud quam ves. est, scri*
„ *bit: Aquā pars, vel oleum non attingat, do*
„ *nec vlcuscula quæ* φυδράκια *dicuntur fecerit.*
Itaq; superficialem hanc medicamentorum exulcerationem, Gal. & antiquioribus medicis fuiße cognitam, in dubium non est vertendum. Etenim, quanquam Gal. ipse 5. simpl. vbi cæteras medicamentorum facultates, quascunq; percurrere videtur, has tamen prætermisiße videatur: hoc tamen minimè existimandum est. Talia enim medicamenta, ad dolorem mouentia Gal. ἰσυγρὰς
vocata

vocata. Ad acria, ad attrahentia, discutientia, imo vero etiam ad caustica redigi possunt. Quæcunque enim profundam carnem urunt, & putrefaciunt, si mitioribus misceantur, summam tantum cutem exulcerant, & quæ summam tantum cutem exulcerare solent, si diu in parte consistant, caustica quoque euadunt: ut propterea medicamenta iam proposita, omnibus nominibus de quibus ab initio fuit sermo nuncupari possint, thermantica inquam, metasyncritica, non quidem in significatione à Thessalo & Methodicis vsurpata, de qua meminit Gal. 5. simp. sed significatione ab eodem Gal. ij. de comp. p. l. accepta, quod scilicet ex alto, & profundis partibus trahant. Possunt quoque dici Phœnigmi à rubore; Dropaces à vellicatione; Sinapismi à materia ex qua non raro conflantur: Caustica ab vrentibus, quæ in sui ipsorum compositionem recipint. Hæc igitur medicamenta bifariam considerari possunt: Nàm quandoque pro operatione ipsa accipiuntur, in quo sensu Paulus lib. iij. cap. de colica, Sinapismum defininit exulcerationem

Cap. xxvi

ex Sinapi: quandoq; vero accipiuntur pro medicamento, hanc operationem moliente, in

Cap. xix. *quo sensu idem Paulus lib. vij. Sinapismum*

„ *sic definiuit: Est autem Sinapismus reme-*
„ *dium ex Sinapi subacto, quod alicui corpo-*
„ *ris parti vsq; dum cutem exulceret, & cruẽ*
„ *to colore suffundat imponitur. Cæterum, cũ Paulus medicamentum hoc exulcerans, tã-quam ex solo Sinapi, & Caricis constans de*
„ *finierit, atq; ideo statim subiunga: Ex mate-*
„ *ria quidem non varia, sed efficacissimus ta-*
„ *men est. Nobis liceat, qui ex eodem Paulo, Aetio, & Galeno, multo plures esse exulcerantium materias desumpsimus, illud ipsum ita definire, vt cæteras quoq; materias complectatur, & nihil quod ad ipsius cognitionem facere possit à nobis prætermittatur. Est itaq; medicamentum hoc calidum & siccum, acre, attractorium, discussorium, summam cutem exulcerans, ex Sinapi & alia multiplici materia confectum, ad debellandas, varias externas & internas affectiones institutum. Per calidum verò & siccum intelligo medicamentum vltra tertium caliditatis*

ratis & ficcitatis gradum constitutum, vel saltem minime infra tertium. Etenim, quæ ad quartum pertinent gradum, Escharotica et Septica sunt: quæ vero infra tertiũ gradum, longiore temporis spatio, & difficili negotio, hanc exulcerationem efficere possunt. Et quanquam, (quod superius quoq; adnotaui) in medicamentis superficialiter exulcerãtibus, multa ex 4. ordine accepta ingrediantur, attamen, temperatioribus admixta, cõpositionem efficiunt, quæ tertium gradum multum non excedit. Dixi autem calidum & siccum, quanquam non ignoro aliquando etiam calida quædam & humida in iiij. vel vltra tertium idipsum præstare posse, de quibus etiam sum dicturus. Plura tamen sunt, quæ siccitatem cum calore obtinent, quàm humiditatem. Addidi hæc medicamenta esse acria, quandoquidem, nihil aut vellicare, aut exulcerare potest, quod acrimoniam etiam non contineat. Et cum acriũ alia sint venena, alia medicamenta, nonnulla verò obsonia et condimenta: nullum est ex his, quod aliquando exulcerantium compositionem

Gale. lib. de victu cap. 1. 4. simplic. 14. 19.

tionem non ingrediatur. Etsi quædam ex y. citius, quædam serius operationem perficiat. Dixi esse attractorium, ex quo statim constat et debere esse tenuium partium, propterea acria multa in quarto caliditatis gradu constituta & crassarum partium, qualia sūt Escharotica, sola minimè conueniunt: eò q, sensum partis statim corrumpant; consequenter ad profundas penetrare, & attractionem moliri non valeant. Oportet enim locum ad quem fit attractio, maximo calore, & sensu esse præditum, minimè vero iam ex toto à medicamento caustico, sensu, & vita destitutum. Est igitur hoc medicamentum attractorium, tenuium partium. Et cum attrahētium, alia sint per se, & à natura calida, vt scilla Euphorbium, thapsia & cantharis, ac cætera id genus, quædam vero ex accidenti, vt fermentum & stercora: in medicamentis propositis, pro attractione moliēda, vtrumq; genus concurrit. Cæterum, quia nihil attrahit, quod etiam non digerat, nec quicquam digerit, quod etiam non attrahat Gale. au-

Cap. xiij. *ctore 6. de comp. med. per genera, propterea*

dixi

dixi hoc medicam. etiam esse discussorium. Quanquàm non inficior, quod etiam docuit Gal. loco nuper citato, hanc composit. recipere, & ea quæ habent attractoriam facultatem magis quam discutientem, & nonnulla etiam quæ magis discutiunt, quam attrahant: de quibus Gal. loco cit. Sed hactenus hoc medicamentum, non multum à cæteris propositis distare videtur: propterea differentiam addidi, quæ ipsum à prædictis & à quibuscunq; alijs distinguit, exulcerationem scilicet. Etenim, vt exulceratio superficialis est, medicamentum ab Escharoticis & septicis separat: vt exulceratio autem, absolute accepta; ipsum à Psilothris, Smegmatibus, simplicibusq́; Dropacibus, & Sinapismis distinguit, à quibus exulceratio non exspectatur. Dixi ex Sinapi, & alia multiplici materia, hoc medicamentum constare, nec iniuria: posteaquam ex proposita, & explicata iam definitione, vnumquemq; facilè colligere potuisse existimo, hoc medicamentum, calida in quarto, & tertio atq́; infra tertium recipere, tam per se, quàm ex accidenti, tàm

sicca,

ſiccã, quàm humida, acria omnium generũ, tàm venefica, quàm non venefica, ſiue medicamenta, ſiue obſonia, & cuiuſcunq; ordinis attrahentia ac diſcutientia. Ex veneficis enim, & 4. gradu calidis, recipit cantharides, Arſenicum, auripigmentum, euphorbium, lac tithymali, lac caprifici, calcanthũ omne, Sandaracham ac foſsilem chryſocoleam, præter hæc vero, ex minus periculoſis recipere poteſt Sinapi, piper, Thlaſpi, pyrethrum, naſturtium, helenium, lepidium, ſcillam, allium & cæpas, calaminthã, ammeos, napi, elaterium, Reſinas varias, picem naualem, opopanacem, ammoniacum, ſagapœnum, euphorbium, alumen, ſulfur, chalcitidem, ſalis florem, alcyonium, vtrumq; veratrum, ranunculum, flammulam Iouis, acetũ acerrimum, præcipue ſcylliticum, Saponem, fermentum, & ſtercora varia. Ex quibus omnibus parantur medicamenta vulgo Veſicantia uocata, quæ in formas etiam diuerſas redigi poſſunt, prout etiam ex varijs propoſitis materiebus componuntur. Etenim si opopanaci, ammoniaco, ſagapeno, pici et re-

ſinis iam diſſolutis, aut cantharides vel Euphorbium aut flammula, & batrachium exſiccata, in pulueremq; redacta, naſturtium & Sinapi atq; alia id genus addantur, cera tum veſicans optimum conficietur. Si vero ſtercoribus aut fermento, herbarum propoſitarum ſucci, batrachij ſcilicet & flammulæ, deſcriptiq; pulueres, cum aceto aut oxymelite, componantur, Emplaſtrum fiet: At ſi prædictis pulueribus ſelles aliqui, vel acetum acerrimum, aut ſucci herbarum exulcerantes addantur, fiet linimentum, & modica etiam addita cera vnguentum. Poſſunt etiam folia herbarum contuſa, aut ſuccus ipſe batrachij, & ranunculi ad exulcerandum parti adhiberi, nec diſſimili ratione etiam pulueres cantharidum, flammulæ, & cæteri nullo alio medicamento excepti, idipſum præſtare poterunt. Medicus itaq; pro temporis oportunitate, & loco, aliquando vnam, nonnunquam plures, ex prædictis materijs accipiet, & ad libitum ſub varia forma præſcribere poterit. Illud tamen non eſt ſilentio prætereundum, quod cum veſican

tia, & pro calefaciendis partibus refrigeratis, & pro attractione ex alto, & pro humorum discussione, & pro Veneni in cutem extractione, vsurpari soleant, vnumquemq; semper in ijs adhibendis illum sibi finem proponere debere, vt materias eligat, quæ etiam intentionibus uarijs maximè respondeant. Non enim semper hæc omnia æqualiter posse videntur, sed quandoq; scopus attrahendi superat intentionem discutiendi, quandoq; vero contra res se habet: Quod & de calefaciẽdis refrigeratis, & de veneno extrahendo intelligi volo. Propterea si Scopus attractionis cæteros exuperet, medicamẽtum, picem, Resinas omnes, & gummi varia recipere debet. Vbi vero discussione potius opus fuerit, salem & salis florem chalcitidem, fæcem vini vstam, Sandaracham, calcem viuam, cinnabarim, Asiæ petræ florem, spumam nitri, aphronitrum, piper Sinapi & struthium, aliaq; id genus plurima, in vsu habere oportet: sicuti vbi veneni extrahendi necessitas vrgeat, venenata sunt admiscenda, de quibus iam paulo ante memini. Itaq; cum neq;

sit

vnica affectio aut in genere aut in specie, cui exulcerantia medicamenta succurrunt, sed ea quidem multiplex, variam quoq; oportet esse, & materiam, & formam medicamenti: Quæ vero sint affectiones, quibus hæc vesicantia competunt, mox subiungam.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM
Ad quæ valeant veſicantia in genere, & de ordine dicendorum.

EXVLCERANS medicamentum, vno excepto, ad omnia valet, ad quæ Dropax & Synapismus simplex. Neq; .n. (quod Paulo ante docui) exulcerantem Sinapismum vllus vnquam, intemperaturæ sine humoris præsentia partem afficienti, vtiliter admouere poterit. Pro alteranda autem partis frigiditate, quamquam ratione exulcerationis, minus posse videatur quam Sinapismus simplex; hoc tamen, tantum intelligendum est de simplici Sinapismo ex Sinapi, & Caricis constante cum exulcerante collato, ex ea ipsa materia simplici Caricis inquã &

Sinapi constante. Nam, si de exulcerantibus medicamentis, quæ sub Sinapismo composito omnia reduci possunt, Euphorbium, nasturtium, piper & pyrethrum, atq; alia id genus calidiora recipientibus sit sermo, hæc profecto, quanquam exulcerent, attamen multo plus quam simplices Sinapismi calefaciunt. Ad cætera vero omnia, euacuationem scilicet à parte affecta, siue externa siue interna, proinde ad deriuationẽ & reuulsionem, longè melius faciunt quam simplex Sinapismus. Ad veneni ètiã extractionem vel sola hæc Vesicantia, vel saltem omnium præcipua censeri debent. Itaq; cum hæc omnia praestare possint, & de huius remedij administratione: pro calefaciendis partibus refrigeratis, iam satis in sermone de Dropacibus simplicibus & Sinapismis instituto dictum esse existimem. In praesentia omnia haec ordinatim examinabo. Primum quidẽ ad quos affectus Cutaneos exulcerantia haec medicamenta conueniant, & quis sit modus administrationis. Deinde vero de ijsdem loquar, tanquam de medicamentis à parte

affecta,

affectu, sed interna discutientibus. Tertio de eorundem reuulsione loquar, in genere accepta. Ubi singula hæc absoluero, quæ omnia ex publicè, confessis & ab omnibus concessis accipiam; deinde singula diligentius examinabo, & quæram: Vtrum medicamenta hæc calorifica, tàm pro discussione, quàm pro reuulsione, in calidis humoribus. Utrum etiã in frigidis an potius in vtrisq; vsurpentur. Deniq; vero, quod omnium difficillimum esse videtur, illud etiam inquiram: Utrum in febribus, vsurpari debeant, & in quibusnam; propter quas caussas, quo tempore, loco, & modo, quæ omnia singillatim vbi declarauero, et cunctas dubitationes quæ occurrere possunt diluero; tunc primum huic operi, quod iam absolutum existimabo, finem imponam.

Caput

CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM
De vſu exulcerantium in affectibus cutaneis.

EXTERIORES & cutaneas affectiones, quas Pſilothris Smegmatibus varijs, Dropacibus & Sinapiſmis ſimplicibus hactenus tractari poſse docuimus, ſi quando ita rebelles fuerint, vt ijs nequaquam cedere uideantur, exulcerantibus medicamentis tãquam ſummo omnium remedio tandem eſse curãdas minime in dubium uerti poſſe uideo. Hac enim ratione Alopeciæ, Ophiaſes, tineæ noſtræ, impetigines omnes, tumoresq; varij in Scirrhum & callum indurati, facillime & breuisſimè perſanantur. Et quantum ad Alopeciam, & Ophiaſin pertinet, etiamſi Galenus primo illo de compoſ.med.p. l. paucis interiectis verbis, ſibi contradicere videatur, cum aſſerat in pharmacorum fortiũ admotione, animaduertendum eſſe ne cutis, vltra quam conueniat incaleſcat. periculum enim

Cap. 1.

enim esse, ne iterum atq; iterũ repetito eorũ vsu, cutis exuratur. Qui his uerbis exulcerantia impugnare uidetur. hic tamen Paulo post, varia medicamenta, bullas excitãtia, ex Archigene, & alijs desumpta minimè im- ,, probat, inquit.n., aut buprest i cum aceto, aut ,, ranunculo, aut ari radice aut tali quopiam ,, in Cerati formam redactis, & per noctem im ,, positis, bullas ex Alopecia excita: mane uero ,, bullas compunctas, allio, aut Biselino aut ,, anemones Phernijue folijs intege. Attamen ,, certum est, Galenum in Alopecia exulcerã- tia hac superficialia nunquam improbare vo luisse, sed magis caustica; ut propterea ille dicat, fugiendum quidem esse ustionis pericu lum. superficiariam uero exulcerationem minime. Nam, quæ profundius urunt, pilos deinde iterum nasci non permittunt. Propterea Aetius 2. Tetrab. 2. exulcerationem Cap. 55. *in Alopicia non improbat, sed cautionem ad hibet, ut si exulceretur, exulceratio statim ne profundior fiat, blandis medicamentis tracte tur. Scribit enim animaduertas ne Alo- ,, pecia vlceretur, quod si fiat, anserino adipe ,,*

aut

,, aut alio quodam tenuium partiũ illinc. Qui tandem ut bullas excitantia minime uereri uideatur, & Euphorbium, & ustas cantharidas cum melle affricatas proponit. Igitur cum exulcerantia in confirmata Alopecia maximè conueniant, hic tamen unus est ex illis casibus, in quo medicamenta attractoriam uim, & discussoriam insignem cum modica ex ulceratione coniunctam obtinere debent. Sic enim intelligendus est etiam Gal. xiiij. meth. dum inquit. Ergo cum iam pla-
,, nè purum expurgatione Corpus existimas,
,, eum qui in cute continetur humorem, dige-
,, rentibus medicamentis discuties sic tamen,
,, ut in iis caueas, ne adeo calida acriaq. ad-
,, moueas, ut cutis exulceretur. Conuenit igitur, in præsenti casu præmissis smegmatibus omnibus, & depilatoriis iam propositis, medicamentum conficere, quod picem, aut cedriam, aut resinas, uel Thapsiam potissimũ recipiat, additis tamen cæteris discutientibus, & exulcerãtibus. Multa proponi possent in hunc usum confectiones, unam tamen, ab Apio Vasco descriptam, & à Gal. v. de compos.

Cap. xviii.

Cap. vii.

compos.med.p.l. propositam libenter accipio, quæ & ad mentagras, & ad inueteratas Alopecias facit. Eius descriptio est hæc Sandarachæ, Auripigmenti, squamæ æris an. drac. ij. veratri nigri drach. 1. elaterij, ventrium cantharidum, an. drach. 1. excipe aut cedria, aut pice, aut thapsia, aut alio consimili; Primum itaq; frictione facta per Smegma vsq; ad exquisitam rubificationem medicamentum hoc capiti appone, quod tamdiu in parte consistat, donec bullas excitet, quibus punctis & ichore extracto, deinde locus aut seuo, aut butyro, aut gallinæ vel anseris, vel anatis pinguedine, (quæ altius penetrant,) est illinendus, & ita agendum, vsq; quo omnino excoriatio sit sanata. Vbi iam conualuerit, noua medicamenti appositione iterum est excorianda. Sic .n. Gal. 14. Meth. Deinde, (inquit) postero die, siquidem aliquid iam dictorum remanserat, (de excoriatione sermonem faciens) simili modo illeui, si nihil tale apparuerat, rursus medicamento sum vsus, atq; vt id alte demitteretur, etiam cutim prius linteo infricui, quoad manifestè rubra

Cap. xviij.

 fieret,

„ fieret. Quæ omnia pluribus verbis ab eodem
Cap. 2. Gal. primo de comp. med. p. l. sunt proposita, & declarata. Tali igitur curandi ratione, vicissim per excoriantia & per excoriationẽ sanantia, facta, non solum alopeciæ, ophiases & tineæ, sed & impetiginum omnes species, lichenes & alphi, mentagra potissimum, dũ modo inueterata fuerint à cunctis omnino tractari debebunt. Hac .n. forte vnica curandi ratione ad sanitatem perduci poterũt.
Cap. vii. Propterea Gal. 5. illo de compos. med. p. l. ex Pamphilo Axiorio, Apio vasco, & alijs varia proponit medicamenta, ad mentagras, omnia tamen excoriatoria, quæ similiter præmissa frictione per linteum asperũ vel pumicem, vel ficus folium, aut aliud simile, sunt vsq; ad exulcerationem imponenda, & post sanatam, vel temperatis, vel frigidis excoriationem, iterum repetenda: quæ non minus in mentagra, quàm etiam in lepra conueniunt.
1. Tetrab. ii. Propterea Aetius, ad Lepram, ranunculum, & cantharides probat, & hoc
„ compositum quod recipit: Chamæleonis ni-
„ gri partem vnam, succi thapsiæ, partem 1.

ventrium

ventrium cantharidum, sulfuris, an. partes ,,
æquales, pice liquida aut liquefacta excipe, ,,
loco prius confricato illine, vbi bullas excita ,,
uerit, palustrem lenticulam impone. Non dissimili ratione, & cæteræ cutaneæ affectiones vt acrochordones, myrmeciæ, claui ad quæ Gal. & batrachium & tithymalum calcem æruginem ac nitrum valere scribit præmissa valida frictione, superari possunt. Quæ cum clariora existant, quàm vt pluribus verbis indigeant, ad Vesicatoria, vt varias internas affectiones à determinatis partib⁹ extrahunt considerata, sermo noster conuertatur.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM

De Vesicantium euacuatione quam in partibus determinatis interna affectione tentatis efficiunt.

TAM proprius esse videtur medicamentorum exulcerantium vsus, pro internis humoribus determinatam partem obsidentibus debellandis, vt nullum ferè inuenias ex antiquis Græcis, Latinis, Arabi-

bus, aut Arabibus, imo nullum ex recentiori bus, qq Vesicantium acerrimis contradictori bus, qui in huiusmodi casibus, ipsorum vsum vlla ex parte reformidet. Vident enim tam sæpè à celso, Gal. Aretao, Paulo, Oribasio, Aetio, Alexandro, Raze, Serapione, Auicenna, & cæteris omnibus ad capitis dolores, Epilepsias, congelationes apoplexias, paralyses, destillationes, hydropes, & arthritides, aliasq; id genus affectiones vsurpari, vt nullus sit dubio locus. Modum autem administrandi à priore, quem extrinsecis passionibus conuenire diximus, quadantenus diuersum esse video. Etenim cum materia altius insideat, idcirco difficilius eruatur, propterea & præcedentia Smegmata, & medicamentum exulcerans, & deniq; adhibita post exulcerationem, omnia debent esse superioribus fortiora. Igitur si capiti remedium adhibere expediat, ad talem in intimas vsq; partes penetrationem efficiendam, locus primum apponendi medicamenti idoneus est eligendus, per quem, & ratione commissuræ, quinetiam & ratione tenuitatis, & raritatis

ossis, citius, & commodius medicamentum descendere possit: Tale est Gal. auctore xiij. meth. locus Syncipitis supra commissuram coronalem. Hac itaq; in parte tonsis, aut prærasis capillis, facta violenta per robustissimum Smegma frictione, vesicans etiã validum, quod Sinapi, euphorbium, cantharides, & cætera recipiat, adhibere oportet. Postea vero locus exulceratus non sicuti in externis affectionibus diximus, seuo vel adipe est illinendus, imo vero alio medicamento super imposito acri, & attractoria facultate donato, (nisi dolor multum vrgeat) aliqua ratione exacerbandus: sic enim Æthigenes 3. de loc. aff. ad deperditam memoriam, post Sinapi vehementissimum, caput nitro conspergere, mox aqua calida rigare consueuit: quo medicamine nullum in arte medica violentius inueniri, (siquidem dolorem veluti cauterium excitet, sed diutius etiam duret eius operatio) testis est Gal. loco iam citato. Qui igitur talem medendi rationem sustinere possint, profectò intemperies omnes humidas, & frigidas, humoribus consimilibus

Cap. ii.

adnexas,

adnexas, siue capitis dolores antiquos, siue memoriam deperditam, aut Epilepsiam, apoplexiam, coma, caros, lethargum, aut alia id genus efficiant, breui temporis interuallo superabant. Qui autem nitri aspersionem perferre verebuntur, medicamento aliquo mitiore erunt tractandi, quale est Diachylon simplex aut compositum, aut aquis portionibus cum sacro cerato mixtum: quæ si blandiora efficere voluerimus, seuo, adipe, aut butyro illinire poterimus. Hunc igitur puto esse communem curandi modum, pro illis omnibus, internis affectionibus, quæ nullum certum materiæ locum demonstrant, pertractandis. Quod si affectio certam quandam sedem demonstrauerit, vt in hemicrania aut alio capitis dolore, qui magis vnam quam aliam obsideat partem, in eo casu loco dolenti, aut dextro, aut sinistro anteriori, vel posteriori, ex Gal. consilio 2. de cōp. med. per loca medicamentum adhibendum esse consulo. Et quanquam Arabes etiam internas affectiones quæ ad principum facultatum læsiones pertinent, locis distinxerint,

Cap. iii.

quibus

quibus hac in re videtur adhærere Aetius, qui 2. Tetrab. 2. hanc facultatum secūdum locos distinctionem proponit, & in memoria deperdita occipiti castoreum cum oleo adhibet, nihilominus, vt antea dixi, quicquid sit de hac locorum distinctione, (neq; enim congrua hoc tempore est præsentis disputationis occasio) ego cum Gal. sentio, in istis affectionibus internis, quæ ex dolore, propriam non demonstrant materiæ subsistentiam, melius esse Syncipiti super commissura coronali hæc omnia adaptare. quàm alium quemuis locū eligere. aut saltem vniuerso capite præraso illud totum illinire: Sic enim Razes 9. ad Alm. in apoplexia curanda, caput inquit rademus, & oblinemus ex Sinapi, & castoreo, in aceto acerrimo detritis. & Gal. lib. 3. cap. xx. capiti frontiue Sinapismum adhibet. Imo vero idem Aetius, qui in memoria deperdita occipiti medicamentum accommodabat, paulo post in paralysi vniuersum ferè caput, aut igne actuali vel medicamentis vrere non veretur. Sic enim Hippocrati consentiens secundo de morbis scribit: Ego vero

Cap. ii. 2. Tetrab. 2. cap. xxiii.

2. Tetrab. 2. cap. xxii.

etiam

» etiam crustas inurere, non dubitarim per
» ignem, aut per medicamentum, vnam quidē
» circa occipitis cauitatem, quo loco spinalis
» medulla initium habet, duas autē ab vtraq;
» ipsius parte, tres aut quatuor in vertice, v-
» nam ex his in medio capitis, tres circum ip-
sam. Ex quo sane patet, capitis affectiones,
quæ ex dolore hanc magis quam illam sedem
obsidere videtur, einsdē loci vstione vel vlce-
ratione tractandas esse, cæteras aūt quæ nul
lum, proprium sibi locum vindicant, im-
posito medicamine vel supra commissuram
coronalem, vel pro magnitudine affectionis,
circa totius capitis ambitum, facilius cura-
ri posse. Sunt autem vlcera, (vbi eorum
excitandorum occasio accesserit,) longo tem-
poris spatio, aperta detinenda. Etenim, cum
neq; recentioribus, aut leuioribus morbis, ve
sicantia, sed tantum longioribus, & grauio-
ribus conueniant; profectò nisi longo tempo
ris spatio fluida permaneant vlcera, nihil e-
gregium præstare poterunt. Hæc verò, pur
gato iam probe vniuerso corpore, & capite
esse administranda, me etiam non loquente,
vnicuiq;

purgato uni-
verso corpore
et capite, sunt
adhibenda vesi-
cantia

nicuiq; compertum esse existimo. Et hæc est communis methodus tractandi frigidas, & humidas intemperies, cum materia consimili adnexas, caputq; obsidentes, siue dolorem, caros, apoplexiam, paralysin, destillationem, aut aliam similem affectionem efficiant. Cæterum, in illis in quibus non tantum caput, sed & inferiores partes consentiente capite laborant, non modo capiti, sed & parti læsionem suscipienti, exulceratus Sinapismus conuenit. propterea cum Paulus in diutino catharro, vna cum thorace capiti quoq; Sinapismum imponendum esse dixisset, sui memor, in Orthopnoea & dispnoea, præmisso imprimis Smegmate, ex pumice, fæce vini vsta, ac spuma nitri, consulit deinde thoraci iam diligenter perfricato, malagma exulcerans esse adhibendum. Sic enim scribit: Lib.vi. c.xix. Lib.iii.c.xxix.

" *Postremo malagmatum quoq; vsus commendatur, eorum potissimum, quæ sanies, & aquosos sanguinis humores, quos ἰχῶρας Græci nuncupant, extrahendi potestatem obtinent. Et in paralysi, nullus est, qui præter capitis curam, torquenti membro medicamenta*

S quoq;

quoq; non adhibeat. Sic enim celsus lib. iij.
Cap.vltimo. *Prodest etiam torpentis membri summam*
" *cutem exasperasse, vel vrticis cæsam, vel im-*
" *posito Sinapi. A quo accepit Paulus dum*
" *lib. iij. scribit: Vapulent itaq; partes afflictæ*
" *ferulis, aut ramulis vrticæ, & eandem ob*
caussam Aetius, post tractationem de reso-
lutione in genere, singillatim de supercilij,
aut palpebræ, linguæ, instrumenti vocalis, de-
glutitionis, vesicæ, colis, intestini recti, cruris,
aut alterius cuiusdam membri resoluti cura
tione verba facit. Quibus omnibus, quam-
quam exulceratio non conueniat, Sinapi ta-
men vtiliter accommodatur, vt propterea,
non modo glans ex Sinapi ad resolutum inte
stinum, vtiliter indatur, sed & in linguæ re-
solutione vocaliumq; instrumentorum, ac de
glutitione, gargarismata acria & Sinapi re
cipientia, vltimam ferè manum his malis im-
ponant. Illud tamen circa Vesicantia reso-
luto membro applicanda, est obseruandum,
quod tamen non semel tãtum, sed pluries mo
nui, vt Smegmata ante hæc Sinapismata va
lidissima præcedant, propterea, quanquam,

quæ superius proposui, dum de simplici Sinapismo in paralysi administrando sermo fuit, efficacissima sint, attamen, qui valentiora voluerit, aquam vitis, calidissimis medicamentis constructam, pipere, pyrethro, squilla, nasturtio, ac cæteris id genus, pro partis lotione & frictione sibi parare poterit. Et vt sanguis citius ad resolutam partem trahatur, ex Pauli consilio ante illitionem, aut lotionem cucurbitulas non scarificatas partib⁹ languore affectis imponet. Quibus præmissis, vesicans est adhibendum, siue vnicum fuerit, siue plura, pro partis affectæ magnitudine. Debet autem hoc ex validissimis discutientibus potissimum parari, Pipere, Pyrethro, sulphure, euphorbio Sinapi, cantharidibus, Resinis, & gummi, quæ huiuscemodi pulueres recipiant. Etenim, multo melius est, vesicatoriam in paralysi in cerati nostri formam esse confectum, quam in aliam quãuis: etenim ex gummi, & Resinis alimentũ attrahit, ex pulueribus calidioribus discutit, ex causticis vlcerat & euacuat, quæ omnia in resoluto membro sunt necessaria. Illud

autem est hac in re obseruandum, de quo me
Cap. xix. *minit Paulus lib. vij. vt scilicet medicamentum, frequenter à parte ammoueatur, quāuis exulcerationem ab ipso exspectemus. Fieri etenim potest, vt in parte non sentiente, medicamentum profundiorem efficiat operationem, quam conueniat, & consequenter gangrenæ occasionem præbere possit. Propterea, neq; etiam hæc vlcera, quanquam necessitas postulet, ob eandem suspitionem longo temporis spatio aperta sunt conseruanda. Hinc*
Cap. xxviij. *Aetius 2. Tetrab. 2. reuocat autem sensus*
„ *etiam thapsia, cum aqua illita, aut cum ace-*
„ *to, post Dropaces, item illitio ex cantharidi-*
„ *bus, verum vlcerationes ex talibus fientes ci*
„ *catrice citius includere oportet. Quod si post cicatricem inductam, necessitati abundè nō sit satisfactum, præstat, illud idem secundò, & tertiò repetere, quàm semel imposito, gangrenæ periculum inferre; Hæc autem in paralysi absq; mēbri atrophia seu tabe tantum conuenire, tamquàm manifestum supponi volo, cum iam superius sit declaratum, partibus materia carentibus exulcerantia non conuenire.*

nire. Itaq; ad nostram propositam curationem redeuntes quod de Paralysi dictum est, id ipsum de conuulsione, dummodo ex repletione facta fuerit, intelligi volo. Etenim in hac etiam affectione, non minus capiti, quam conuulsa parti, Sinapismata vtiliter applicantur, propterea celsus lib. iiij. In curando spasmo neruorum sic scribit: Prodest etiam mouere sternutamentum, caput radere, idq; perfundere aqua calida, vel marina, vel certè salsa, sic vt ei quoq; sulphur adijciatur, post persusionem iterum perfricari, Sinapi manducare, eodemq; tempore, affectis oris partibus ceratum, integris, idem Sinapi, donec arrodat, imponere. Quibus verbis, breuiter celsus, vt sui moris est, Smegmatum gargarismatum, Sinapismi euacuantis, & reuellentis meminit. Nam per illa verba, Integris idem Sinapi, nihil aliud sibi vult, quã sanis partibus, ad reuulsionem, Sinapi esse admouendum. Cæterum, quia tam paralysis, quam conuulsio plerumq; sine membri læsionem habentis morbosa affectione, sed tantum ex spinalis medulla vitijs excitari solent,

Cap. ij.

lent, iurè hic locus requirere videtur, vt quæramus, nunquid sicuti alia remedia calida & sicca, ita & Vesicantia spinali medullæ accommodari possint.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM

Vtrum in Paralysi, & Conuulsione vesicantia spinalis medullæ neruis sint adhibenda.

MIRATVS sum aliquando, cur Paulus, & Aetius, quos nemo ignorat Galeni summos fuisse imitatores, tam parci fuerint in administrandis Sinapismis exulcerantibus, circa varias vertebrarum partes, pro varia etiam huius, vel alterius partis conuulsione, & resolutione, cum tamē Gal. 3. 4. & 5. de locis affectis, apertissimis verbis significauerit, in consimilibus affectionibus, prætermissis partibus laborantib⁹, remedia potius circa spinalem medullam esse accommodanda. Quæ res mihi suspitionem intulit, ne isti doctissimi viri, propter aliquam caussam, vesicantium vsum, supra spinalis

Cap. v. & x.
Cap. iii.
Cap. ultimo.

ſpinalis medullæ neruos veriti fuerint. Neq; enim videtur hoc remedium talibus locis adaptatum, omni difficultate carere. Certum eſt enim acria, & mordacia medicamenta neruis adhibita, dolores excitare: dolores autem, circa neruoſas partes, vigilias, conuulſionem, & deliria inducere, docuit Gal. pluribus in locis, præcipuè vero primo de motu muſculorum, 4. meth. atq; alibi pluries, ex quibus etiam colligi poteſt, medicamenta calorifica, & exſiccantia, dum neruorum humiditatem extrahunt, ex hac etiam cauſſa, vt docuit Gal. 5. aph. 1. conuulſionem inferre poſſe. Cum igitur veſicantia, calidiſsima, & ſicciſsima ſint, humiditates ex profundis extrahant, mordacitatem inſignem obtineant, his omnibus de cauſsis neruorũ principij adhibita, prædicta omnia mala inferre poſſe videntur. Et quamuis Gal. locis ſuperius citatis, ferè ſemper partem ipſam laborantem ſpernere, & mali originem potius reſpicere voluerit; id tamen, veſicantibus à Gal. factum eſſe, nullibi colligi poteſt; imò verò remedijs potius aut calidis, & ſiccis, aut

Cap. 1.
Cap. 6.

in induratis affectionibus, calidis & humidis, exulcerantibus aut minimè. Ex altera tamen parte, omnis ratio suadet, exulcerantia hæc medicamenta, vtiliter, & tuto administrari posse, supra eorum neruorum exortum, à quibus pars conuulsa, aut resoluta, sensum aut motum suscipit; dummodo nerui affectio, non siccitatem, inflammationem, aut vertebræ luxationem consequantur; sed magis pituitosæ materiæ copiam, neruos ipsos replentem. In tali igitur casu, vesicautia, dum calefaciunt & exsiccant, à profundis extrahunt, excrementitiam materiam educunt, insigniter prodesse possunt, vt propterea Celsus lib. iij. in spasmi curatione, ceruici ferramenta, & Sinapismos adhibeat; Sic enim
„ scribit: Si vero vehementius dolor creuit,
„ admouendæ ceruicibus cucurbitulæ sunt, sic
„ vt cutis incidatur, eadem, aut ferramento
„ aut Sinapi adurenda. Quod igitur ceruici faciendum consulit celsus, toti spinalis medullæ regioni, fieri posse existimo. Neq; enim, aut vesicantium exulceratio est ita profunda, vt ad neruos vsq; penetrare possit, aut

vertebrarum

tebrarum nerui ipsi nudi, & ex carnes, ita sub cute, statim sunt repositi, vt à superficiali etiam erosione lædantur: Itaq; quod superficialis sit medicamenti actio nihil mali in neruum imprimere potest: quod vero neruus altius insideat, acrimoniam molestiam effugit. Hinc fit, vt Sinapismus cuti eandem exulcerando, neruum quidem calefaciat & exsiccet, humiditatem illius extrahat, sensum tamen mordicationis noxium non inferat. Nec est, quod quispiam, nimiā medicamenti caliditatem, aut siccitatem vereatur. Etenim, si nerui omnes etiam nudati, calidis & siccis medicamentis tractari debēt, vt propterea iurè Gale. omnium primus, veterem curandorum neruorum rationem immutauerit, frigidorum, & humidorum vsū prohibuerit, Resinas & euphorbiū nudatis etiam neruis, imponere non dubitauerit, multo minus, neruos cute, & carne contectas, multa excrementitia humiditate refertos, Sinapismata exulcerantia, lædere poterunt; imò verò, ad summum iuuare; vt propterea, cum varias proponat Gale. ad

T neruo-

neruorum vitia medicamentorum compo-tiones, nullam omnino inuenias, quæ vim calorificam exsiccantem, imò verò exulceratoriam non obtineat; inter quas est illa Critonis 6. de compos. medicam. per genera descripta quæ ex acribus medicamentis continet, pyrethrum, Sinapi, coctum cnidium, columbinum stercus, eruginem, baccas lauri, nitrum, sal armoniacum, & acetum acerrimum. Itaq; propter has omnes caussas, nullum impendet periculum, ex vesicantib⁹; etiamsi neruorum exortui adhibeantur. Nã Aph.i. *quod dicit Gal. 5. aphor. violentam medicamentorum attractionem, conuulsionem efficere, non magis de externis, quam de internis, vt albo veratro, veritatem continet, præterquam quod; illa etiam non in quibuscunq; corporibus, sed in minus humidis tantum, seu sicciorlbus verificantur. Vbi vero extranea humiditate nerui referti fuerint, siue ab internis, siue etiam ab externis, violenta facta fuerit attractio, conuulsionis periculum non imminet, imò potius conuulsionis, & paralysis ex repletione causa facta, curationem*

præsen-

præsentaneam expectare oportet. Totius igitur disputationis conclusio sit, in conuulsione, & paralysi, in præsentia multæ humiditatis, non solum caput & membrum affectum, sed plerumq; etiam spinalis medullæ regionẽ esse exulcerandam, sic enim & melius & citius affectas partes restitui posse.

CAPVT VIGESIMVMQVINTVM.
De vsu vesicantium in Epilepsia ac Melancholia per consensum, Hydrope, colica, splenicis, ac Arthritide laborantibus.

EPILEPSIA, & melancholia, quamquam vbi primario affecto capite excitantur, exulcerantia ipsimet capiti administrata requirant; si tamen potius capite infernis partibus consentiente primaria affectione laborante, perducantur, illi parti, ex qua morbus initium sumere videtur, vesicantia sunt apponenda: sic enim Gal. iij. illo de loc. aff. puerum se vidisse profitetur, cuius morbus comitialis cum à tibia oriri consue-

Cap .vii.

uißet. Huic purgato imprimis corpore, ligato〈que〉 membro, supra eam partem à qua vitiũ incipiebat, adhibito medicamine ex thapsia & Sinapi sanitatem, ita restitutam esse scribit, vt accessio quæ quotidie infestabat, non amplius reuerteretur. Propterea etiam Aetius 2. Tetrab. 2. de epilepsia ex parte initium sumente, verba faciens, inquit: Post
„ temporis autem interstitium, Dropaces, ac
„ Sinapismi loco accipiantur. Et Paulus lib.
„ iij. sed in quietis, & releuationis tempore, re
„ media adhibere, adurentium quippe medica
„ mentorum, quæ caustica dicũtur, affecta par
„ ti admouentes, cuius farina lepidium est,
„ aut quod ex cantharidibus consarcinatur.

Cap. xviii.

9. ad Alm.

Quibus consentiens etiam Rasis: Locus in-
„ quit à quo exoritur passio ex Sinapi, pipere,
„ euphorbio, melle anacardi erit epitheman-
„ dus, & epithema dimittendum vs〈que〉 quo exulceretur. In melancholia Hypochondriaca vocata similiter, cum ex partibus illis naturalibus, venis inquàm mesaraicis ortum dũcat, inferiori ventri, imò verò & dorso è regione anteriori parti respondenti, Sinapismata

nata sunt imponenda: Propterea Paulus: ad dolores, inquit, & inflammationes, cutem scarificato, si cum medicina, noli Sinapis obliuisci. Sunt autem hæc facienda præmisso semper Smegmate conuenienti, & longo temporis spatio, (cuius tamen oppositum in paralysi faciendum esse docuimus) aperta conseruanda. Hæc igitur si prædictis affectionibus succurrunt, Hydropi, asciti multo magis prodesse posse videntur; præmisso inquam Smegmate, seu frictione per pulueres exsiccantes, adhibito postmodum exulceranti medicamento, aut mediocri in formam cerati parato, quo uniuersa abdominis regio integatur, aut fortiore, sed quinq; tantum, aut sex locis inter se aliquantulum distantibus admoto. Posset autem pro uniuerso ventre, ceratum id genus confici: R. Sagapeni, Opopanacis, an. vnc.i. dissoluantur hæc aceto acerrimo: quibus adde, Resinæ therebinthinæ vnc. s. piperis, pyrethri nasturtij, an. drach.i.s. nitri, sulphuris an. drach.ij. euphorbij, Sinapis, an. drach.ij.s. misce, & fiat ceratum. Quod si fortius in multas

partes

partes diuisum eligi debeat, illud poterit ex Sinapi, euphorbio & cantharidibus, addito stercore columbino, aut gummitibus propositis, potissimum concinnari. Etenim certum est, in huiuscemodi affectione iam inueterata, abdominis regionem aliqua ratione esse disrumpendam, propterea Celsus imponendum, inquit, crebro Sinapi, vt ventrem erodat, ferramentisq; candentibus pluribus locis venter exulcerandus est, & seruanda vlcera diutius. Cui consentiens Paulus lib. 3. cap. 48. Si quando inquit lauerint in lauacro, empasmatis ex nitro, sale, Sinapi, calce, atq; alijs id genus vtantur, & quidem hæc sine lauacro sunt vtilia, aridaq; cum oleo vētri impacta & impressa. Dubium hic quoq; non contemnendum, insurgere videtur, an partibus etiam infernis, cruribus scilicet, & coxis, tumore etiam ædematoso, imò verò aqueo & ichoroso refertis, exulcerationes, conueniant. Etenim certum est huiuscemodi exulcerationes, non modo difficili negotio ad cicatricem perduci posse, sed quod magis refert, ipsa quoq; gangrænæ manifestum periculum

Lib. 3. c. 21.

riculum minantur, partim quidem extincto ob frigiditatem, partim etiam suffocato ob copiam, natiuo illarum partium calore: fortè & aliam ob caussam, huiuscemodi exulcerationes. improbari posse videntur, quod scilicet crura ipsa lædant, aquam vero in ventre existentem, nulla ex parte imminuant; vt propterea iniucundum, & periculosum remedium, sine vtilitate etiam admoueatur." Quam difficultatem, cum Archigenes medicus alioquin præstantissimus, sibi quoq; ab alijs fieri audiret, referente Aetio, hunc in modum scribit: Non sunt audiendi, qui per „ huiusmodi lancinationes nihil excerni dicũt, „ quin potius cum fiducia, hæ ipsæ incutiendæ. „ Nam & nos (inquit) his cuti fissuris sumus „ vsi, & per ipsas, quamplurimum exclusimus „ humorem, vt, & fœmora, & suræ & „ superior venter sint demissa ac compressa. „ Ex his apertissimè constat, hanc secundam diffic. Aetio & Archigeni negotium minimè fecisse: propterea vesicantibus impedimẽto non esse. Neq; enim diuersa vlla ex parte est ratio vesicantium, à vnlnusculis ab

Aetio relatis, quando vtrumq; remedium eandem partem vellicat, eundemq; ichorem educere potest. Si itaq; hanc secundam obiectionem, celebres isti viri non extimuerunt, multo minus priorem, quæ neq; experimēto, neq; rationi inhæret, alicuius momenti existimari debuisse pro certo habeo. Etenim quando in his casibus gangrænæ periculum ita pridem immineret, nec Aclepiades, nec Leonides, Archigenes, aut Hippocrates tā faciles ad istarum partium vulnera inducenda fuissent. Cum tamen Aetius, nullum efficacius auxilium, in hac hydropis ascitis specie, chirurgia ipsa inueniri posse affirmet, & ex Asclepiade, fissuras circa internum talū in loco inquam quatuor digitorum spatio supra talum eminēte, ea profunditate, quā quis in venæ sectione vtitur, infligi consulit, neq; claudi fissuram velit, nisi humore omni ante expenso, & homine gracili relicto. Quam operationem, Aetius paracentesi anteponit; „ Sic enim scribit: Præterea periculū hic nul- „ lum verendum est, veluti in hydropis Asci- „ tis pertusione, non enim coaceruatim quem-

admodum

admodum illi euacuantur, At vero si quis ,,
velit, excretione plurima facta, eam cohibe- ,,
re, nihil vetuerit, ipsas in talis fissuras, lina- ,,
mentis obdurare, ligamentisq; constringere: ,,
atq; vbi rursus prodire quid velimus, laxa- ,,
tis ligamentis, & ablatis linamentis, gesta- ,,
toq; & moto ægro, excretionem initare. ,,
Quod dixi de cruribus, idipsum dico & de
alijs partibus, posse, videlicet in hydrope,
etiam, tumefactum scrotum, & pudenda,
fœmora, & locos supra manuum iuncturas,
exulcerare, idipsum annuente Aetio, ex sen-
tentia Leonidis primum his verbis: Quod ,,
si excretio fissuræ supra talos tardius prodeat ,,
necesse est etiam, alias corporis partes finden ,,
do diducere, veluti scrotum tumefactum, ,,
fæmora, pudenda, locos supra manuum iun- ,,
cturas, quidam enim, vulnusculis pluribus ,,
ac altioribus incusis, plurimam aquosam ,,
substantiam exhauserunt; Postea subiun- ,,
gens Hippocr. anctoritatem, inquit; Et Hip
po: sanè non supra talos adhibet Chirurgiã, ,,
sed iuxta scrotum, & fœmora, vulnuscula ,,
infligere iubet, eaq; sale maximè confricare, ,,

,, hic enim modus paulatim & inceſſanter, h
,, morem educit, & valde celerem compreſſi
,, nem tumores ipſos recipere tradit. Quæ omnia etiamſi fortè quiſpiam à nobis præter rem dicta exiſtimauerit, quod longè diſtent vulnuſcula Aſclepiadis, Leonidis, Hippocratis, & Archigenis à veſicantibus; attamen quod paulo ante dixi, nunc etiam repeto, diſtingui quidem materiam auxilij, minimè vero auxilium; differt ſanè ferrum à medicamento, at parum vel nihil differt, ſiue vlcus relictũ, ex ferro, ſiue ex medicamento, fuerit excitatum. Vtrumque enim adhibetur ijſdem partibus, idem vlcus ſeu profundum, ſeu ſuperficiale infligit, eandem molitur operationem, conſequenter eundem vſum præſtare poteſt; vt propterea abſque vlla gangrenæ ſuſpicione, in Hydrope, & venter, & Scrotum, fœmora, ac crura, brachia quinetiam pro tumore in illis exiſtente, exulcerari debeant, quod etiam ratio confirmat, etenim in tumoribus ex hydrope excitatis ob ſuffocationem caloris innati gangrena imminet ſcarificatio autem ſuffocationis cauſam tollit. Vtiliter quin-

quinetiam Lien induratus Sinapismatibus exulcerantibus tractatur. Sic enim Paulus, Cap. xxxxix.
libro 3. Ad Lienem duritia callatum, Sinapismiq; inquit assumantur, est etiam quando cucurbitulæ, cum scarificatione probantur. Et Aetius 3. Tetrab. 2. Post multa Cap. xi.
quæ proponit emollietia, discutientia, & exiccantia, magna etiam ex parte exulcerantia, tandem sic scribit: Oportet autem locum ipsum sensim ad phœnigmorum rubefacientiũ tollerantiam irritare, quod per repurgatoria Smegmata commodè fieri potest: componantur autem Smegmata ex staphide syluestri, pyrethro, pipere, ac alcyonio, pari, uel impari mensura aut pondere inuicem mixtis ꝓut habitus & temperatura, hoc magis uel illud sustinere possit. Etenim si teneram carnem habeat æger, iridis quoq; & Cyperi, aut alterius similis medicamenti aliquid immiscendum. Tandem uero inualde confirmato lienis tumore, ac corpore duriore, Smegma potentius, pumice scilicet et adarce additis Sinapismos præcedere cõsulit, de quibus uerba faciens hæc subiungit, po

stremum autẽ phœnigmis, ex Sinapi, consimi libusq; uteris. Certum est autem in curandis quoq; lienis tumoribus, exulcerationes diu apertas esse detinendas, id quod in colicis doloribus, non est necessarium. Etenim, quam quam colicus etiam dolor Sinapismo exulce rãte plerumq; curetur, sic enim scribit Pau

„ *lus lib. 3. Sinapismo, (quo nomine exulcera*
„ *tionem quam imposita aliqua corporis parte*
„ *Sinapi efficit, medici significant) adhoc et Dropace unguento in remissionibus utendum, sublato tamen dolore statim ulcus cica trice obducere non erit inutile. Qua pauca de Vesicantibus in colico dolore sufficere uolo, imò uerò ea ipsa inflationi etiam uteri accommodari debere existimo, posteaquam idẽ*

Lib. 3. c. 70. *Paulus de hac vteri inflatione verba faciẽs,*
„ *inueterata autem effectione, inquit, picra pur*
„ *gandum, atq; hiera, Dropacibusq; & Sina*
„ *pismis vtendum, nec non naturalibus aquis. Ad dolores igitur Articulares me conuerto, de quibus cum paucula quædam dixero, arbitror me cuncta ad Phœnigmos pro euacuatione in partibus laborantibus facta, considerato*s

*siderato*s

ſideratos attinentia integrè abſoluiſſe. Eſt ſanè exulceratus Sinapiſmus tàm pro curatione, quàm pro præſeruatione, in arthritide ſummoperè vtilis. Etenim, præſente adhuc dolore, dum ſubſiſtentem materiam educit, affectum ipſum non ſolum imminuere, ſed funditus euellere poteſt. Cicatrice vero iam obducta articulorum ſpatia, ex laxitate ad ſuſcipienda excrementa parata, multo anguſtiora, & ſolidiora reddit, vt propterea dolore articulari vexatis, vel non amplius, vel ſaltem non ita pridem dolores reuertantur. Idcirco Aetius 3. Tetrab. 4. Verum vbi cicatrices coaluerint, maximum robur ipſis articulis præbent, vt non amplius adſuſcipiendum influentia recrementa ſint apti. Et quamuis Aetius decauterijs potius quam de Veſicantibus hæc ſcribere videatur; attamen neq; ratio, nec ipſemet Aetius recuſant, quo minus id ipſum medicamẽtis etiam fiat. Sic enim loco citato ſcribit: Cruſtas igitur inurere oportet, aliquas quidem paulo altiꝰ, loco fluore infeſtato, aliquas vero propius, atq; id cauterijs facere præſtat, aut ſi id æger fer

Cap. xxv.

re recuset, cum medicamentis, & profecto, nemo est, medicinæ scriptorum, qui in huiusce modi casibus ad Sinapismata exulcerantia, libenter non deueniat, idcirco idem Aetius lib. citato Smegmata seu Metasyncritica medicamenta, ex nitro Sinapi, sabina, veratro albo, sulphure viuo, ad extrahendas humorum in alto residentium reliquias comprobat. Et Paulus lib. 3. non semel scarificantia proponit, Dropaces, inquam, exulcerantes Sinapismata, atq; alia id genus, inquit enim ex interuallis Dropaci vnguento illinendi sunt, vtendum quoq; acopo medicamento ex euphorbio: sed etiam subiungit: Postremo vero huic affectioni obnoxios, Iberidis herba vsus emendat, quam & lepidiũ, nonnulli vero agrio cardamum appellant, cuius Iberidis, seu lepidei facultates, etiam Gal. ipse x. de comp. med. per l. mirificè cõmendauit, inquit enim: Damocratis extat libellus Clinicus inscriptus, & quæ sequuntur, & in fine capitis post Damocratis carmina subiungit: Hoc sane vtendi modo, & inueteratos capitis dolores, & alias omnes,

Cap. vltimo.

Cap. ij.

qua-

*quacunq; corporis parte inueteratas, & ægrè ,,
solubiles affectiones, ac resolutiones se curas ,,
se ait. Et omnino vitia, in quibus alij Sina- ,,
pismo appellato, & auxilio ex thapsia confla ,,
to utuntur, se per hanc herbam persanasse di ,,
cit, qui idem Gal. paulò antè, alia quoq; ex ,,
Asclepiade, & Marcella, ad huiuscemodi
dolores excoriatoria proposuerat medicamẽ
ta. Conueniunt autem purgato iam corpo-
re omnibus articulis, quicunq; illi fuerint, tã
supra articulum, quam in ipsomet articuli
loco & infra, non minus in parte externa,
quam in interna, siue tumor sit adhuc mol-
lis, siue etiam in aliquam duritiem, non ta-
men omnino gypseam conuersus. Itaq; in
magna necessitate, conuenit aliquando tres,
& quatuor articulos digitorum, vel manus,
vel pedum, genu, ischiadis, cubiti, & hume
ri; in duobus & tribus locis exulcerare;
medicamine adhibito, præmisso Smegmate
ex aridis parato, in cerati, aut linimenti,
vel emplastri formam, confecto; imò verò
succo etiam, vt consulit Damocrates, ex her
ba contusa expresso, & parti per duas horas*

in mu-

in mulieribus, per quatuor autem in viris ap posito, siue herba sit lepidium, siue batra. chium, aut flammula, vel alia ex vesicantibus. Verum si dolor ex induratis tumoribus proficiscatur, exulceratio diutius; in noua autem fluxione, breuiore temporis spatio aperta est conseruanda. Quod si sanato iam vlcere, calli adhuc persistentis vestigia appareant, non inutiliter, præmisso imprimis ali quo emolliente, vesicatorium bis & tertio innouari poterit. Et hæc volo sufficere de vesicantibus vt euacuantibus à parte affecta.

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

De vesicantium reuulsione, & deriuatione.

VESICANTIA insignem quandam vim reuulsoriam obtinere, ita vnicuiq; confessum esse existimo, vt nullo ad hanc veritatem comprobandam, opus sit argumento. Etenim, si ad reuulsionem, dolor, calor, vacuum, substantiaq; similitudo concurrunt, ego nullum sanè remedij genus inuenio, in quo, singula hæc nullo omnino excepto

conspirent,

conspirent, vnico vesicatorio excepto. Propterea Paulus lib. 7. ad reuulsionem, principio morborum, crura, & brachia, Sinapisat; & Oribasius, in eundem vsum, crura Sinapismo obducit, quibus consentiens Serapio primo breuiarij, Vesicantia similiter ad reuulsionem brachijs, & cruribus imponit. Auicenna quinetiam prima tertij tract. primo in omni Soda per consensum ad reuulsionem vlceratiua cruribus adhibet, qui quarta primi de reuulsione verba faciens inquit: qua fit ligando membra opposita, aut ventosis, aut medicinis rubificantibus. Et Galenus ipse, non semel lib. de reuulsione & in com. xiij. lib. de humoribus, acria, inquit, medicamenta, artubus imposita succos ad caput, visceraq; vergentes reuellere. A quo sumpsit Oribasius 8. coll. qui ipse etiam scribit: acria quoq; medicamenta artubus imposita succos ad caput, visceraq; vergentes trahere: Nec est, quod quispiam dicat, quod video dixisse virum Excellentissimum, qui contra priorem nostram tractationem anno elapso in lucem editam, disputauit, nomine acrium,

Cap. xix.

Cap. de Lethargia.

Cap. xxxiij.

Cap. iii.

Cap. xix.

crium, Galenum minimè vesicantia intelligere, eo quòd idem Galenus, in comm. illo xiiij. acrium pro gargarismate, & pro oculi mentionem faciat, cum tamen, nemo vnquã aut ori, aut oculis, vesicantia adhibere audeat: Etenim, vt iam superius ex Gal. ostendimus, Acrium variæ sunt differentiæ, alia enim diximus esse Venena, nonnulla medicamenta, quædam obsonia, & condimenta, quæ omnia etiamsi præmissa cutis frictione, longo temporis spatio in parte detenta, possint esse vesicantia, vt propterea, Acetum, Sinapi, Piper, pyrethrum, atq; alia id genus, quæ alioquin sunt obsonia, & condimenta in Vesicantibus recipiantur: Attamen existimandum est Gal. nomine Acrium artubus imponendorum, ea per excellentiam intelligere, quæ quamprimum cuti applicantur, vellicatum, & exulcerationem inferre possunt. Quod si etiam dicamus, nomine Acrium, brachijs & cruribus imponendorum, illa ipsa intelligi, quæ etiam pro gargarismate vsurpantur; nihil contra probatissimorum medicorum vsum proponemus, quando Gal. ipse ex Critone,

2. de compo. med. per l. 1. cap. 2.

Critone, Asclepiade & alijs veteribus pro Errhinis, sternutatoris & Apophlegmatismis, vtitur pipere, struthio, gingibere, veratro albo, nitro rubro, euphorbio, Sinapi, atque alijs id genus, quæ nemo ignorat, cuti conuenienter adhibita, efficaciter ipsam exulcerare. Itaque & ratione, & auctoritate non obscure constat, vesicantia pro reuulsione facienda maximè valere. Quam vtro reuulsionis differentiam efficiant, cum quadruplex à Gal. & cæteris constituatur, ego sanè existimo, quicquid alij hac in re sentiant, nullam esse reuulsionis speciem, quæ per exulcerantia medicamenta, aliquando perfici non possit, omnium tamen frequentior & efficacior ea est, quæ fit à supernis in infernas & ab internis in externas partes. Valere autem Vesicantia pro reuulsione facienda à supernis in infernas, satis proposita iam Gale. & reliquorum auctoritates confirmare possunt, quanquam paulo inferius alijs etiam locis id ipsum clarius comprobabo. Nunc autem Mesue tantum authoritatem propono, qui hæc scribit: Stimulatiua corporis sũt de genere medi- „

„ cinarum diuertentium, & operantur in plus
„ quam fricatio extremitatum, & ligatio dolo
„ rosa, & proprie quando linimenta & confri
„ cationes fiunt rebus acutis sicut est acetum
„ squilliticum, & proprie squilla & Sinapis cũ
„ aceto. De reuulsione autem quæ ab internis
in externa fit loca, nemo etiam ambigere de
bet, quando Vesicantia externis tantum lo-
cis admouentur, & ex profundis in altum
humores ex omnium sententia deducere
Cap. vi. valent; propterea Gale. iiij. de tuenda val.
omnia proponens quæ succos ab internis, ad
„ externas partes adducere solent; Summa ve
„ ro eorum (inquit) quorum occasione foras
„ ferantur, hæ sunt, exercitatio & frictio, &
„ balneum, & fomenta calida & vnctio calfa-
ciens, &c. Quod si vnctio calfaciens, multo-
magis Vesicantia quæ omnium iam proposi-
torum sunt calidissima, propterea hæc quoq;
metasyncritica vocari diximus. Sed ijs vtpo
te manifestioribus, quam vt longiore egeant
probatione prætermissis; paucis etiam verbis
ea quæ ad deriuationem pertinent, expeditis,
ad id quod maioris videtur esse momenti, me
conuertã.

conuertã, vt demonstrem, Vesicantia hæc nostra medicamenta, tam pro euacuatione, quam pro reuulsione & deriuatione, non minus in frigidis quam in calidis affectionibus vtiliter vsurpari posse. Vesicantia igitur deriuationem efficere, satis demonstrant, & ratio, et auctoritates superius adductæ. Si etenim Gal. auctore, deriuatio, est humorum, qui iam membrum obsederunt, in vicinum locum transpositio; profectò, cum hæc medicamenta, (quod iam satis probatum fuisse puto,) ex profundis in altum euocare possint, humores etiam partibus determinatis, sub cute iam insidentes, in ipsammet cutẽ transferre, & per eandem euacuare valebunt. In hunc finem, tot superius à nobis adducta sunt loca, ex quibus cum Græcis, Latinis, & Arabibus, desumpsimus varias capitis, thoracis, ventris inferioris, articulorumq; internas affectiones, his medicamentis in cutem fœliciter deduci, & non difficili negotio curari. Quodsi Vesicantia à profundis extrahunt, & à remotis attrahunt, cur etiam à proximis non educant, quod sanè nil aliud

est

est quam deriuare, nulla omnino ratio persuadet: ad difficiliora igitur me conuerto.

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.

Vtrum Vesicantia conueniant pro euacuatione à parte affecta, humoribus calidis existentibus.

QVÆ hactenus de Phœnigmis exulcerantibus dicta sunt, quanquã non cuiuscunq; difficultatis expertia esse demonstrauerimus; in collatione tamen dicendorum, plana, & ab omnibus confessa sunt existimãda. Quæ vero in posterum subiungam, tales, & tantas obtinent difficultates, vt forte (apud saltem quosdam) nec verbum quidem posthac, sine contradictione proferri possit. Rationi tamen, & Gal. fundamentis semper innitens, quem vel vnicum, vel omnium maximè patronum ad confirmãdam rei veritatem, ego semper mihi quoq; deligendũ esse putaui, hoc vero maxime tempore, quo apud Patauinos medicos loquar, q. cæterorum omnium auctoritates, vnius excepti

oti Galeni, aut omnino ſpernere, vel ſaltem non magnifacere videntur. Quæcunq; varijs dubijs referta, in poſterum tractabo, eadem ratione perficiam qua & cætera, iam deſcripta compoſui, ut ſcilicet cum veritate luciditatem ordinem ac dicendi facilitatem ſimul connectam, cum itaq; de Veſicantibus, ut à parte affecta euacuatorijs hactenus ſermo ſit à nobis inſtitutus, nunc etiam quæremus, utrum hæc ipſa remedia ad euacuandos calidos humores, in parte affecta contentos, quandoq; ſine periculo, imò verò cum fructu administrari poſsint. Et ſanè, ſi rationem, & auctoritates ſpectemus, calidos humores, acribus medicamentis per partem laborantem minimè euacuabimus. Quis enim ignorat, à calidis, præcipuè verò in tertio gradu conſtitutis, calidos humores exacerbari, & calidiores fieri, ut propterea Oribaſius, cui ſubſcribunt hac in re Paulus & Aetius, in ſignioribus namq; naturis ſolum, (inquit ipſe) ,, ſtupidiſq;, in acutis morbis Sinapi utimur: ,, ad diuturnas verò ægritudines fermè omnes, ,, ubi aliorum remediorum uim imbecilliorem ,,

Lib.x.c.xiii.

„ & minorem morbo cognouerimus, efficacis-
„ simus Sinapismus est. Ex quibus uerbis, à
cœteris quoq; medicinæ scriptoribus compro-
batis, liquidò constat, aut in chronicis tantũ
morbis, vel in acutis, sed ex frigida materia
ortum ducentibus, Vesicantia conuenire.
His tamen non obstantibus, multi sunt cà-
sus, in quibus materia etiam frigida non exi
stente, calida tamen, & acria medicamenta
vtiliter imponuntur. Primus quidem casus
est, in morbi calidi declinatione; Etenim
quantumuis calida, & feruens fuerit affe-
ctio, facta totius corporis euacuatione, licet,
imò plerumq; necesse est, humorem illum ca-
lidis, & acrioribus discutere, propterea Gal.
Cap. xxi. xiiij. meth. non lethargum tantum, sed &
phrenitidem, declinante iam morbo Sinapis-
mate capiti imposito, curandam esse existi-
„ mat. Etenim sic scribit, quare hic ad com-
„ muuem rursus curationem redeunt, lethar-
„ gus, & phrenitis; communem vero curatio-
nem intelligit eam, de qua paulo ante men-
tionem fecerat ex Sinapi, & cœteris calidis
Cap. II. constantem. Et 2. ad Glauc. inflammationẽ
etiam

etiam declinantem, calidis medicamentis curari posse docuit. Nam facile vnicuique in confesso esse potest, vitiosum succum in parte contentum; quanquam calidum, dummodo ille euacuetur, partem post euacuationem frigidiorem relinquere, quod docuit Gal. 2. in sextum Epid. vbi longa verborum serie ostendit, quomodo calefacientia medicamenta, ex accidenti refrigerent, & acres fluxiones dysenterias excitantes, acribus etiam remedijs hac ratione curentur. Et confirmauit 5. simpl. dum inquit. Omnia impleta curari frigidis, calidis, siccis: calida vero, materiam incalescentibus corporibus contentam euacuare; qui sibi ipsi etiam consentiens, 14. meth. commune praeceptum, inquit, omnium malorum, quos vitiosus succus creat, hunc esse, vt in fine calefacientibus & siccantibus tractetur. Itaq; hic est vnus casus in quo Vesicantia ad euacuandos etiam calidos humores vtiliter admouentur, quãdo scilicet morbus iam declinauerit, nec noua amplius calida effluxio ex medicamenti appositione expectari posit. Secundus autem casus est:

Cap. 9.

Cap. v.

Cap. viij.

quando calida intemperies, & materia, tam altas in parte radices posuerint, vt alterantibus ad frigiditatem, non modo iuuamentum non percipiant, imò potius exacerbentur: qua ratione in Psora, Lepra; elephantiasi, & confirmatis quibusdam doloribus, corpore prius vniuerso ab excrementis emundato, hac quoq; calida medicamenta, siue exulcerantia, siue non exulcerantia, maximo cum fructu administrantur. Propterea Gal. & cœteri omnes, in Epilepsia ex parte aliqua determinata initium sumente, nullo habito de humore in caput ascendente discrimine, (quem tamen ex leuitate, & ascensu facili, potius calidum quam frigidum constituere oportet) locum à quo incipit affectio exulcerant, vt talem materiam etiamsi calidam quam primam educere possint. Celsus quoq; lib. iiij. in dolore capitis ex caussa incognita; quæ & calida; & frigida esse potest, Sinapismo vtitur. Sic enim scribit: Tandē & imposito Sinapi exulcerare quæ malè habent. Hac eadem ratione in quacunq; melancholia hypochondriaca, ventri & dorso,

in

in quacunq; ischiade, & doloribus articularibus, inclinante affectione, calida hæc medicamenta, humorem ex alto foras attrahētia, & ipsum quasi ignis purgatorius essent omnino consumentia, citam sanitatem induxerunt, quamquam ab alijs remedijs fructum nec quidem leuem percipere possent. Hinc dictum est, ea igne sanari, quæ nec ferro, nec medicamentis curari valent. Hanc ob causam Gal. 5. meth. in salsa etiam destillatione & calida capitis affectione capiti exulceratoria medicamenta apponit. Et Paulus lib. 3. in cura melancholiæ hypochondriacæ, ad dolores & inflammationes, Synapismum exulcerantem adhibet. Sic enim scribit: Ad „ dolores vero & inflammationes, cutem sca- „ rificato, si cum medicina, noli Sinapis obli- „ uisci. In quo loco minimè mendum contineri existimandum est; vt scilicet, loco inflammationis, inflationem legamus. Etenim hæc Pau- 2. tet. 2. cap. x. *lus ab Aetio accepit, qui in tali hypochondriaco dolore, ex flatu excitato, cucurbitula non scarificata vtitur, in inflammatione autem cutem scarificat. Sic enim scribit:*

„ *Utendum est autem cucurbitarum adhibi-*
„ *tione ad flatus quidem inanium, ad inflam-*
„ *mationes vero ac durities cum scarificatio-*
„ *ne. Quibus assentiens Paulus ad inflam-*
mationes, inquit, cutem scarificato, si cum
medicina, noli Sinapis obliuisci. Sed neq;
hæc sunt præter rationem instituta, plus .n.
vrget humoris copia, quàm partis intempe-
ries. Nam si dum calidum humorem, cali-
do etiam medicamẽto ex corpore educimus;
multo maiorem vtilitatem, quam damnum
Com. 24. *inferre possumus, vt propterea Gal. & in a-*
phor. & lib. quos & quando purgare opor-
tet: calidos humores interioribus medica-
mentis quanquam calidissimis expurgare.
minimè veritus sit; ex tali euacuatione, re-
frigerationem præsentaneam exspectans: sa-
nè Vesicantiũ quoq; euacuatio propter ean-
dem causam suspecta esse non poterit. Sed
est & alter casus, in quo calida & acria
medicamenta. calidis etiam affectionibus
sunt imponenda; quando scilicet illi à na-
tura, ex imis partibus in extimas seu sum-
mam cutem demissi fuerint. Cum enim per
eam

eam partem ad quam confluxerunt, sint euacuandi, profectò siue calidi siue frigidi in cutem eruperint, calida omnino medicamẽta requirunt: frigida enim tantum abest ut euacuationem moliantur, ut potius eandem impediant, & humores retrocedere faciant. Propterea Gale. 2. in 6. Epide. Sic scribit: Sed cuti inhærentium succorum curatio, prorsum per fotus & calida medicamenta præstatur, ac præcipuè si latæ pustulæ fuerint, &c. Ex quo loco, quanquam Gale. calida medicamenta affectibus cutaneis, præcipuè frigidioribus adhibenda esse consulat, calidos tamen non excludere, ex eo satis constat, quod ipse inquit, præcipuè frigidis conuenire, sed si præcipuè frigidis, at saltem secundo loco etiam calidis; Id quod clarius 4. de tuenda val. confirmauit, quo in loco seuerè admodum nobis præcipit, ne acres et mordaces humores in cute existentes, intro ferri permittamus. Nolo autem in præsentia illud lõgius disputare, Utrum medicamenti calidi nomine Gal. etiam exulceratorium intelligere possit: Hoc enim Paulò inferius longiore,

Cap.xxx. » » »

Cap. vi.

re, si Deo placuerit oratione pertractabimus. Illud tantum in præsenti loco dixisse sufficiat, vesicatorium quoq; , sub calidi medicamenti nomine complecti, & illud, (quod etiã ante demonstraui,) calidam affectionem minus exasperare, quam calidum medicamentum quod non exulcerat. Euacuationi etenim, quæ vlcus cõsequitur, refrigeratio quin etiam multo citius succedere solet. Sed de hac re infra; Nunc autem quartum addo casum, in quo uesicantia non modo utiliter, sed & necessario in calidis etiam affectionibus apponũtur, quando scilicet, partem quæ calido affectu uexatur, etiam Venenatam qual: in se continere cognouerimus. Hac ratione Gal. xiii. meth. humorem in particula phlegmone laboranti, iam influxum digerere tempestiuum esse existimat; Sed vbi ex animalis punctu, morsu ve dolor inciderit, duplicem inquit, sedandi doloris rationem esse, uel uirus ipsum extrahẽdo, uel quod dolorem, excitat alterãdo: euacuationem uero inquit uehementer attrahentibus fieri, quæ postea subiungit, esse tum calefacientia omnia,

Cap. vi.

nia ,

nia, tum cucurbitulas, & caua cornua, præterea uero cauterium, & medicamenta, quæ cauteriis similiter escharam efficiunt; quam sanè, doloris sedandi rationem, in alio casu nullo, à classicis scriptoribus propositam inueniemus; hoc uno excepto, qui ad venenũ extrahendũ vniuersam dirigit intentionem. Hinc Gal. ipse 2. etiam ad Glauc. Omne vlcus, inquit, curari minimè acribus, maligno excepto ac putrido, quod pyroticis arsenico scilicet & cœteris huiusmodi tractatur. Et 14. Meth. idem Gal. in carbunculi curatione non modo reprimentium vsum omni ex parte prohibet, sed calidissima ob tumoris malignitatem medicamenta imponit pastillos inquam Andronis, Pasionis, uel polyida, vino aliquo liquatis, et post hac etiam scarificationes; à quo fortè nostrates etiam medici, summa cum ratione (quantum ego censeo) acceperunt, qui in carbunculi & bubonibus pestilentibus quamprimum exulcerantia, & caustica apponunt, veneni, & insignis malignitatis habita ratione. Hi igitur sunt casus præcipui in quibus Vesicantia, etiam

Cap. 2.

Cap. x.

calida

calida existente affectione, parti laboranti tutò administrari possunt; Ex quibus quintum etiam colligere licet, quando scilicet præmissa iam aliqua corporis vniuersali euacuatione, humor etiamsi minimè venenatus, attamen internam partem prĩcipalem obsidẽs, vt cerebrum: sui præsentia & subsistentia, aut delirium, aut coma vel lethargum inferre potest. In tali enim casu non minus humoris, quam veneni iniuria pertimescenda est, vt propterea antecedente vt dixi vniuersali totius expurgatione morbo quanquam non in declinatione, sed in statu adhuc consistẽte, Vesicantia laborãti parti adhibita non leuem fructũ afferre possint. Neq; medicamenti caliditas impedimẽto erit, quãdo ex euacuatione ut dixi refrigeratio subsequitur, & purgato corpore nouæ fluxionis periculũ non imminet, præcipuè uero transacto iam principio & augmento, ut propterea Gal. ipse lib. Artis med. Sic scribit at si aliquid fuerit in parte retentum, coniecturãdum erit id lentum ac crassum existere, atq; ea ratione iam coactũ, atq; adstrictum, ut cum difficultate extrahi possit.

cap. 95.

posit. (quae de frigida materia intelligi nemo ambigit) postea subiungit. Fieri aũt potest, etiam si non eius naturae sit, ut ad spacia quae in medio sunt sit effusum: per quae uerba aperte docet Gal. non modo frigidum & lentum, sed & calidum humorem in parte posse relinqui, eo quod in spatio effusus fuerit quemadmodũ in inflamationibus contingere, ipsemet alias libro de tumoribus praeternaturam. de inequali intemperie: atq; alibi docuerat. Hũc igitur humorẽ qua rõne extrahere debeamus statim subiungit. Maxime vero euacuabis, si in spatijs intermedijs aliquid coniectura assequeris, & scarificationum auxilio, & medicaminum quæ vim habeant dispergendi. Et ne quis existimet ea quæ statim subijcit Gale. nobis officere, quando inquit hæc tamquam calida esse verenda, quod mordacia existant: Legat sequentia verba, ex quibus facile poterit deprehendere, Gal. hæc calida vehementiora & mordacia non in humoribus profundis cute illesa existente, sed magis in cute morbo affecta fuisse prohibita. Sic.n. scribit

„ quod si summæ quidem partes omni noxa ca
„ ruerint, id vero quod euacuari oportet in pè
„ nitioribus partibus fuerit, intendendus atq;
„ augendus dispergentis medicaminis calor,
„ cum dubitandum sit, ne prius quam profun-
„ das attigerit partes, interim vires amittat,
„ neq; tamen ex eo summæ partes aliquem do-
„ lorem sentient, cum omni vacẽt affectu, qua
„ re nunc hæc duo simul inuitãt ad calidiorum
„ pariter, atq; acrium medicaminum vsum,
„ & summæ partes quæ tolerant, & profundæ
quæ egent. Totius itaq; huius demonstratio
nis conclusio sit, humorem quanquam cali-
dum, qui neq; reuellentibus neq; reprimenti
bus cesſit, eo quod in spatia fuerit effusus,
quando in profundis partibus consistat, acri
bus medicamentis & illis quidem vehemen
tisſimis affectæ parti adhibitis poſſe tractari,
vt ille quoq; euacuetur ac digeratur; quam
tam conspicua morbi declinatio non appa-
reat; imo vero vigor adhuc persistat.

Caput

CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM

Vtrum vesicantia ad frigidos humores reuellendos in vsu esse possint.

CVM Vesicantia insignem vim reuulsoriam obtinere & pro huiuscemodi operatione perficienda, à veteribus plerumque in vsu habita fuisse superius abundè demonstrauerimus, nunc illud sequitur inquirendũ, An huiusmodi reuulsio in frigidis humoribus, vel potius in calidis, aut in vtrisq; cõpetat. Quæ uero pertinent ad frigidorum reuulsionem, hoc tẽpore paucis uerbis perstringam, de reuulsione autem in calidis humoribus per Phœnigmos facienda, plura paulo infra dicam ꝓposita quæstione utrum in febribus à calidis humoribus ortum habentibus acria hæc medicamenta conueniãt. Quare quod ad primam pertinet quæstionem. Vtrum scilicet reuulsio per exulcerantia in frigidis affectionibus competant, hæc sanè, neque multas neq; magnas habet difficultates. Eterim non antiquioribus modo, sed & recen

tioribus medicis, imo uero Veſicantium oppu gnatoribus, id facilè conceditur, Sinapiſmos pro reuulsione in frigidis morbis administra ri poſſe. Quibuſdam tamen, fortè etiam quæ ſunt minoris momenti dubitandi occasionẽ præbere poterunt, dum ſcilicet animo conci- pient, lentos, craſſos, & frigidos humores, re uulsioni omnino eſſe ineptos: tantum enim abeſt, iſtos reuelli poſſe, ut potius partibus fir- miter inhæreant, & plerumq; longo tantum attenuantium, detergentium, & incidentiũ uſu poſsint ab illis diuelli. Accedit etiam, reuulsionem, quæ per Vesicantia desidera- tur, uel à ſupernis ad infernas, vel ab inter nis ad externas partes exiſtere, frigidos aũt humores tanquam ſua natura graues, nemo aſſerere audebit, ſuperiores partes petere: eos ẽt qui in internis partibus fuerint, ad exterio res minimè trahendos eſſe docuit Gal. 4. de tue. vale. qui manifeſtiſsimis verbis docet, neq; mordaces humores, in cute exiſtentes in trà, neq; frigidos & crudos circa viſcera re ſidentes, ad extra eſſe retrahendos. Eius hæc ſunt: Cauerè. n. in talibus ſatius eſt vtrumq;

Cap. 6.

,, ,,

reuul-

reuulsum, & foras crudorum & intrò mordacium. Deniq; videntur hæc medicamenta pro reuellendis frigidis humoribus, crassis, ac viscidis minimè apta, quando vt paulo antè docui, hæc tenues potius humores, non autem crassos educant. His igitur, fortè & alijs, quispiam vesicantium haud æquus æstimator, poterit ipsorum facultatem, pro tali frigidiorum vsu improbare: quæ tamẽ cum nihil obstent, certum est, nullum ferè ex antiquioribus medicis inueniri, qui ad frigidos humores reuellendos exulcerantibus Sinapismis non vtatur. Sic.n. Paulus lib. 7. ex Cap. xix.
" *acutis prætereà affectionibus desidiosa quidẽ*
" *obliuione, inexplicabiliq; somni necessitate*
" *laborantes; quos Græci lethargicos, Latini*
" *veternosos vocant, & alios grauiori ad altio*
" *rem quietẽ impetui obnoxios, & catocho op*
" *pressos, (hos græci ab occupatione & detensione* κατεχομένους, *illos à delatione in profundiorem somnum* καταφερομένους *appellant) Sinapismus*
" *principio quidem cruribus seu brachijs, vbi*
" *autem materia ad statum peruenerit in capite. Oribasius similiter lib. x. eorum, inquit,* Cap. xiii.

qui

,, *qui in somnum sunt nimium propensi crura*
,, *Sinapismo obducimus. Ex quibus satis con*
stare puto, frigidos humores, ad superiora
impetum habentes, hac ratione reuelli posse,
Cap.4. *vt propterea etiam Gal. 8. de comp. med. per*
l. in Ventriculi inflatione & distentione, quã
à frigidis humoribus excitari nemo ambigit,
varia proponat reuulsoria brachijs & pedi-
bus imponenda, spongiam ex aceto acerrimo,
aut ẽt Sinapi tritum cum aceto. Quem locũ,
De Abusu Vesic. *cum Eccellentissimus Massaria in ea dispu*
tatione, q̃ contra nos edidit, nos callidè corru
pisse, & loco inflationis, inflãmationem legisse
asserat; liceat in præsentia, paucis tamen, hu-
iuscemodi obiectionẽ inflictam funditus erue
re. Inprimis aũt non possum certè hoc æquo
animo ferre, virum Excell.me tam stupidũ
& bardum existimare, qui lubens & sciens
Gal. textum corrumpere voluerim, quotidiè
in eorum oĩum manibus versantem, ad quos
nostrã dirigebamus disputationem. Si rudes
tyrones docuissem, aut monumenta tantum
manuscripta, ad meos, et amicos, et audito-
res dirigere voluissem, fortè huius corruptio-
nis

nis aliqua ſaltem adumbrata effigies appareret: Quod vero publicè ſcribã, & doctos tãtum viros mea diſputationis iudices requiram, & Gal. codicem ex illis qui quotidie ab oĩbus leguntur, vitiare voluerim, hoc certè, non verſuti hominis, ſed ſtupidiſsimi fuiſſet indicium. Multo aũt magis hanc ipſam ſtupiditatem oſtendiſſem, ſi duo ſimul incompatibilia ferè adiungere voluiſſem, inflãmationẽ videlicet & diſtentionem: nemo .n. ignorat, diſtenſionem cum maiori ex parte ex flatibꝰ proficiſcatur, inflationi non inflãmationi optimè cohærere. Si igitur ad corrumpendũ textum, legendamq́; inflãmationem, inflationis loco audax fuiſſem, ſaltem diſtentionem, qua furtum detegere poterat, occultare debuiſſẽ, quod cum non fecerim, nemo quantum ego cenſeo, ſanè mentis exiſtimabit, mea culpa huuc errorem in textu cõmiſſum eſſe. Sed, ꝙ veritatem hanc luce clarius demonſtrat illud eſt, ꝙ nunc ſubiungã: Vellem mihi ꝑfecto mihi Excel. Virũ cauſsam adducere, ꝑꝑ q̃ huiuſcemodi textum corrũpere debuerim. Si etenim hæc lectio ad aliquam ꝓbandam

conclu-

cõclusionem magis faciat q̃ inflatio, profectò, non leuis unicuiq; suspicio inferri põt, me locum quanq̃ publicum, arte tamen corrumpere potuisse. Cum vero nihil magis intentionẽ meam cõprobare possit inflãmatio, q̃ inflatio, ad q̃d q̃so poterit vllus unq̃ existimare, me sine vllo fructu, tam publicũ mendum, q ab oĩb⁹ ẽt coecis facile dephendi põt cõponere voluisse? legant q̃so, qui veritatem hanc integrè cupiũt intelligere, occasionem q̃ me mouit ad huiuscemodi locũ ꝓponẽdum. Satisfatio in ea parte cuidam obiectioni, q̃ tunc tẽporis videbã apud multos non leue negotium facesse re. Dicebant .n. Vesicantia tantopere à nobis celebrata, antiquiorib⁹ in vsu minimè fuisse. Ego itaq; ut veritatem detegerem, varia q̃dam antiquorum scriptorum loca adnotaui, in quib⁹ de Vesicantib⁹ fit mentio, inter cætera vero textum hunc, quem Ecc.mus Massarias uult me corrupisse, ẽt adduxi. Si igitur in nullum aliũ finem (ut unicuiq; disp. meã legenti patere poterit,) hic locus productus est, q̃ vt ostenderet à Gal. de Vesicantib⁹ mentionẽ fieri, q̃d q̃so mea referebat, hac Vesicã

tia

tia magis in inflammatione, q̃ in inflatione, aut vomitu, aut cardiaca, vel alia consimili affectio ne ꝑponi. Ibi nulla est disputatio, vtrum hæc remedia magis vni quã alteri morbo succurrant; Hoc tantum requiro, pp hunc vnicum finem laboro, vt ostendam, Vesicantia antiquiorib⁹ fuisse cognita. Quæ si vera sunt (vt verissima esse cuicumq; locum legenti patere potest) æquum magis & religiosum certe fuisset, Massariam quoq; impressoris errorem, q ab inflatione ad inflãmatione facillimus est, cognouisse et excusasse, quã illum in meipsum conuertisse. Illud autem quod vlterius hac in parte adducit Maß. præterire deberem videlicet, locum forte à me oscitater legi potuisse. Etenim cum eo ipso anno dum publice docerem locum adduxerim, norunt auditores vtrum inflationem, an potius inflammationem in tex. contineri docuerim. Sed hæc obiter dicta sint, & ad propositum redeo, vt, ostendam Vesicantia non minus pro reuulsione frigidorum à supernis ad inferna, quàm etiam ab internis ad externa loca vtiliter conuenire. Celsus Cap. 12. *lib. 4. In cœliaca affectione in qua nemo ignorat maximã esse, caloris ventriculi imbecillitatem,*

& crudorum humorũ prouentum; ad reuulsionẽ, Sinapi, oĩb⁹ membris, capite excepto admouere, non veretur inquit .n. Deinde Sinapi imponere p oĩa membra excepto capite, donec arrodatur & rubeat maximeq; si corp⁹ durũ & virile est. Aetius quoq; 3. Tetrabl. primo, in hunc vsũ & Dropaces et Sinapismata et ante hec Smegmata varia qua cutẽ lancinare ac ptundere possint, ventri vniuerso imponenda pponit. Nec obstat ratio vel auctoritas à nobis paulo ante adducta. Nã verum quidẽ est, crassos, lentos, & frigidos humores minimè moueri, dum in tali lentore, ac crassitie persistant, vbi tamẽ attenuati fuerĩt, illi quoq; ad motũ sunt paratissimi, q docuit Gal. 4. de tu. val. Attenuantur aũt q̃doq; medicamentis, nonnunq̃ vero partib⁹ nostri corporis ex morbo aliquo calidiorib⁹ redditis: quocunq; aũt modo frigidi humores, vel ex calidis inquã medicamẽtis, vel ex morbo incaluerint, ad pcipitẽ motũ ppensi euadunt. Propterea scribit Gal. loco cit.: Nã qui excalfacti vehementius succi sunt, ij in oẽm corporis partẽ feruntur. Et quãq̃ ex ppria natura, cũ graues fuerint, magis ad inferiora, quã ad superiora declinent, nihilominus

cap. 37.

Cap. 5.

nus, ubi contigerit partem aliquam superiorem ex calore aut dolore, uel alia consimili caussa, ad attractionem faciendam aptiorem reddi, tunc temporis humor, etiamsi crassus & grauis, in eam tamen partem facillimè deduci poterit. Quod docuit Hipp. 3. in 6. Epid. dum, inquit, 41.
" *loci alterius, loci excipientes aut dolore, aut gra-*
" *uitate, aut aliò quopiã liberant, aut cũ alijs cõica-*
" *tiones. Ex quo loco non modo ꝓpositæ ueritatis confirmationẽ desumo, frigidos scilicet humores ex dolore et in sup̃nas partes deduci posse, uerũ et facultatis reuulsoriæ Vesicantiũ non obscurã cõprobationem accipio. Etenim Gal. in eo cõm. aptissimis verbis ostendit, inter cæteras caussas q̃ efficiunt, ut humores ex uno loco in aliũ susci-piãtur; (ꝙ sanè reuulsionis est opꝰ) acria quoq; medicamenta primum locum obtinere. Sic. n. scribit: Ab alijs locis in alios susceptiones morbo-*
" *rum fiunt, ꝓut succi eos facientes migrãt, aut*
" *ob membri, in ꝙ uagãtes delabũtur, dolorem ali-*
" *quem, aut ob suã ipsorum grauitatem, aut etiã*
" *ob caussã quandã aliã ut medicamentum acre*
" *irritãs, &c. Itaq; prima hæc ratio, quæ dicit, fri-*
" *gidos & lentos humores motui esse ineptos, iam*

oĩno sublata esse uidetur. Qđ uero ad Gal. auctoritatem ptinet, q crudos humores intro existentes, foras trahi debere phibet, pfecto Gal. de crudis humorib⁹, qui neq; putridi sunt, neq; ullũ grauem morbum excitãt, imo uero paulatim & pgressu temporis cõcoqui poßunt verba facit. Vbi autem frigidi humores, putridi, fortè ẽt maligna qual. donati fuerint, & in internis partibus insigne aliqđ vitium excitauerint, vel cardiacã vel aliã id gen⁹ affectionem; eosdem reuellere nõ erit inutile, qđ iam in cœliaca, in distensione aut alia affectione q̃ horum pcipitem motum demonstrare posit, Celsum, Aetium, & Gal. fecisse ostendimus. Nec obstat, quod Vesicantia ichores, non crassos humores educere videantur, quandoquidem si ex euacuatione tantum humoris crasßi & lenti per cutem facta, isti reuellerentur, profectò nec balneum, nec frictio, neq; exercitatio, aut fomentum calidum, vel affectus animi, possent talem ab intro ad foras efficere reuulsionem. Non est igitur ille tantum ichor euacuatus, qui frigidum humorem ab internis partibus ad extremas reuellat, sed magis calor & dolor, ipsaq; succedens exulceratio. Itaq; tamquàm

quàm manifestum accipiamus Vesicantia ad reuellendos frigidos humores esse aptissima, & pro tali vsu à veteribus non rarò fuisse accepta.

CAPVT VIGESIMVMNONVM

Vtrum Vesicantia ad calidos humores reuellendos in vsu haberi debeant.

CVM hactenus, frigidos humores vtiliter Vesicantibus medicamentis reuelli posse ostenderimus, idipsum de calidis hoc tempore demonstrandum superest. Et quanquam scio, multas contra huiuscemodi conclusionem demonstrandam afferri posse difficultates, eas tamen hoc loco diluere minimè oportunum esse iudicaui, etenim paulo inferius, vbi de Vesicantibus in febre administrandis erit sermo, nullam omnino subterfugiam alicuius momenti obiectionem quam non proponam, & pro viribus non dissoluam. Nunc autem, illud mihi satis fuerit demonstrasse, Gal. & cæteros probatos Medic. scriptores, pro calidis etiam humoribus reuellendis Vesicantia adhibuisse. Manifestissima est Gal. auctoritas comm. xiij lib. primo de Humoribus ab eodem repetita in lib. de

Hiru-

Hirudinibus, & reuulsione, accepta quinetia à Rabbi Moyse, & ab Oribasio 8. coll. xix. acria hæc medicamenta artubus imposita, eas fluxiones retrahere, quibus caput aut viscera vexantur. Ex ijs igitur locis multa desumuntur hanc veritatem confirmantiã. Primum enim si ex Galeno, fluxionis nomen potius humoribus sponte, & ex propria natura ad partem aliquam raptum habentibus, accommodari, quam illis qui contra naturam & motu violento trahuntur, vsq; adeo certissimum est: propterea, cum dicat Gale. fluxionem ad caput, acribus medicamentis, pedibus, & manibus admotis reuelli, rationi consonum est, hoc fluxionis nomen, potius calidis, quam frigidis humoribus adaptari. Cæterum quod mihi certo veritatem hanc demonstrare posse videtur, est ea vox redundantia, qua in primo illo comm. lib. de humoribus vtitur, Gal. enim qui semper vocis proprietatum obseruantissimus fuit, redundantia nomine hoc in loco cacochymiam seu frigidorum humorum abundantiã minimè significasset. Sed eam multitudinem quæ humoribus vel ex æquo abundantib⁹,

dantib⁹,

dantibus, (seruata tamē veteri proportione,) uel etiam sanguini cæteros superanti accommodari solet; Vt ex eodem Gal. & lib. de multitudine & secundo aphor. & secundo de comp. medic. secundum loc. atq; alibi colligitur. Si igitur Gal. pro redundantia reuellenda Vesicantibus utitur, ergo humorum caliditatem non ueretur. Itaq; siue calidi sint sanguinei, siue etiam biliosi, acribus medicamentis reuelli poterunt. Cæterum qui huic loco non aquiescit Aetium adeat tertio tet. serm. primo qui in uomitu bilioso ad reuulsionem Vesicant. vtitur. Sed cum in secundo qui hunc statim succedet libro, de hac re plurima dicturi simus, propterea huic primo finem imponentes ad alium descendemus. ✶

com. 17. cap. 1.

✶ Primi Libri Finis. ✶

PRAEFATIO.

ARBITROR equidem, me hactenus nō inutiliter laborasse, dum tot rationibus, & locis, quot à me proximo, libro proposita sunt, vsum vesicantium medicamentorum ad internas, & externas, calidas, & frigidas, mobiles, & quiescentes, veneficas, & benignas affectiones institutum, munire, & comprobare conatus sum; quando hactenus declarata, non modo pristinam quandam sinapismis lucem, ex veterum monumentis desumptam, restituere videantur; verum etiam tantopere ad ea confirmanda de quibus nunc tractatum exordior, facere posint, vt absque iam expositis, nullum ferè robur in posterum dicenda continere valeant. Mihi etenim iam propositum est, longiore oratione, pluribus argu-

mentis, & locis, lucidiore ſermone, fortè etiam ordine melius diſpoſito, quàm præcedentis anni diſputatio præter omnem meam ſpem, & ex tempore ſatis in lucem edita, tulerit, concluſionem hanc pe tractare, vtrum ſcilicet in febribus etiam peſtiferis, veſicantia ad multa eorum aſſumi poſsint, ad quæ hactenus ipſa ex probatiſsimorum virorum conſenſu valere demonſtrauimus, præcipuè vero ad reuulſionem ipſam. Continet ſane hæc res non leues, & ſpernendas ambiguitates, cum quia veteres medicos in ea apud me admodum difficili, dilucidanda ſatis ieiunos eſſe videam; tum vero quia primates noſtri temporis, præcipue vero Patauinæ Scholæ profeſſores, negatiuam partem mor dicus defendere, iam pridem cœpiſſe, & nunc etiam non inferiore vllo conatu, imo fortè ſuperiore, eandem tueri intelligam. Contra quos, ego quidem ex profeſſo ſermonem meum non dirigo; quamquam negare non poſſum, me in poſterum multa a Maſſaria contra nos dicta, non quidem contentionis gratia, ſed veritatis, & propriæ tuendæ dignitatis neceſsitate compulſum, minimè diſsimulaturum, imò vero quæcunque vel aduerſum nos ipſos, vel magis contra

tam

tam egregiam, tam vtilem, tam humano generi ſalutarem in febribus operationem per veſsicantia medicamenta adminiſtratam, adducta fuiſſe, vel adduci poſſe legero, audiero, aut animo proprio concepero; hæc omnia (ea tamen modeſtia, qua erga quoſcunque, præcipuè verò erga viros ętate, eruditione, & longa exercitatione præſtantes, vti ſoleo) infringere, & pro virili euertere, minime veriturum. Erit autem huius ſecundi libri ordo hunc in modum diſpoſitus; vt ſcilicet primo quid ſit hæc peſtifera febris, in qua veſicantia conuenire aſſerimus, explicemus, genus ſcilicet generaliſsimum, ſubalternum, ſpecies ſpecialiſsimas, ſubiectum, ac cauſſam effectiuam proximam exponentes. Quibus declaratis, & ab omnibus diſcultatibus extricatis, ad indicationes, & ſcopos me conuertam, quibus ſanè varijs, ac inter ſe apparenter pugnantibus propoſitis, varietatis rationem ſubiungam, & contrarietatis omnem ſuſpicionem è medio tollam, deinde vero ad rem ipſam propius accedens ex iam propoſitis indicationibus, atque alijs pluribus argumentis demonſtrabo, veſicantia in peſtiferis, primum locum inter cætera remedia obtinere. Quod ſi quid con

tra ſuppoſitiones, aut concluſiones illas pro ductum eſſe, aut produci poſſe cognouero, omni meo conatu illud totum funditus deſtruere tentabo.

A genere ergo generaliſsimo peſtiferæ febris explicando exordiens; morborum omnium, & conſequenter febrium communiſſimam diſtinctionem ſequenti primo capite proponam, ſicque ordinatim cuncta explicabo.

HERCVLIS SAXONIAE PATAVINI.

DE PHOENIGMIS Liber Secundus.

CAPVT PRIMVM De pestilentium febrium genere generalissimo.

INter tam varias; quæ de morbis proferũtur distinctiones, nullam ea vniuersaliorẽ reperiri existimo, qua morbi ipsi in cõmunes ex vna parte, siue publicos, siue epidemicos, & ex alia in Sporadicos distribuuntur. Vt propterea nobis in præsentia generalissimum febrium pestiferarum genus quærentibus, necessum sit indagare, vtrum pestiferæ nomine communem febrem, an potius priuatam, vel vtranque simul intelligamus. Huius

autem

autem quæsiti ratio partim ex Hipp. partim etiam ex Gal. originem sumpsit. Cum enim ego hoc loco pestiferæ febris nomine quamcumque intelligi velim, communem scilicet epidemicam, communem endemicam, & Sporadicam: hanc tamen meam suppositionem Hipp. & Gal. dictis non usquequaque consentire uideo. Hipp. enim communem febrem pestem vocat, quasi pestis, febris pestifera proprie dici non possit. Sic enim scribit. Sunt autem febrium genera duo, vt hoc quoque nunc

Lib. de flatib. in princ.

*„ attingam, quorum alterum commune om-
„ nibus pestis appellatur, alterum propter
„ malam dietam priuatim, his contingit Gal. etiam 3. in tertium epidem. morbum omnem epidemicum, ac perniciosum simul, quamquam ille aut febris fuerit, aut non sine febre, pestem vocat, non febrem pestilentem, sic enim habet. Qui
„ simul si hoc habeat, vt multos perimat, pe-
„ stis sit. Itaque Gal. & Hipp. authoribus, febris communis perniciosa, pestis dicitur. Contrà verò (quantum ego censeo.) his ipsis*

Com. 20

ſis authoribus eandem pernicioſam, huic vel alteri tantum ex propria cuiuſque vitæ ratione contingentem, non autem ex communi aliqua cauſa, ſiue aere, ſiue cibo, aut potu prodeuntem febrem peſtilẽtem appellabimus. Poteſt autem hæc veritas ipſiuſmet Galeni verbis. 3. in 3. epid. confirmari; quæ hunc in modum habent. Quæ euacuabantur erat colliquatio; quod quidem eſſe ſymptoma videtur in perpetuum febris, quam peſtilentem priuatim vocitant, cum mortales, vel citra peſtem corripiat. Gal. hoc in loco de ſymptomate tam peſti, quam febri peſtilenti communi, pernicioſo admodum, & lethali verba facit colliquatione ſcilicet, & tamen peſtem à febre peſtilenti diſtinguit. Si itaque in huiuſmodi prauo ſymptomate peſtis, & peſtifera febris conueniunt, oportet quoque in pernicie conuenire; cum tamen ex altera parte inter ſe diſtinguantur, & peſtis duo tantum in ſe contineat, primum quidem, vt ſit morbus communis, deinde vero ut ſit pernicioſus, relinquitur neceſſario,

Cor. 57.

vt in eo tantum differãt, quod cõmunis, et perniciosus morbus febris quidem esse possit, non tamen ab Hipp. aut Gal. febris pestifera, sed tantum pestis vocetur; priuata vero, & Sporadica ab eodem Gal. loco iam citato pestilans dicetur. Itaq; in Gal. & Hip. doctrina tanquã manifestissimũ acceptum sit, Pestilentis febris nomine solam Sporadicam significari, pestis autem nomenclatura communes perniciosas febres exprimi. Non ignoro tamen hac in re varios in várias abisse sententias, atq; aliquos, vt Ludouicum Mercatum illis exceptis, quæ ex aere originem trahunt, cæteras omnes, siue ex communi, siue ex priuata causa gignantur, pestilentes dixisse: cuius sententiam pluribus reprobare nolo; quamquam scio ad Gal. mentem minime esse accipiendam, qui, vt ex secun do de nat. hum. atque ex lib. de cibis boni, & mali succi constat, non minus eam quæ ex communi aliquo cibo, aut potu inducitur, pestem vocat, quam illam, quæ ex aeris occulta qualitate proficiscitur. Neque

etiam

etiam eorum sententiam fusius explicare volo, qui putant pestem à pestiferis feb. ex contagio separari: Noui enim pestem quandoque sine contagio extitisse, grauissimo scriptorum testimonio comprobatum esse; noui quin etiam contagium sine peste in quibusdam febrib. ex solo prauo fomite, ab iniquis hominibus in hũc vel illũ locũ allato, consistere posse; quod audio anno. 1555. Pataui, atque alibi forte contigisse. Illud tamen hac in parte haudquaquam negari debere existimo, pestilentem morbum cõmunem multo perniciosiorem fieri, si contagiosus extiterit quàm si contagium adnexum non habuerit: cuius contagii pestilentis vim, & perniciem Paulus descripsisse videtur, cum lib. 4. de Elephantiasi Cap. 1. *verba faciens inquit. Quoniam autem „ contagiosus hic morbus est, neque etiam „ minus quam vel ipsissima pestis. Sed his „ iam prætermissis, quorum inquisitio, & inuentio nihil omnino ad id quod declarandum assumpsissimus pertinere uidetur, ad propositũ, et principale intentũ redeuntes;*

pestis sine contagio. contagium sine peste.

tes; & pronunc quid de Hipp. Gal. & aliis sentiendum hac in re sit, ex toto prater mittentes, nos febris pestilentis appellatione perniciosas omnes in summo siue contagium habeant, siue sine contagio existant, siue ex aere, vel etiam ex communi cibo, aut potu ortum ducant, has inquam omnes, vel in peste, vt vnico verbo dicã, vel extra pestem accedant, pestilentes in præsentia vocare volumus. Quam sanè suppositionem à ratione, aut Gal. authoritate vlla ex parte alienam esse existimamus. Nam & si communem perniciosumque morbum quispiam cum Gal. pestem vocare velit; cum tamen illud quoque certum sit (quod etiam antea ex Hip. docui) talem morbum, aut febrem esse; aut non sine febre, profectò hanc ipsam febrem quando cõmuniter vno, et eodem tempore plurimos capiat, & interimat; ac in pluribus regionibus vagetur, summa cum ratione epidemicam pestilentem uocabimus; pari ratione si febrem aliquam vnius regionis, aut vrbis incolas capere, ac maiori ex

ri ex parte interficere contingat, hanc quoque non iniuria peſtilentem endemiam dixerimus. vocet autem quiſpiam ſi ita lubeat hanc peſtem endemiam, priorem vero peſtem epidemicam, profectò nihil ad nos pertinet, quibus id tantum accepiſſe ſufficit; in omni peſte febres vagari, ideoque peſtilentes communes nuncupari poſſe. Febres igitur proximis hiſce annis non ſolum Piſauri, ſed per vniuerſam Italiam graſſantes, non endemias, ſed epidemicas optimo iure cenſendas eſſe diximus; quòd non Piſaurenſem tantum populum, ſed et alia plurima loca ſimul affligerent. Illas autem quæ Biſantii ſingulis annis ſtatuto quodam tempore, vel ex nouo ſiderum ortu, aut occaſu, vel ex temporum mutatione, aut ventis, vel alia conſimili cauſa contingunt, endemias publicas vernaculas, ſeu inquilinas exiſtimabimus. Denique illas, quæ hunc, vel alterum tantum, in hoc vel illo loco, ex ſuo cuiuſq; victu capiant, peſtiferæ Sporadicæ nomine donare volumus. Has igitur omnes ſub tripli

ci hoc communissimo morborum genere comprehensas, in posterum tractabimus, & earundem (quacunque tandem voce exprimantur) genera proximiora, ac species, subiectum præterea, & causas, indicationesque, & curandi rationem per Vesicantia institutam inquiremus, quæstionem illam, quæ tamẽ ex nuper declaratis emergere videtur, relinquentes vtrum scilicet pestis absque febre consistere possit nec ne. Scio enim grauissimos viros hac in re non parum laborasse; quorum controuersias ego nulla ratione dirimere, aut debeo, aut possum; quamquam vt ingenue dicam quod sentio, hanc fere totam veritatem sequentibus conclusionibus comprehendi posse arbitror, quas viri excellentissimi, si ita illis libuerit, considerabunt. Prima est cum Hipp. in omni peste reperiri febrem: secunda in omni peste omnem morbum non esse febrem, aut cum febre. Hac quidem volui tanquam apud me vera attingere, cum tamen ad rem nostram non faciant, pluribus minime explicare debeo.

Ad

Ad genera igitur subalterna descendam, si prius hoc in loco Massariæ nodum quendam enodauero.

CAPVT SECVNDVM

Quo Massariæ obiectio diluitur, contra nostram hanc distinctionem endemiarum febrium ab epidemicis, instituta.

IN disputatione anni præteriti, dum esset sermo de febribus tunc temporis Pisauri grassantibus, atque intelligerem, illas non tantum vrbem Pisaurum, quantum etiam alias plurimas totius ferè Italiæ ciuitates, & loca, eo ipso tempore vexare, propterea hac eadem febrium distinctione, de qua in capite præcedenti memini vsus essem, dixissemq; eas febres non esse vni tantum populo Pisaurensi communes, propterea minime endemias; sed pluribus ciuitatibus, & regionibus, idcirco epidemicas: Hæc cum animad-

maduertisset Massaria; statim nostram distinctionem, ex Galeno & Hipp. desumptam, nescio sanè quo spiritu ductus, impugnare tentauit: cum tamen nullus sit oppugnationi locus. Inquit ille, nos præter Hipp. & Galeni disciplinam, morbos endemios, à communibus, & epidemicis separare. Quid sibi velit his uerbis Massaria, ego planè non intelligo. si enim dicat me endemios morbos, ab epidemicis separasse, id verum fateor, & iterum repeto, ac Galeni & Hipp. authoritate confirmo: qui ambo endemium ab epidemico, etiam si utrumque communem existiment, ita tamen seiungunt, ut scilicet endemium proprium & familiarem unius regionis existiment, epidemium vero pluribus regionibus communem, & per plura loca vagantem. Quod si dicat, se non accusasse hanc endemij ab epidemico distinctionem, sed hoc tantum, quod existimauerim, endemios morbos non esse communes, & ex eo quod non sint communes, illos ab epidemicis separauerim: quam rem inquit ipse ab

Primo in primum epid. primo. Primo acut. 9.

ſe ab Hipp. & Galeno alienam eſſe, cum illorum vterque ſentiat, endemium quoque morbum, abſque vlla contradictione ad communes referri. Profectò ſi endemium morbum minime communem eſſe dixi, doctrinam ab Hipp. & Galeni placitis diſtantem propoſui, & ideo accuſatione digniſſimam; ſed ſi contra, apertiſſimis uerbis endemios morbos nō minus quā epidemicos, communes vocaui, hac tamen diſtinctione, quòd endemios communes vni tantum populo, ſed illi ciuitati aut regioni familiares: epidemicos vero communes populariter graſſantes dixerim, ſanè hac accuſatione minime dignus ſum. Vt igitur veritas appareat, legantur noſtræ diſputationis præteritæ verba; quæ ſic habent. Nec communem quidem vni tan „ tum populo, qualē fortè Piſaurenſes hunc „ ſibiipſis eſſe exiſtimant, ſed vere epidemi- „ cum, quando non ſolum vrbem Piſau- „ rum, ſed vniuerſam ferè Italiam depopu- „ latur. Vnde quæſo colligit Maſſaria, me „ morbos endemios, à communibus ſeparaſ- „

ſe ſi

se? si illos dico non uni tantum populo esse communes: sanè (vt ego censeo) hoc nihil aliud significat, quam morbos etiam endemios sub cõmunibus reponi. Sed quoniam hoc commune duplex est, aliud quidem publicum, quod est vnius regionis proprium, aliud vulgare, quod pluribus regionibus est commune, ego quoque hanc Galeni distinctionem primo in primum epid. propositam insequutus endemium, & epidemicum morbos ambos cõmunes iudicaui; sed vnum communem publicũ seu vnius tantum loci familiarem, alterum vero vulgarem, seu pluribus locis, vno, & eodem tempore contingentem. Itaque cum hæc certa, & verissima sint; frustra Massaria propriæ disputationis contra nos instituta initia, ab hisce fictitiis oppugnationibus inchoauit. Sed iam ad propositum redeamus, & cum de pestiferarum febrium generalissimo genere facta sit mentio, nunc modo ad genera, & species eiusdem specialissimas transeamus; & vtrum unicum sit hoc genus, an plura, vnica quoque sit

Com. 1.

species,

ſpecies, an magis multiplex, decernamus; ſimulque cognoſcamus quale nam ſit hoc genus, qualis ve ſpecies: his enim ſtatutis, & cognitis, prima iam et ſolida iacta erũt noſtræ diſputationis fundamenta.

CAPVT TERTIVM

An feb. Peſtiferæ ſub vnico feb. Genere reponantur, an potius ſub pluribus.

QVICVNQVE Peſtiferam febrem à venenata, & occulta qualitate nequaquã prodire aſſerunt, illos, vel nunquam, vel difficili ſaltem negotio, in hanc ſententiam venturos arbitror, vt credant eam ſub pluribus vno genere contineri. Nos tamen, qui (vt anno elapſo declarauimus & paulò poſt etiam fuſius comprobabimus) totam huius eſſentiam, in occulta, & venenata qualitate poſitam eſſe arbitramur, ſumma cum

ratione Hippocr. & Galeni placitis inhærentes, febrem pestiferam, ad omnia genera reduci, pestem vero absolute acceptam, ad omnes morbos, & symptomata quotquot reperiri, aut animo concipi possunt, referri debere tueri possumus. Etenim quicunque diligenter Hippocr. & Galeni scripta euoluerit, ac varias à plerisque, variis temporibus descriptas pestilentias obseruauerit; ille nullo labore deprahendere poterit, pestiferam hanc qualitatem, nil aliud, quam omnium morborum, omniumque symptomatum, principium, fontem, & originem esse: Cum ex Galeno tertio, in tertium epid. nomen epidemici, & pestilentis, nullius certi morbi sit proprium, sed quemcunque affectum vno, & eodem tempore per varias regiones vagantem, plurimosque prehendentem; epidemicum vocet, hunc vero eundem, perniciosum, ac plurimos interficientem, ex consequenti venenatū, siue cum febre, siue sine febre; & si cum febre, siue ea ad putridas, siue ad hecticas, & ephemeras

Com. 20.

refe-

referatur, iure morbum pestilentem, seu pestem appellet. Itaque nos pari ratione ex Sporadicis febribus perniciosiores, & vt plurimum ad interitum deducentes, siue hecticas, siue alias, pestiferas nuncupabimus: Et ideo Galenus (si de Hecticis pestiferis fiat sermo) praclarissimam de illis non vno tantum loco facit mentionem, decimo meth. vltimo in fine iis verbis: Vt de iis hecticis febribus, qua in pestilentiis contingunt: & secundo, de diff. feb. cap. 9. dum sic scribit. Quoniam sine siccitate sapius hectica feb. consistunt: cum non transmutantur ad tabem, quemadmodum multis hoc tempore in magna pestilentia contigit. & tertio, de prasag. ex puls. capite 3. & 4. quo in loco pestiferam hecticam vulgarem, seu epidemicam significat; dum inquit, se sexcentos, in pestilentia tali febre vexatos conspexisse. At vero hic numerus non quidem sparsim contingentes, sed communiter euenientes, explicare videtur. Cæterum non Galenus

modo, sed & Auicen. & Rhasis & alii plurimi, de hac ipsa febre mentionem fecerunt. Illos enim omnes, de quibus Auicen. scribit, quòd multitudinem caloris non percipiant, nec pulsus, aut vrinæ mutationem habeant, hectica febre pestifera captos esse censendum est: Quorum aliquos in morbis sparsim vagantibus me conspexisse assero. Sed cum de hectica pestifera, minus vero de putrida sit dubitatio, de ephemera tamen vno, & eodem modo apud omnes minime conuenire video. Etenim Conciliator, cui (in ea parte quæ ad ephemeras pertinet) consentit ex recentioribus Vales ius non modo ephemeram, sed etiam hecticam a pestilentibus excludit: Ephemeram autem his argumentis improbat: Non posse talem pestilentem vllam concedi, eo quòd ephemeræ sint breues, & salutares, pestiferæ vero longiores, & lethales. Ad hæc pestilentes omnes putat Conciliator ex putredine oriri: & cum putredine semper coniunctas esse; spiritus autem, eo quod mini-

Diff. 94.

Libro 9. contr. 11.

minime putrescant, ideo pestiferæ febris susceptiuos esse non posse, pro certo habet. Contra quos sunt grauissimi viri Fracastor. Nicolaüs Massa. Ioubertus Delphinas, atque alii plurimi minime hoc loco recensendi. Ego enim quæstionem hanc, quæ præsenti meæ disputationi nihil inseruit, longius agitare nolo: sed hoc tantum dico, primum quidem conciliatoris rationes, & Valesii argumenta, nullius roboris extare, eo quod aliud sit, in spiritibus calorem tantum accendi, aliud vero eosdem à veneno corrumpi. Fateor itaque febrem in spiritibus solo caloris excessu productam, salutarem esse, eam vero quæ veneno coniuncta sit, viginti quatuor horarum spatio ad necem inclinare pro certo habeo. Si enim cuicumque corpori, siue sano, siue ægrotanti, venenum, ex morsu animalium, aut deleteriis medicamentis superueniens, & sanum statim corrumpit, in ægro autem, ægritudinem sua natura salubrem, momento temporis lethalem efficit; mirum

Libro de morb. cõtag. c. 4. & 5. lib. 1. c. 2. lib. de peste cap. 6.

nemini profecto esse debet, legitimas atque exactè exquisitas pestilentias (quarum essentiam, in nullo alio quam in huiuscemodi veneno per aeris substantiam diffuso, positam esse supposuimus, ac in sequentibus docebimus) cordis spiritus inficere, & in eisdem febrem, omnium febrium alioquin saluberrimam, perniciosam, & citissime interficientem efficere. Hinc fit in peste non raro homines integra valetudine fruentes, & sanorum omnia munia obeuntes, momento temporis quasi fulmine percussos, cadere, & interire: quod in aliam causam quam in spirituum vitalium à veneno inspiratu accepto corruptorum referri non posse, pro constanti habeo. Neque sanè sudorem Anglicum aliud quam pestilentem ephemeram cum aliis plurimis doctis viris constituendum esse existimo. Caeterum quidquid de pestilenti ephemera alii in oppositum decernant, parum vel nihil nobis officit, qui hoc tantum volumus dari putridas atque hecticas pestilentes, ex

putri-

putridis vero non ſynochos tantum, ſed & alias quaſcunque per circuitum repetentes, id quod ſequenti capite demonſtrabimus.

CAPVT QVARTVM

Putridas peſtilentes non eſſe tantum continentes, ſed & ex alijs quoque omnibus febrium ſpeciebus.

MVLTORVM iamdiu inualuit opinio, quam nunc quoque apud celebres medicos acceptam eſſe video, peſtilentes potiſſimum Sporadicas, non ex omnium febrium ſpecie, ſed tantum ex continuis continentibus extare. Propterea febrem omnem per circuitum repetentem, à peſtilentis ſuſpicione remotam eſſe arbitrantur. Neque verò videtur hæc opinio vſque adeo à ratione aliena, cum peſtifera, ex inſigni & excellenti putredine, Galeno auctore, ortum ducat, quam excel-

Primo in ſextum epid. 19.

excellentem putredinem omnium maxime synochis esse familiarem & humor putrescens, & locus putredinis demonstrare uidentur. In illis enim nō modo tota ipsa sanguinis massa corrumpitur, sed & in magnis, vel certè omnibus venis, computrescit, quæ duo ad excellentissimam putredinem constituendam, qualis pestiferarum requiritur, necessario concurrunt. Mihi verò sanè licet arbitrari, atque tanquam verum accipere, citra pestem magnam pestiferarum partem ob prædictas caussas ad synochos pertinere: nullam verò ex aliis posse pestilentem dici, hoc & rationi & auctoritati, & experimentis omnino contrarium esse duco. Rationi quidem, etenim quod paulò ante dixi, nunc etiam repeto, pestem non esse alicuius certi morbi, aut febris nomen, sed vnamquamque febrem, vnamquemque morbum, quamquam sua natura solutarem significare, dummodo venenum hoc deleterium illi copuletur, ad necandos homines aptissimum. Itaque siuè continenti

febri,

febri, siue proportionatæ accesserit, statim in pestilentē euadunt. Nō negauerim itaq; febres quæ ex prauis succis in corpore genitis, non autem ex vitioso aere, ortum ducunt, plerunque pestiferas ex continētibus esse: sed tamē cum uenenatam qualitatem in corpore, non minus in venis ex magno humorum putrescentium apparatu, quam ex leuissimo etiam initio ortum ducere sim ostensurus, potero etiam non longe a ueritate abiens asserere, hoc ipsum venenum pro corporum varietate, varias quoque febres inferre posse, hecticas, putridas, continētes, per circuitum repetentes, cum locorum inflāmatione, et absq; inflāmatione tertianas quotidianas, forte etiā quartanas, quæ tamen omnia, magis in peste, quam in pestiferis Sporadicis verificari iam a me dictum est. Porro ueritatem hanc non modo prædicta ratione, sed etiam authoritatibus Hippocratis & Galeni confirmare possem, ex quibus desumitur tam varias, scilicet fuisse pestis & pestiferarum febrium naturas & facies, ut uix unam uel alteram sibi

ex toto similem inuenias. Apprehendit enim hæc uenenata qualitas homines ex uaria temperatura, ætate & sexu, magis autem ex vitæ ratione, ad varios morbos variasque febres propensos, ut propterea. Hippocrates 3. in 3. epid. cum multis verbis morbos ac symptomata illius cōstitutionis pestilentis retulisset, in qua manifeste ostendit, eam externis multis morbis, internisque variis etiam sine febre adnexā fuisse: (connumerat enim sacros ignes, febres ardentes, phrenitides, ora aphtis vitiata, pudendorum turbercula, coma & vigilias, hydropes, tabes, abscessus, suppurantes, fluxionesque uarias, cum carnis insigni corruptione, & ossium denudatione, quibus tamen aliquando, inquit, adiunctam fuisse febrem, aliquando etiam non) tandem tex. 64. alias quoque febres varias in ea pestilenti constitutione vagantes, tertianas, quartanas, nocturnas continuas, longas, vagas fastidiosas, & inconstantes recenset, quas etiam febres, (re vera intermittentes extitisse pro comperto

minime

minime haberi volo) quamquã Gal. uerba huius rei nesciò quã suspicionem afferant, „ quæ sit habent: Quia humores noxii erant „ diuersi, ideo cum alii morbi, tũ plura iam „ inciderunt febrium genera: meminit autẽ „ intermittentium, quæ numero tres sunt, „ quotidianarum, tertianarum, quartana- „ rum. Cæterum quidquid de intermitten- „ tia sit, certum saltem est & ex hoc ipso lo- „ co & ex aliis quoque constitutionibus ab eodem, imo vero a cunctis, qui pestilentias varias obseruarunt, & descripserunt rela tis, nullũ esse morbi genus, nullumve symptoma, cui pestifera, & uenenata hæc qualitas, quandoque connexa, pestiferæ qualitatis naturam suscipere non valeat. Ex quo obiter dubium illud dissolui potest, quo modo pestis, communis morbus vocari debeat, quando in eadem peste pro varia hominum natura, & victu, tam varij morbi, diuersæque febres, & symptomata oboriuntur, facile inquã hoc dubium soluitur, nam & si varii videantur esse morbi, omnes tamen hac communi, & venenata

qualitate participant. Propterea Bisantii, quo in loco audio pestem singulis annis grassari, mihi à viris fide dignis relatum est, omnes alios morbos quamquam uarios, in hanc vnam pestem desinere, neque vllum fere alio morbi genere a peste seiunctũ, etiamsi singulis diebus octingenti, et plures intereant, interfectum obseruari. Ex quibus sanè confirmatur, pestiferam febrem, etiam si quandoque, fortè etiam vt plurimum, vnam ex continuis continentibus esse accidat, non tamen hãc unam esse, imo vero vt ex Hipp. ostendi, & ardentem, & tertianam, & quotidianam, & quartanam, vt propterea pro istarum uarietate uaria quoque pestiferas febres insequantur symptomata, aliis vero nulla omnino quæ grauioris morbi suspicionem inferant sint connexa, de quibus Gal. 9. simpl. 3. de crisib. & primo in sextum epid. & tertio, de præsag. ex pul. verba fecit, sed de hac re plura in sequenti capite.

Cap. de Samia.
Cap. 4.
Com. 29

CAPVT

CAPVT QVINTVM

Pestiferas febres grauissima quæque habere symptomata adnexa.

ET Si minime negari potest quod iam paulo ante ex Galeno etiam desumpsimus, uenenatam pestiferarum qualitatem, aliquando sine multis symptomatis reperiri, (in quo genere hecticas eam ostendimus.) Nihilominus certum est etiam, maiori ex parte eas grauissima quæque symptomata habere coniuncta. Cum enim iam demostratum sit illas & synochis, & ardentibus, & aliis denique omnibus febribus in quocumq; sexu, ætate, temperamento, habitu, uitæ conditione, cum omni humorũ copia, & prauitate copulari posse, sanè oportet etiam existimare primũ quidẽ ea omnia habere symptomata, quæ morbi ideam seu formam & imaginem concomitari, aut paulo post illis superuenire solent, deinde uero & alia quæ ipsius mali moris, seu malignitatis sint propria, imo uero

quod

quod magis refert, accidētia quoq; ideam & magnitudinem febris, consequentia, quamquam ex propria suipsorum natura grauia, & mala sint, ex hac venenata qualitate illis accedente adhuc deteriora euadunt: propterea Gal. in illo 3. in 3. epid. variis locis notauit, multa ab Hip. relata ex propria natura maligna in ea constitutione maligniora reddita fuisse, accedente scilicet malignitate ex constitutione pestilenti producta, illi quam morbus vnusquisque ex propria sui natura inferre solet. Itaque cum in pestiferis & multa, & ea quidem deterrima fiant symptomata, mirum nemini esse debet, si ab omnibus medicinæ scriptoribus tam curiose describantur, quos omnes percurrere superuacaneum prorsus iudico, propterea unum vel alterum tantum ex vetustioribus eligam, & inprimis quidem Paulum, qui libro secundo, in febre quidem pestilentiali, inquit, vsu venire possunt, quæque pernitiosissima, grauissimaque, neque tamē occultatum quidpiam priuatumve, quemadmodum

Cap. 36.

dum

dum in alio quouis morbo ſolet, habere con ſueuit: aſſolent enim crebro incidere deli- ria, flauæ bilis vomitiones, præcordiorum intenſiones, atque cruciatus, aquæ intercu tem complures, extremarum partium fri- giditates, & alia quæ ſequuntur, quæ ab Aëtio, non multum differentibus verbis deſcribuntur. Sic enim habet primo te- trab. ſerm. primo, omnia horrendiſſima in peſte fieri poſſunt, & nihil occultatur, ve- lut in ſingulis morbis, plurima enim & ua ria fiunt, deliria varia, bilis vomitus, præcordiorum diſtenſiones, dolores, extre- mitatum frigiditas, profluuia bilioſa, tenuia, flatuoſa, & alia id genus. Sed quæſo quid in re tam conſpicua laboro? an fortè quiſpiam negabit, peſtiferas febres omnium pernicioſiſſimas, quanquam pri- mo aſpectu mites appareant, grauiſſima nõ habere adnexa ſymptomata? profectò eſto etiam nullum ex his, quæ iam ſunt enume- rata in peſtiferis apparere, ſed vnam no- bis ex illis proponi, quæ tertio de præſag. ex pulſ. & aliis locis citatis à Galeno de-

Cap. 95.

ſcri-

ſcribuntur, an fortè iſtas quoque grauia ſymptomata habere non arbitrabimur? tãtum abeſt ita cenſendum eſſe, ut potius & ratio & experientia, ac denique auctoritas perſuadeat, iſtas tam leues, tam primo aſpectu faciles, omnium grauiſſima ſymptomata continere, poſteaquam ſolida corporis obſident, vniuerſumque uitale robur momento temporis exoluunt, ſeminalemque in ſolidis contentam humiditatem debellant, & putrefaciunt, ut propterea ſi non aliud pulſus ad ſummum paruos ac languidos, anhelituſque fætorem inducãt, quibus omnibus nihil homini pernicioſius contingere poſſe Gal. teſtimonium ſatis declarat, qui in illo 3. de præſag. ex pulſ. medicinam ad putredinem quæ in corde ſit, excogitari minime poſſe pro certo habet. Igitur peſtiferæ febres grauiſſima quæque habent ſymptomata adnexa, ex quo quid inferre velim, poſtea ſubiungam, & explicabo, ſed iam ad tertium demonſtrandum me conuerto.

Cap. 3.

CAPVT

113

CAPVT SEXTVM

Febres pestiferas ex venenata, & occulta facultate originem ducere.

POTVISSEM sanè ea omnia, quæ in præsenti, et subsequentibus etiam capitibus a me sunt demonstranda, consulto præterire: Cum enim febres pestiferas non ex vnica tantum insigni, & excellenti putredine, vt Massaria & eius sequaces censent, sed ex occulta & uenefica qualitate prodire, mihi probandum sit, hunc ipsum laborem elegantissimis verbis abunde a Fernelio, atque aliis ante me susceptum fuisse scio. Cum tamen mihi de hac re longa sit habenda cum Massària disputatio & contentio, eas ipsas rationes a Fernelio desumptas ego quoque hic proponere & examinare cogor. Incipiam autem ab illis pestiferis epidemicis, quas cum Hipp. & Gal. pestis nomine superius donauimus: Deinde vero ad pestiferas Sporadicas me conuertam. Pestem igitur seu febrem pesti-

Libro secũdo: de Abd. capit. 12.

lentem vulgarem non ex putredine semper prodire, satis declarant Diariæ & Hecticæ pestilentes, multo autem certius Mass. iudice, illi, qui in peste absque ulla febre intereunt. Hæc enim nemo iure in tam insignem humorum putredinem referre potest. Declarant quinetiam tam varij ac inter se diuersi modi, qui ad inducendas pestilentias concurrunt: quandoque enim in constitutionibus calidis, & humidis, & ex consequenti ad excellentem putredinem aptissimis, nullam omnino pestilentiam subsecutam, in aliis autem siccissimis & squalidis grauissimas pestilentias obortas esse, Liuii, Virgilii, atque aliorum grauissimorum scriptorum testimonio com probatum est. Sed & absque ulla constitutionis dispositione ex minima tantum aura seu venenato vapore, ex longinquis etiam regionibus delato, vel ex antris, bara tris, cauernis, speluncis, sepulchris, aliisq; subterraneis locis eleuato, perniciosissimas factas esse pestilentias, nemo unquam vertere in dubium ausus est: immo uerò cum

non

non raro neque in constitutionem putredini aptam, neque in hos vapores, pestilentiæ causam mortales referre possent, certum est illos hanc tanquam abditam & occultam in sydera & in Deos etiam retulisse. Neque enim antiquos aliud quidpiam per Apollinem sagittas in mortales inferentẽ, & filios ac filias Niobes interficientem, significare voluisse existimo, quàm hæc ipsa occultæ pestilentiæ seminaria. Cæterum illud etiam veritatem hanc non leuiter cõfirmare potest, quòd scilicet ex tam exili fomite in panno lineo, seu laneo contento, tam citò & facile tot ac tam grauia inducantur symptomata, quot & qualia tempore pestis illos incurrere scimus qui hac contagione capiuntur, quòd etiam indifferenter cuiusque ætatis, sexus, temperaturæ atque habitus corporis homines hac ipsa infectione tententur: quamquam illis quibus in corpore multa subest humorum corruptorum copia, promptius hoc tam graue malum superueniat, non tamen propterea illi, qui prauis succis non abundant, & tempe

rato victu vtuntur, immunes esse possint. His accedit & eorum accidentium condi-tio, quæ solius veneni est propria, vt scili-cet, momẽto ferè temporis corpus liuidum, nigricans, diffluens, ac fætidum fiat, nec humores tantum, sed solida quoque substã tia talem corruptionem subeat, vt non mo-do tota caro ab ossibus separetur, verum etiam organici alicuius membri compagi-ne dissoluta, pedes, ac crura aliquando a toto corpore seiungantur, mortem quoque tam breui temporis spatio, quandoque sci-licet unica die, quandoque uero tribus ad summum vel quatuor superuenientem, hoc ipsum manifesto declarare posse mihi per-suadeo. De curatione autem quid dicam? Nonne vnicuique compertum est, curatio-nem potius Alexipharmacis, & a tota sub stantia agentibus, consequenter ueneno oc-currẽtibus, quàm remediis per manifestas qualitates alterantibus curari? sic enim & theriaca, et Mithridatica confectio, et Apollonii muris ex nuce, caricis, & ruta constans compositio, & vrina, & pillulæ

Ruffi,

Ruffi, & Dioscordium, & bolus Armena, & lapis Bezaarticus, atque alia id genus plurima ex occulta qualitate potius quam siccatione pestem superare valent. Etenim si unica siccatione iuuarent, certum est, ossa sepiæ, testasque, & concas buccinarum exustas, ac pumicem multo fortiorem hisce omnibus, multo efficaciorem exsiccandi facultatem continere, cum tamen nemo vnquàm talia ad pestem expugnandum elegerit, superiora uero prætermiserit. Sed quid quæso est, cur hanc tam occultam, & veneficam qualitatem negare velimus, cum certum sit tam abditam esse huius mali curationem, vt non modo siccantia spernat, & antidotos requirat, uerum etiam quandoque ex communi omnium sentẽtia solo diuino auxilio superari possit? id quod ex Thucidide & Galeno tam manifestè colligi posse existimo, ut mirum sit qua ratione Massaria hanc tam manifestam ueritatem impugnare voluerit: sed de hac re infra, nunc autem rationibus prætermissis, ad auctoritates etiam me conuerto.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM

Ex quibus locis colligatur Hipp. & Galenum uoluisse pestiferas febres ex aere occulta qualitate prędito proficisci, & quinam ex antiquis & recentioribus hanc ipsam sententiam sectati fuerint.

MVLTA sane non sunt loca, in quibus aut Galen. aut Hipp. pestis caussam occultam, ac venenatam esse declarauerint, ea tamen pauca, tam aperta & egregia sunt, vt a nemine (Massaria etiam non excepto) negari possint. Itaque singula examinabo, postea vero ad caeterorum quoque tam ueterum, quam recentiorum authoritates me conuertam. Est ergo primus locus ex Galeno primum, deinde vero & ex Hipp. desumptus com 2. in libro Hipp. de natura humana, cum inquit Hippocratem mancam communium morborum, quorum caussa sit aer circunfluus, curationem protulisse, subdit

Tex. 4.

deinde

deinde rationem cur mancam existimet, inquit enim aerem ipsum gignendis morbis occasionem praestare ex halitu stagnorum, paludum & caenosorum locorum vel huiusmodi alicuius terrarae, quam caussam statim a tota substantia agentem vocat, interdum vero ex sola anni temporum intemperie. ex quibus verbis Galen. luce clarius nobis ostendit, morbos quandoque ex aere occulta qualitate peccante, nonnunquam vero ex manifesta oriri, hosque morbos apud Hipp. & Galenum esse pestiferos. Neque est quod quispiam dicat, Galenum nomine totius substantiae nil aliud quam aeris temperamentum ab eodem plerumque non modo qualitatem. sed etiam substantiam vocatum significare voluisse. Et .n. hoc totius substantiae nomen, Gal. non aeri, sed halitibus prauis, & stagnis, paludibus, & coenosis locis eleuatis attribuit: Praeterquam quod nullum omnino locum reperire liceat, in quo totius substantiae nomen temperamento ex manifestis qualitatibus constanti tribuat,

buat: substantiæ nomine aliquando quidem temperamẽtum explicauit Gal. totius autem substantiæ nomine nequaquam imo vero semper occultum quid, vt legenti omnia loca paulo inferius a nobis adducenda constare poterit. Morbos igitur ex tali caussa ortum ducentes apud Hipp. & Galenum constat esse pestiferos, posteaquam vterque ipsorum loco citato præcipit, vt qui ab istis præseruari cupiunt, quam parcissime spiritum in corpore suscipiant, aut etiam locum commutent, id quod in pestilentiis fieri, nemo ignorat: sic enim scribit Hipp. verum cura erit adhibenda, vt quã
,, parcissime spiritus in corpus influat, sitque
,, maxime familiaris, locum præterea in uim
,, alienam ab eo in quo morbus ille excitatus
,, est, mutabis. & ne quis credat hæc ab
,, Hipp. ob manifestas tantum qualitates in
,, stitui, audiat Galenum qui illius senten-
,, tiam exponens inquit, recte igitur cum ha-
,, litus sola potius substantiæ proprietate quã
,, simplici alia qualitate corporibus noxii
,, sint, curandi rationem explicuit rem hanc

in duos

in duos referens scopos locorum mutatio- ,,
nem ac vsum modicæ respirationis. Quid ,,
clarius his verbis reperiri potest? docet
Hip. in pestiferis morbis modicum aerem
esse respirandum, & locum mutandum;
inquit Galenus hæc vera esse non quando
aer simplici aliqua qualitate nocet, sed
quando agit substantiæ proprietate, quam
substantiæ proprietatem noxiam & male-
ficam omnino venenatam constituere opor
tet: etenim ex Galeno quæ à tota substan-
tia agunt, sub quatuor generibus compræ-
henduntur: aut enim sunt venena, aut
medicamenta, aut alimenta, aut denique
venenorum remedia. Cum igitur dicat
Galenus halitus istos à tota substantia
agere, si ad venena eos reduci quispiam re
cuset, oportebit igitur ad alimenta aut me-
dicamenta aut venenorum remedia redi-
gere: quam rem si quispiam affirmare au-
deret, sanè illum statim omnibus ridicu-
lum euasurum existimarem. Itaque ne-
mo iure negare poterit hos halitos morbos
perniciosos producentes à tota substantia

Sexto, in sextū epid. Com. 5.

 agentes

117

agentes esse venenatos, & ideo ut tales non medicamentis putredinem corrigentibus, sed fuga, aut modica spiratione sanari, in quem finem Hip. corpora extenuanda esse præcipit, fortè victu, & medicamentis, non vt hac ratione huic caussæ occultæ occurrat, sed tantum vt extenuata iam corpora minorem huius aeris inquinati portionem suscipiant: sic enim scribit Hip. & corpora extenuabis, sed in quem finem extenuabis? an vt superetur extenuatione venenata hæc qualitas? certe hoc Hipp. non dicit, imo verò subiungit, sic enim fiet vt homines neque multo neque frequenti spiritu egeant. Constat igitur ex hoc loco, caussam à tota substantia agentem & veneficam pestiferorum morborum esse caussam, illamque vt occultam non curari remediis putredinem arcentibus, sed fuga & modica spiratione. quando autem præter hanc occultam qualitatem uel sine hac occulta qualitate, aer propter summã intemperantiam à qualitatibus manifestis excitatam in corpora nostra egerit, tunc

nemo

nemo negabit curationem per contrarias etiã qualitates institui, per calidas inquã in frigida aeris intẽperie, frigidas in calida, siccas in humida, & humidas in sicca: hoc enim docet etiam Gal. loco iam citato, qui hæc habet. At verò in his qui ex ,, qualitate læduntur, non morborum modo ,, iam tum factorum curatio, verum & cu ,, stodia ne illi suboriantur, per contrarias ,, proficit qualitates, quod si corpus ab ,, immoderato offendatur calore per refrige- ,, rantia, si ex frigore per calefacientia, & ,, pari etiam modo in aliis tam simpl. quam ,, compos. qualitatibus. Concedo itaque ae- ,, rem plerumq; ob manifestas intemperies, calidam præcipuè & humidam, putredini aptissimam morbos pestilentes parere, & huic alterantibus per contraria occurrendum esse: ex hoc tamen sequi nullam subesse aut in tali putredine aut extra putredinem, occultam, & veneficam qualitatem à tota substantia agentem, neque ratio, neque auctoritas persuadent, quin totum oppositum vt dixi demonstrant. Sed

quæso videamus etiam locum Galeni in lib. de Theriaca ad Pisonem, qui de huiusmodi venefica qualitate in aere consistenti ad pestem inducendã aptissima tam aperte loquitur, vt mirum sit quomodo aut Alexandrinus, vel alius quispiam eiusdem sectator audeat hos textus peruertere, & corrumpere: inquit Galenus, de Theriacæ vsu in pestiferis verba faciens. ,, Nec immeritò, cũ pestis ipsa ceu fera quæ- ,, dam venenata non paucos aliquot misere ,, perdat, verum totas ciuitates depascat: & paulò post subiungit. Attrahunt enim ,, in se ipsos aerem illum infectum, tãquam ,, præsentaneum aliquod venenum: & ne quis existimaret (id quod existimat Massaria) veneni nomine putredinem tantum intelligi, idem Galenus paulo post hanc ipsam qualitatem imminentem luem vocat, quod nomen profectò non putredini, sed occultæ & veneficæ qualitati tribui solere vnicuique est in propatulo. Hinc refert eo ipso loco Galenus Hipp. vt aerem à tali lue imminenti purum redde-

ret,

ret, non tantum ignem ex simplici materia per ciuitatem accendi voluisse, sed qui bene olentes coronas, & flores haberet, & vnguenta pinguissima, & id genus alia, quæ possent non modo aerem siccare immo vero occulta quadam substantiæ proprietate immutare sic enim scribit. Præcepit „ itaque vt per totam ciuitatem ignis acce- „ deret, qui non solum ex simplici materia „ constaret, sed bineolentes coronas, & flo- „ res haberet, talia siquidem ignibus alimen „ ta subministrari consuluit, & vt vnguen- „ ta, quam pinguissima infunderent, & id „ genus alia bonum odorem fundentia, vt „ hoc pacto ciues aerem purum inspirantes „ ab imminenti lue tuti forent. Concluda- „ mus itaque aerem si pestem efficere debet occultam omnino qualitatem, & veneficam continere, quæ nonnunquam calidam & humidam & putredini aptam constitutionem consequuntur, quandoque verò etiam sine tali calida & humida intemperie, imo cum opposita consistit, ut propterea in eo casu grauissimi etiam quique medici

119

dici prauos, & venenatos halitus aere per mixtos huius mali caussam esse existimēt, & cum multam putredinis in aere suspitionem esse videant, quandoque & syderum concursibus, uel prauis aspectibus hæc vt paulo ante dixi, non absque caussa tribuunt, aliquādo autem iustam in nos Dei vindictam esse pronunciant. Pestis igitur seu febris pestifera ex aere ortum ducens ad occultam, & venenatam qualitatem refertur, id quod non tantum Hip. & Galeni, quantum etiam aliorum plurium testimonio confirmari potest: & enim paucos, qui de peste, & pestiferis, uel ex professo, vel obiter scripserunt, reperire liceat Andream Sillam, Oddum de Oddis, Mercurialem, Susium, Hollerium, Nicolaum Massam, Ioannem Guinterium Andernacum, Gentilem, Fernelium, Petrum Forestum, Ioubertū Delphinatem, Fracastorium atque alios sanè plurimos, qui aperte huius mali essentiā in occulta. qualitate, & substantiæ proprietate non cōstituat. quid quæris? idē Massaria huius

acer-

acerrimus oppugnator quæcumque dicat, aut cogitet, vt hanc occultā proprietatē destruat, tandem illam magis confirmat, & clariorem reddit, vt suo loco inferius demonstrabo. Ex Antiquioribus sanè cum satis ieiune apud illos de febribus Pestiferis disputatum sit, pauca hac in re desumere potuimus. Aetius tamen (cuius opinionem oportet eandem fuisse cum Ruffi, Oribasii, Pauli, et Auicennæ sententia, omnes enim isti, vno excepto Auic. qui nonnulla addidit, quæcunque de pestiferis scribunt ex Ruffo acceperunt) sic scribit. ,, Causa vero talis putredinosæ euaporationis aut mortuorum multitudo est, veluti in bellis contingere solet, aut paludes quædam, aut stagna, aut barathrum aliquod profundum in propinquo, venenosam, ac prauam exhalationem emittunt. Sunt ne fortè hæc verba obscura, aut dubia, an potius ita conspicua, ut nullo interprete egeant. hic est sermo de pestis caussa nec dixit Aetius quid veneno simile, sed ipsummet venenū seu venenosam exhalationem

Secundo tet. primo cap. 94.

nem

nem fieri: itaque huius viri auctoritas nequaquam obscurari potest. Paulus etiam in eandem sententiam sic scribit. Interdum quippe paludem vicinam, interdum uero barathrum, hoc & fossam siue vallem finitimam habent, venenis imbutam euaporationem, & hanc quidem perniciosam exhalantia, atque ob eam caussam populosæ uulgaresque ægritudines consueuerunt solemniter publice grassari. Qui cum ab Oribasio acceperint, quamquam ille veneni nomen non præposuerit, illud tamen pluribus verbis descripsit, qui hæc habet. Regionum quoque naturæ communes morbos inferunt, quæ interdum palustres sunt, nonnunquam barathrum vicinum habent, quod exitiosum prauumque vaporem exhalat. Itaque quod Oribasius exitiosum vocauit, Aetius, & Paulus venenosum transmutarunt, ut propterea vna sit communis horum omnium de hac venenosa qualitate pestiferos morbos producente sententia: quod etiam significauit Auicenna, cum inquit, & quandoque est

Lib. 2. capit. 35.

Lib. 6. capit. 24.

illud

illud caussa ventorum deferentium ad lo- ,,
cum bonum fumos malos ex locis fœtidis ,,
in quibus sunt valles profundæ &c. Per ,,
fumos enim malos horum græcorum scri-
pta insequutus venenosam qualitatem in-
telligit. quæ si vera sunt, vt sanè sunt ve-
rissima, ego plane ignoro qua ratione Massaria, quem scio in græcorum Patrum, & Auicenæ doctrina versatum esse, tam publicè asseruisse nunquam apud Hipp. Galenum, aut alios grauiores Medicinæ scriptores huius occultæ, & venenatæ qualitatis mentionem factam esse. Sed quando iam satis aerem venenata qualitate affectum pestilentium febrium caussam esse ostendimus, nunc modo, Quid de cæteris Pestiferis sentiendum sit, explicemus.

CAPVT OCTAVVM

Quod Peſtilentes quæ ex interna cauſſa producuntur, uenenatam qualitatem ſupponant.

MANIFESTVM profectò vnicuique eſſe puto, peſtem & conſequentes peſtilentes febres in peſte contingentes. ſiue putridam conſequantur ideſt calidam & humidam auſtrinamque conſtitutionem. ſiue etiam calidam, & ſiccam, ſqualidam, rigidam, ac borealem, vel temperatam, attamen ex occulta quadam, & venenata qualitate prodire. Cœterum ex nunc dicendis multo manifeſtius futurum exiſtimo, peſtilentes illas quæ ex internis cauſſis oriuntur, ſiue communes, ſiue ſporadicæ fuerint, ab eadem occulta, & venefica cauſſa proficiſci. Dico autem id manifeſtius fore, eo quod plura à me ſint adducenda Galeni loca, quibus ille aperte, & peſtilentes ex prauis ſuccis genitas venenatas eſſe, & venena

intra

intra humana corpora gigni scribit, quàm de peste ex aere facta hactenus adducta fuerint. Vt quamquàm ratio ipsa persuaderet pestem, quæ aeris venenati instrumento, tanquàm immanis bellua integras ciuitates depascitur, magis veneficam esse, quam pestiferas ex internis caussis productas; siue communes quas ex communi etiam vitæ genere oriri, siue sporadicas, quas ex cuiusque proprio vitæ instituto paulatim excitari iam explicauimus. Nihilominus si ad Galeni loca respiciamus, multò plura ea sunt, in quibus ille venenum in humanis corporibus gigni docet, quam illa in quibus de venenata, & occulta aeris qualitate verba facit. Itaque ad hæc plurima loca nunc, & in præterita etiam disputatione respiciens, dixi multò certius esse (si Galeni doctrinam respiciamus) pestiferas ex internis caussis productas venenatas esse quam veram ipsam pestem. id quod tam apertis verbis à me productum est (ad quæ vnumquemque huius veritatis curiosum

confugere cupio) vt Maſſ. nullam hac in re occaſionẽ habuerit contra nos dicendi, multo rationabilius eſſe peſtẽ eſſe venenatam, quàm peſtilentes ex ſuccorum internorum corruptela prodeuntes; hoc enim ego in diſcrimen non pono: ſed tantum aſſero plura eſſe Galeni loca, in quibus de veneno interius genito verba facit, quam ea quæ de aere venefica qualitate affecto, produci poſſunt. Verum hac leui contentione iam prætermiſſa, ad has rationes, & loca quæ veritatem hanc tantopere confirmare valent, me conuerto. Cum autem interioris venenæ effectus facultas, & modus productionis ab ijs, quæ in venefica qualitate per aeris ſubſtantiam diffuſa conſiderantur, minime ſint diuerſa; idcirco iiſdem ferè, aut paulò diuerſis vtar rationibus ad hoc internum venenum in peſtiferis comprobandum, quibus & ſuperius vſus ſum. Dicebam autem tunc & nunc repeto ad comprobandum peſtiferarum venenum, non parum illud argumentum conferre, quo ſcilicet aſſerebamus

mus contra Maſſ. & alios cum eo ſentientes peſtiferas omnes in excellentem humorum putredinem, nequaquàm reduci poſſe; conſequēter verò ſequi tam grauem morbum tam pernicioſa ſymptomata non in aliam cauſam quàm in venenum eſſe referenda. quod autem in putredinem humorum excellentem, hæc quæ ad peſtilentes pertinent, reduci non poſſint, multa mihi perſuadent. Primum quidem eo quia peſtilentes hecticas nemo iure à cæterarum peſtilentium numero demere poteſt. Ac ſi iſtas conceſſerit, & eas a putridis ſeiungere voluerit; profectò ab excellenti humorum putredine eaſdem ſeparare cogitur: nam ſi hanc humorum putredinem conſequantur, non magis hecticæ quàm putridæ vocabūtur; cum tamen Gal. & cæteri qui hecticas peſtilentes conſtituunt, illas reuera, & ab ephemeris, & a putridis, ex conſequenti ab humorum putredine ſeiungant. falſum igitur has excellentem humorum putredinem inſequi. Quòd ſi dicant iſti per ſummam

mam

mam & excellentem in hecticis pestiferis putredinem eam tantum intelligi, quæ ad solidam cordis substantiam pertinet; siue nomine solidæ, roridam, siue carneam, aut seminalem humiditatem concipiamus, vtpotè quas existimandum est in his feb. corrumpi ac putrescere. Hæc quoque responsio non satisfacit. & enim quamquàm hoc quandoque, vel fortè vt plurimum fieri minime negabo, imo vero id ipsum paulò inferius fusius demonstrabo, venenum scilicet pestiferum aliquando solida cordis, & aliarum quoque corporis partium, vt causam maleficam, & perniciosam corrumpere: hoc tamen venenum, quod talem vim corruptiuam continet ex tam excellenti putredine probatum esse; neque ex hoc effectu, vel facultate concludi potest. Cum enim de hac re apud Galen. non possit esse difficultas, vt scilicet venenum calidum, (quale esse venenum pestiferum ratio suadet) possit corrumpere humores, & solida putrefacere; idcirco tanquàm verissimum,

Venenū pestiferū calidū est

& vnicuique conspicuum, quod aduersarii pro fundamento proprio opinionis accipiunt, libentissime concedamus, in hecticis videlicet pestiferis solidam cordis substantiam, imo vero aliarum quoque corporis partium non raro corrumpi: ego tamen ab illis interrogabo, & hoc tantum quod ad rem facit, exquiram, quæ nam sit huiusmodi causæ corrumpentis essentia, atque eiusdem origo: & enim necessario ad duorum alterum confugient; vel vt dicant hanc esse excellentem humorum putredinem, & sic primum sequetur inconueniens, omnes hecticas esse putridas ad humorum putredinem spectantes: quod tamen falsum esse ostendimus: vel veritate compulsi, cogentur dicere hanc esse maleficam qualitatem potius genere quam copia corrumpentem, eiusque ortum non ex humorum putredine sed ex leuissimo principio fieri, & sic nobis venenatam hanc qualitatem concedent. Itaque siue hecticas pestilentes cum solida substantiæ putredine, siue etiam sine hac

ne hac constituamus, profectò principium & causam corrumpentem non manifestam humorum putredinem, sed occultum venenum constituere oportet, alioquin hectica pestilens à putrida seuincta nunquàm inueniri poterit. Vbi autem pestiferum venenum concedatur, omnia statim experientiæ, rationi, & authoritati consentiunt. Venenum enim, quod vt dixi, non copia sed genere lædit, sensim & paulatim in corpore, successiue, & sensim quoque in solida primo propagatur, vt hanc ob causam postea sine valida humorum putredine hectica pestilens excitetur. Hanc igitur huius venenatæ causæ maximam præbere confirmationem vnicuique iam manifestum esse existimo. Sed reliquas audiamus rationes, quæ vt ego censeo, ipsæ quoque minimè sunt spernendæ. Si igitur ob excellentem humorum putredinem pestiferæ omnes fierent, cur ergo omnes ad illarum tantū febrium genus, quas continentes, seu conclusas vocant non spectarent? aut quamobrem

tandem

tandem omnes ſynochi in peſtilentes non degenerarentur? vtrunque tamen falſum eſſe nemo eſt qui non videat; peſtilentes videlicet non ſynochos, ac ſynochos putridas abſque peſtilentia. Itaque non videtur hæc ipſa peſtilentiæ ratio in excellente tantum humorum putredine, eſſe constituta, quando temperamenta calida, & ſicca, frigida, & ſicca, & frigida, & humida peſtiferas febres ex tertianarum, & quotidianarum etiã ſpecie incurrant; temperamenta calida, & humida ſynochis putridis tentata iam abſque vlla peſtilentiæ ſuſpicione conſiſtant, hæc omnia profectò aliam à putredine longe diuerſam cauſam conſtituunt, quæ efficiendæ peſtilentiæ ſit accomodata, maleficam ſanè, occultam, ac venenatam. Sed quæſo ſi non diſtinguatur peſtifera febris à non peſtifera, niſi quod in peſtilenti ſumma ſit humorum putredo; in non peſtifera autem minus excellens contineatur, quomodo igitur Idea & magnitudo febris à more, ſeu malignitate diſtinguetur?

Idea enim febrem vtrũ putrida, vel alia, pituitosa, an biliosa continua, vel intermittens ostendit. Magnitudo autem in putrida excellentiam putredinis, ac vehementiam declarat: vt propterea ad hanc putredinis excellentiã & magnitudinem magnus febrilis calor, maxima quoque symptomata succedant; quod ex Galeno vnusquisque si voluerit. 3. de Crisibus facile colligere poterit. Itaque si putredinis magnitudo, excellentia, vehementia, vtcunque appellare libeat, febris magnitudinem efficit, quid ergo erit mos febris? quid malignitas, ac benignitas? sanè hæc à magnitudine, & idea sunt valde diuersa, neque hanc magnitudinem, aut excellentem illam putredinem necessario consequuntur. Hoc docuit Gal. 3. illo de Crisibus, qui malam hanc febris qualitatem, malum hunc morem ita à magnitudine, & putredinis vehementia separauit, vt plerumque febres maxima vehementissimasque, nullum tamen vitæ periculum inferentes proinde boni moris esse

Cap. 4.

dixe-

dixerit. alias vero paruas ſanè, & (quod idem puto) abſque tam copioſa humorum putredine conſiſtentes praui moris eſſe, & ad interitum producere docuerit. Itaque mos febris non humorum inſigniter putreſcentium copiam, ſed maleficam, & deleteriam qualitatem ſignificat, qualis eſt venenata: quamquàm non inficior malum hunc morem aliquam habere latitudinem, & conſequenter aliquando deleteriam, & pernicioſiſſimã cauſam, quandoque vero minus pernicioſam ſignificare. Sed hæc miſſa faciamus, & ad rationes noſtras redeuntes, hanc tanquàm ex iam dictis comprobatam hoc tempore colligamus, quod ſcilicet cum detur mos febris à magnitudine, & Idea diſtinctus, neceſſum ſit, hunc nobis prauam, maleficam, & venenatam febris qualitatem explicare. Cæterum hæc quamuis non ſpernenda, ſunt tamen minoris momenti reſpectu ſequentium. Et enim tali argumento apud me efficaciſſimo vti licet, in humanis corporibus ex ſuccorũ corruptio-

ne venenum generatur: ergo hoc ipsum venenum febrem pestilentem constituit. quod in humanis corporibus venenum generetur, paulo post probabo, nunc autem in consequentiæ confirmatione versabor. ut vero hanc confirmem primum quidem peto, nunquid hoc venenum interius productum interficiat, vel ne; & si interficit quonammodo interficiat: quod si statim dicant, quod negare non possunt, illud & interficere, & malo quodam modo interficere (hoc enim etiam docuit Gal. in illo. 6. de locis aff. qui varia proponit ad hoc ipsum venenum spectantia, omnia sanè summam corruptionem, imo vero exitium & necem significantia) tunc statim subiungam, si venenum hoc tam grandem efficit putredinem, neque in locis à corde remotis, sed in ipsomet corde propriæ putredinis vim ostendit, profectò nullus iure animo concipere poterit, hanc siue in humoribus, siue solidis cordis factam corruptionem, nullam omnino febrem inferre; at si febrem inferat, quam quæso aliam

Cap. 5.

ipsam

ipsam esse putabimus, quàm non modo malignam, sed pestilentem exquisitam? Dum enim hanc, quæ tam cito, tam facile cuncta corrumpit, hominem malo modo mutat, & momento fere temporis quandoque iugulat, pestilentem non vocemus, quam ergo talem appellabimus? an forte ex intermittentibus vnam? profectò ratio ipsa persuadet hanc omnium maxime pestilentem vocari. Cum autem ex veneno in corpore genito, vt supposuimus, ortum ducat; hinc sequitur, ex succis in corpore putrescentibus, venenatas, & pestiferas febres induci posse. Cæterum argumentum hoc nullum robur adhuc continere mihi persuadeo, quando antecedentis confirmatio minime fuerit proposita. Itaque ad huius probationem me confero. Venena in corpore gigni, & ratione, & authoritate non vsque adeo difficili negotio comprobari potest. ratione quidē eo quia quæcunque eosdem effectus producere valent, eandem quoque immediatam causam continere nemo, quantum ego censeo, negare debe-

127

deberet, sed ex succorum corruptione, illimet effectus succedunt, quos vnumquodque aliud veneni genus efficere obseruamus: ergo vnica, & quidem venefica erit constituenda horum omnium effectuum causa. Huius argumenti vim optime nouit Massaria, & forte quid negare posset diu cogitauit: dumque minorem propositionem perpenderet, ac videret eam esse Galeni, qui.6. de loc.aff. sic scribit. Nam (Cap. 5.)
» *qui maxime videntur super hac ambiguitate disputasse, ii eosdem fieri effectus concedunt, & à lethalis veneni potione, & à corruptione quæ à corpore ortum habet &c. Ipse ad maiorem se conuertit, cuius veritatem non vsque adeo libenter admittere videtur, imo vero hos omnes veneni effectus, non in venenum, sed in vnicam humorum putredinem refert. Profecto hoc quoque vnum ex illis est à Mass. negatis, quod maximam mihi infert admirationem, effectus identitatem caussæ identitatem non arguere, hoc puto ab omni philosophia esse alienissimum.*

Nam

Nam qui hunc syllogizandi modum impugnauerit, ille etiam statim demonstrationem quia, ab Aristotele Auerr. & Themestio (vt cæteros omittam) non mediocriter celebratam prorsus eliminabit. Ego enim ab eo petam si hæc ratio à signo non valeat, quid in arte medica certi amplius haberi possit? An non omnibus iam constat, internarum omnium partium vitia, hac vnica ratione deprehendi? hancque diligenter obseruatam, certò nobis & loca & affectiones, & causas explicare? Quod si ita est, cur quæso etiam signa, venenum aut morsu inflictum, aut epotum, significãtia, venenum quoque ex interna caussa genitum exprimere non poterunt? sanè rationem negationis mihi afferat Mass. ego enim illam libenter audiam, sed cum nullam quæ aliquid certi concludat, proferri posse sciam, cur tamen hanc tam apertam veritatem negauerit, planè ignoro. Illud quidem non me latet, posse eosdem effectus ex multiplici causa, sed mediata, & remota, minime

vero

vero ex immediata, & proxima prodire. sic enim ex corporis calidioris vicinia, motu, putredine, atque aliis causis, mediatis tamen corpus incalescit; ex oleo autem, aqua, vino humefit, denique ex multiplici causa, remota tamen refrigescit, & siccatur, proximam vero, vnicam tantum esse calorem, humiditatem, frigiditatem, siccitatem nemo inficiabitur. Hac enim ratione Gal. quoque primo lib. de optima secta ad Thrass. vrinæ difficultatem, & Arist. 9. probl. vibices ex multiplici causa prodire, & sanari scribunt, ita tamen vt in quoddam vltimo, quod vnicum sit, & immediatè effectum producat, tandem conueniant. Idipsum in hisce venenis constituendum est, nam & si quædam in animalibus, alia in medicamentis, non nulla in aere, reliqua vero in humanis corporibus contineãtur, & producantur, & quæ in hominibus sunt, quandoque humorum putredinem consequantur, aliquando autem sine hac ipsa putredine reperiantur, hæc tamen omnia

Cap. 23. Prob. 6.

in quadam specifica forma inexplicabili sanè & nobis occulta conueniunt; quæ si in animalibus, & medicamentis venenatis, sit excellens putredo, rectè Mass. hanc quoque in humanis corporibus obortam, veneni effectus producentem iure excellentem tantum humorum putredinem appellat. Si vero in feris & medicamentis, non est putredo, sed occulta qualitas, profectò in pestiferis etiam vna & eadem in istis erit communis qualitas, quæ eosdem quoque effectus inferre vale. Itaque concludendũ effectus eosdem ab eadem causa prodire: quòd si Galenus similes dixisset esse, veneni ex humorũ corruptione exorti effectus, illis qui à venenatis aut feris, aut medicamentis excitantur, forte Mass. aliquam habuisset occasionem negandi effectus similes veneno, venenum legitimum inferre posse. Et enim effectus similis causam quidem similem, non tamen eandem arguere potest: nam omne simile est etiam dissimile. Cum vero dicat Gal. eosdem vtriusque veneni esse effectus, nullum certè

I esse

esse fugæ locum, nullam altercationis occasionem censeo. Sed præterea expendamus, quæso symptomatum quæ in his febris cõtingunt, naturam, et vim, ac videamus, nunquid hæc in aliam causam quam in venenum reduci possint. Nemini autem ignotum esse puto, harum febrium effectus proprios istos esse, vt scilicet qualitates & substantiam nostri corporis singulari sed pessimo quodam modo mutent, propterea corpus coloribus violaceis, liuidis, aut nigricantibus, maculisve repleatur, excrementa & anhelitus molestam, & insuetam putredinem oleant, caro, nerui, tendines, venæ, arteriæ, ossaque ipsa, integræ partes organicæ, pedes, crura corrumpantur, æger denique aliquando derepente, quandoque autem breuissimo temporis interuallo moriatur. Scio Massariam statim dicturum hæc omnia putredinem vnicam ostendere, quod ego minime recuso. sed antea iam dicta iterum repeto, quod & infra fusius explicabo: aliud esse, venenum putredinem in quacunq; parte consistat, efficere, aliud

autem

autem hoc ipsum venenum ex putredine oriri: fateor hæc omnia à veneno produci, imo vero hoc tantum volo. fateor etiam hæc, quæ producuntur, putredinem uel unicam vel maxime significare, ex hoc autem sequi causam illam, à qua talis putredo incipit, esse excellentem tantum humorum putredinem, nec ratio, nec experientia docet, neque Gal. vllibi dixit, quem nunc ostendam varijs locis asseruisse, causam hanc tam corruptiuam in humanis corporibus etiam sine tam valida & copiosa humorum putredine produci.

CAPVT NONVM

Quæ sint loca apud Galenum de veneno ex succorum corruptione progenito verba facientia, & eorum examinatio.

MIHI sanè illud in dubium minime vertendum esse existimo, prauam & maleficã, in Pestiferis febribus, quæ ex interna caussa producuntur, qualitatem,

magna ex parte humorum in corpore insigniter putrescentium naturam consequi, quod autem hæc ipsa natura nil aliud quã excellens putredo & qualitas manifesta dicatur, vel (si tandem quis veritate compulsus ipsam veneficam vocauerit) quod hæc summam tantum, & excellentem humorum putredinem consequatur, hoc apud me falsissimum, nunc quoque veritatem non continere, Galeni testimonio confirmabitur. In hoc autem primo versabor, vt ostendam pestiferam hanc qualitatem a Galeno veneficam propterea non manifestam, sed occultam, & à tota substantia agentem fuisse appellatam: postea vero ex eiusdem sententia hanc ipsam occultam & veneficam qualitatem nõ raro ex leuissimo principio absque tam insigni humorum putrescentium copia, qualem existimat Mass. esse necessariam, produci posse ex illius locis demonstrabo.

Est autem primus locus com. 38. 2. in ,, sextum epid. ubi cũ dicat Hipp. De sangui ,, ne Ichoroide quod in pauidis & c. inquit

Gal.

Gal. in com. Nō ſimpliciter tenuem & aqueum ſanguinē ab ipſo Ichoroidea uocari ſuſpicandum eſt, ſed eum qui uenenoſa aliqua & maligna facultate ſit præditus. ,, 131

Quid dicet Maſs. ad hunc locum? Gal. venenoſæ qualitatis nomine, manifeſtam intelligere? At ſi Maſſariæ ita liceret hæc interpretari, quamobrem mihi vitio uertēdum eſſet, ſi nomen putredinis venenoſæ qualitati accommodarem: vbi enim nominum abutendorum Maſs. licētia concedatur, hanc mihi non eſſe denegandam, ratio ni conſonum exiſtimo. Si vero ille hanc veneni uocem corrumpere noluerit, ſed humores vel ichores in corpore uenenatos libenter admiſerit, quid igitur dicere poterit ut propriā tueatur in diſputatione prolatam ſententiā, nullibi ſcilicet Hip. aut Gal. venenatæ huius qualitatis mentionem feciſſe? forte dicet negari quidem non poſſe Galenū hoc loco uenenoſæ qualitatis meminiſſe, ſed eam in febre peſtifera contineri neq; hoc in loco, nec alibi aſſeruiſſe. quæ ſane, fuga Maſſariam minime tueri poteſt, quo

minus

minus veneficam hãc qualitatem in Pest. admittat; primo quidam, eo quia vt iam superius docui veneno in humanis corporibus genito nil deterius contingere potest. Cum hoc & cordi sit inimicum, & in eo, ac cæteris quibuscunque partibus corrumpendo, ac putrefaciendo operetur. itaque causam veneficam in corde constituere putrefactoriam uim continentem absq; febre, esset perfecto a ratione alienissimum: quod si febris concedatur, sanè qui hanc pestilentem vocare noluerit, poterit igitur ephemeram, aut aliam, re quidem pestiferam, nomine autem diuersam talem appellare. Itaq; certissimum est ratione duce tale venenum intro genitum pestiferam febrem constituere. Sed qui rationi non credit, at saltem Gal. fidem derogare nõ poterit, qui eo ipso loco venenosam hanc qualitatem ad pestilentem febrem pertinere statim ostendit: inquit enim, in secundo namque de morbis popularibus ipse scripsit, Et sub cute ichores creabantur, inclusi autem calescebant &c. quorsum putamus Galenum

lenum hanc Hippoc. ex 2. epid. desumptam authoritatem adduxisse? non in alium sanè finem, quam ut hoc ipsum quod dixerat cõfirmaret, nomine ichoroidis sanguinis, uenenosum intelligi: ut autem hoc confirmet, locum producit in quo Hipp. ichoris nomen accipit pro pestilenti, & venenoso. Et enim nemo ignorat 2.epid.constitutione omnium maxime pestilẽtem fuisse: sic enim scribit Hipp. in principio eius libri, carbunculi in Cranone æstiui et c.cum ,, itaque subdit, & sub cute ichores creaban ,, tur, iure Gal. ichores id est venenatos humores interpretatur, propterea subiungit ex iis haud exigua oriri symptomata, de quibus Hipp. loco citato mentionem fecit. Constat quoque ex hoc loco Galenum, & Hippocratem uenenosæ qualitatis in pestiferis febribus existentis, atque in humanis corporibus ex ichoribus internis excitatæ mentionem fecisse. Sed de hoc loco satis, ad alium transeamus. Est autem secundus locus com. 5. 6. in sextum epid. ubi Gal. explicans quid per malignos dolores Hipp.
intel-

intelligat, inquit hos malignos dolores a maleficis caufsis etiam ortum ducere. per maleficas uero cauffas nõ alias quam venenatas intelligi fequentia Gal. verba declarant: cum enim has maleficarum cauffarũ differentias ftatim fubiungat, & quatuor ipfarum differentias proponat, quarũ duas priores, nemo unquam non libentiffime ueneficas vocauit, profecto cur aliæ duæ ultimæ differentiæ, eum ipfum malignum dolorem quẽ etiã duæ priores efficiunt producentes, eo ipfo nomine maleficarum vocatas, veneficæ appellari non poffint ego non video: quod fi hæc quatuor caufsarum genera, uno & eodem modo vt ratio fuadet malefica, feu uenenata dixerimus, ftatim & peftem & peftiferas omnes ex improbo victu genitas venenatas efse fequitur. Etenim prima eorum differentia a Galeno propofita ad medicamenta deleteria, et mortifera pertinet, qualia funt Napellus, & confimilia: fecunda eft ferarum uenenum citro fundentium, ut uiperæ: tertia autem ueneni ex improbo uictu geniti:

quarta

quarta & vltima eiusdem veneni ex aere vitiato in corpore suscepti, sic enim scribit. Exoriuntur enim dolores quidam maligni à maleficis, seu medicamentis, quæ deleteria id est mortifera vocant; seu feris venenum ictu fundentibus, siue succis aliquibus ex improbo victu, aut pestilenti cœlo in corpore genitis. Nullus itaque qui consulto locum hunc oscitanter præterire noluerit, poterit hanc ueritatem negare, inter venena etiam id quod ex prauis succis generatur, & ex pestilenti cœlo suscipitur, non minus quam deleteria medicamenta, & feras, connumerari. Sed etiam lib. de cibis boni, & mali succi tam aperte de hac venenata qualitate ex prauis succis in corpore genita mentionem facit, vt Mass. quantum ego censeo, potius ne Galenum læderet, quam vt meipsum respiceret, hunc peruertere minimè ausus sit. Gal. igitur loco citato cum paulò ante expresse docuisset in constitutione illa pestilenti sui temporis, non minus forinsecus, quàm intrinsecus ex-

K hulce-

ulcerationes, ac varias tumorum facies apparuisse phlegmonosorum, oedematosorum, adhac erisipelas, & scirrhum referentium, nonnullis interiectis verbis aduersus Hipp. doctrinæ detractores, quasi caussam huius rei subiungens, inquit.
" *Cum nullus ad tantum vnquam demen-*
" *tiæ deueniat, vt ignoret, quantum insit in*
" *eo mali, si contenti in corpore humores in*
" *medicamentosas qualitates degenerent.*
" *Hic est sermo de pestilentia ex prauis suc*
" *cis ortum ducente, hos succos, inquit, varias, & internas, & externas exulcerationes ac tumores effecisse, huius rei causam subiungens, inquit, neminem ni fatuus fuerit, ignorare quanta mala contenti in corpore humores in venenum transeuntes inferre possint. Quid igitur clarius? Sed forte putabit Massaria se ijs locis, & aliis abunde satisfecisse, quando dixit (quod antea quoque notaui) Galenum, & Hippocratem veneni nomine in pestiferis nihil aliud quàm summam quandam putredinem expressisse. à Galeno*

leno primo de diff. feb. & primo in sextum epid. ab Hipp. etiam in iisdem epid. libris non semel significatam, omnia enim quæ de pestiferis febribus ab illis conscribuntur, vnicam putredinem redolere asserit. Ego vero luce clarius ostendam falsum esse, Galenum venenatam hanc qualitatem in nostra corpora ex insigni tantum humorum putredine oriundam voluisse. deinde vero qua nam ratione obiectionibus Massariæ satisfaciendum sit, statim subiungam: quo labore simul & semel etiam Alexandrino huius occultæ, & venenatæ qualitatis oppugnatori, me abunde satisfecisse, sequentia demonstrabunt.

Cap. 5. 13. 29.

CAPVT DECIMVM
Quòd venenum in corporibus etiam ſine maxima humorum putredine generari poſsit.

VENENA in humanis corporibus abſque inſigni humorum putredine generari, & augeri non tantum variis rationibus quantum etiam Galeni authoritate tam manifeſte confirmari poſſe exiſtimo, vt planè ignorem quid aduerſarii contra hanc determinationem proferre audeant. Primum quidem compertum eſſe puto, minime diuerſam eſſe veneni in humanis corporibus generationem ab ea quæ deleteriorum medicamentorum maleficam uim, & ferarum virum etiam efficit: etenim venenum nullius certi morbi, aut cauſæ, aut ſymptomatis nomen eſt, ſed cum inter malefica à totà ſubſtantia agentia reponatur, dum modo illas habeat conditiones, quas & ferarum & medicamentorum venena obtinere diximus,

ſtatim

statim etiam veneni nomine siue in aere, siue intra corpora generetur, donari debet. qui enim ex propositis affectibus, & signis venenum non deprehenderit, ille nulla alia via in illius cognitionem deueniet, quando ut dixi nulla sit certa ipsius essentia, quæ definitione aliqua circumscribi possit, sed illud tantum venenũ vnusquisque vocare consueuerit, quod malo quodam modo momento temporis vniuersum corpus immutat, corrumpit, liuidũ, nigricans, varium, diffluensq́; reddit, & citissimè interficit, id siue fiat ab animalium morsu, siue ab assumptis medicamentis, aut aere venenato, vel etiam à causa interna, venenũ statim vocabitur. Cum itaque certissimum sit venena animaliũ, & medicamentorum, imò verò ea quoque quæ in aere plerumque disseminantur, sine valida putredine excitari, fortè etiam absque putredine. profectò nulla est ratio, cur in humanis etiam corporibus hæc ipsa venenata qualitas absque tam valida putredine generari non possit.

Medi-

Medicamentorum verò & animalium venena, ex putredine non generari, vnicuique confessum esse existimo, posteaquã si ex putredine generarentur, tota illius animalis, aut medicamenti essentia in putredine consisteret, præterquam quod venena omnia, quæ potius genere quam copia interficiunt, calidissima, & siccissima sunt, consequenter ab omni putredinis suspitione seiuncta. Itaque vt superius ostendi, si in medicamentis brutisq; animantibus, & vniuerso aere venenum quandoque sine vlla, aut ea quidem minima vel saltem non ingenti putredine continetur, id ipsum quoque in humanis corporibus posse contingere, omnis ratio persuadet. Accedit quod si quæ in corporibus nostris generantur, semper insignem humorũ putredinem consequerentur, profectò hectica nulla pestilens daretur, sequeretur quinetiam in corporibus tantum calidis, & humidis generari, posteaquam Gal. auctore omnis putredo præcipuè verò maxima in calido, & humido est posita, quæ tamen

omnia

omnia esse falsa experientia ipsa docet, cum non raro corpora calida, & sicca, frigida, & humida, frigida, & sicca, venenum incurrant: sequeretur denique uenenum non à tota substantia, sed magis per manifestas qualitates, insignem scilicet caliditatem, & humiditatem, humana corpora interimere, cũ tamen Gal. deleteria venena, quæ sunt calida, & sicca, non qualitate sed genere nos interficere docuerit: frigida enim tantum venena qualitate, & copia, calida autem à tota substantia necare possunt, vt abundè docuit Gal. 3. simpl. longa satis oratione. Cap. 18. 19. 20. 21.

His itaque ductus rationibus mihi persuadeo, venenum in humana corpora etiam sine magna humorum putredine produci posse. Libentius autem in hanc deuenio sententiam, cum videam Gal. tot locis, hanc veritatem declarantem. Ille enim quinto de loc. aff. manifeste scribit citra lethalis veneni potionem, humores similiter vt epoto veneno corrumpi, & ne quis existimaret hanc corruptionem insignem Cap. 6.

gnem putredinem significare, ille sexto de loc. aff. pluribus verbis demonstrat, & exemplis confirmat, ab exiguo initio magnam veneni vim excitari, & progressu

Cap. 5.

» temporis manifestari, sic enim scribit: Ut
» igitur ab exiguo initio sputi videlicet qua-
» litate aucta quadam in corpore disposi-
» tio, quando ad magnitudinem notatu di-
» gnam peruenit discerni potest, idq́; post
» sex menses, cum nonnunquã ante id tem-
» pus nulla nota deprehendatur, sic eodem
» modo vitioso humore in animalis corpore
» genito, paulatim tractu temporis princi-
» palium partium aliqua consentit, à qua
deinde vniuersum corpus celeriter alteratur. Hunc locum vellem diligenter à quibuscunque considerari, ne quispiam per vitiosum humorem, insignem putredinem subaudire velit. Neque enim potest Gal. hoc nomine tam magnam putredinem significare, alioquin comparatio non valeret, ille vult ostendere vt caussam explicet, hystericæ affectionis ab exiguo initio, dummodo venenata qualitate

polleat

polleat, maxima induci ſymptomata, accipit pro exemplo rabidi canis virulentiam quam certum eſt non copia ſed genere noxiam eſſe, neque in valida putredine, ſed in minima, & occulta conſiſtere, vt propterea ab initio præ exiguitate, & à partibus principalibus diſtantia, ſenſum omnino effugiat. Hæc tamen quanquàm ita exilis, quanquàm ita remotam paulatim augetur, & in principem locum decumbit, vt hydrophobiam inducat. Nullo modo diſſimilem vult Gal. eſſe veneni in corpore geniti conditionem, huius quoque initium exiguum eſſe ſcribit, & quouſque in partibus minimè principalibus quieuerit nullam omnino noxam inferre, ſi augeatur, & in principes decumbat, tunc primum grauia ſymptomata inducere: ut propterea ex vitiato ſemine hyſtericas affectiones, ex minima quadam aura, venefica tamē in exigua etiam, & remotiſſima corporis parte genita, epileptica ſymptomata Gal. ipſe in illo ſexto, & tertio de loc. aff. momento temporis generari docuerit. Cap. 5. Cap. 7.

L *quæ*

quæ ſane nec Gal. nec vllus alius unquàm poterit aut debebit in magnam humorum putredinem referre: Neque enim inſignis humorum putredo horarum ſpatio in corpore noſtre latere poteſt, cum & febres vehementiſſimas, & grauia inferat ſymptomata: hoc autem non ſolum diebus, ſed & mẽſibus in noſtris corporibus occultari do-
17. cuit Gal. qui 2. in primum prorhet. ſic ſcri
» bit. Nàm cauſſæ aliquæ eorum quæ in cor-
» pore procreantur, potẽtia virtuteque, tum
» virus rabidorum canum, tum lethalia ea
» medicamẽta repræſentant, quæ etſi in af-
» fecto loco nullum protinus quod notabile
» ſit pariant ſymptoma, poſt quatuor tamen
» vel ſex menſes, vel longinquiorem tempo-
» ris uſuram, hominem perimunt. Libenter audirem, quid ſolidi ad hunc locũ reſpondere poſſet Maſſaria, cum tam manifeſtis uerbis cuncta explicentur, quæ probanda aſſumpſeramus, cauſſas inquam in corpore generari, potentia, & virtute, virus canum rabidorum, & lethalia medicamenta repræſentantes, has in affecto loco, ſine vllo

vllo notabili symptomate latere, post quatuor sex aut plures menses hominem interimere. Dixi me solidam exspectare responsionem; quia si ille nihil aliud ad omnia loca iam a me proposita ad hunc vero præcipuè responderit, quàm quod in alia disputatione protulit, verissimum esse scilicet in humano corpore has generari caussas, quæ eosdem omnino effectus pariant. eandem ipsam potentiam & virtutem, quam cœtera venena obtineant, hæc tamen minimè esse venena, sed nihil aliud sapere, quàm insignem humorum putredinem: hanc certè responsionem nolo pluribus argumentis refutare, quando non ex declaratis modo, sed & sponte sua concidat. Aequum est igitur Massariam hanc veritatem, quam cum Gal. minimè negare potest, Venenum scilicet absq; magna humorum putredine generari, libenter confiteri, posteaquam non modo vterina symptomata & epileptica, sed & ægrotantium in peste subitus interitus satis declarant, non semper ex magna humorum pu-

tredine, sed ex occulta caussa & humili loco venena & in febribus & extra febres generari, quæ momento temporis vel breui saltem spatio interficiant, vt ex illo tertio in tertium epidem. ægroto quarto ab Hipp. descripto non obscure constat, quem sanè Gal. ipse tot, & tam apertis verbis voluit significare non ab humorum copia sed à qualitate veneni fuisse interemptũ: vt ego ignorem quomodo Massaria huius textus sensum immutare aut peruertere ausus fuerit. scribit enim Gal. Itaq; vt veneno epoto lethali, quidam postridie vel tertio die moriuntur, qualitate eius non copia mortem afferente, eò item hic quoque æger statim tertio die censendus est obijsse, à qualitate succorum virulentorum, non à phrenitide, peremptus. quid his clarius dici possit, ego apud me non inuenio, neque enim Gal. hac in re vllam omnino obscuritatis umbram suffudisse video, sed conspicuis verbis declarasse, præcipuam huius ægrotantis necem non phrenitidem, non humorum copiam fuisse, sed qualitatem

tem succorum virulentorum, quos similiter venenatos & in corpore genitos paulo antè declarauerat, dicens. Est vero eorum morborum admiranda generatio, quo nam pacto in commodè valentes subito inuadat. Neque enim sicuti ipsorum generatio subita est, ita & generationis caussa, vt si medicamentum, homo lethale sumpsisset, vel bestia eum virulentissima momordisset, sed pedetentim in corpore caussæ, quæ sunt excitandis huiuscemodi malis idoneæ crescunt, quod morsis usu venit à rabidis canibus. quo in loco reddit Gal. rationem, cur fieri possit, ut homini qui integram omnino valetudinem possidere videtur, absque vllo assumpto, uel inflicto veneno tam cito mors succedere possit, quam assignans inquit, quod etiamsi hæc venena in corpore genita citò interficiant, non tamen eo ipso tempore generantur, quo interimũt, sed paulatim ex leuissimo principio (quod etiam superioribus locis citatis docuerat) succrescunt, & ubi à partibus ignobilibus ad præcipuas decubuerint

buerint

buerint tunc primum vires suas ostendūt.

Quæ omnia vnica adhuc historia à Gal. relata confirmo, postea vero huic parti finem impono. Gal. itaque in illo com. 17.2.in pri.prorethi.tam aperte tam luculenter, & egregie hæc duo quæ demonstranda assumpsimus, explicat uenenū scilicet absque insigni humorum putredine fieri, illudque propria ratione cum febre hominem interficere. vt qui huic loco non credit; quæque etiam sensibus conspicua sit negaturus: itaque contra talem nostra disputatio non dirigetur, sed contra illos tantum qui Gal. dicta rationi consentientia libenter accipiunt, & æquo animo interpretantur.

Quod igitur Gal. eo loci venenum in humanis corporibus absque succorum putredine in solida corporis statim propagari docuerit. eius verba declarant quæ sic „ habent. Non est igitur absurdum, ut talis „ in corpore paulatim progenitus sit humor, „ qualis est & rabientium canum & medi- „ camentorum tractu temporis longiore cor-

rumpen-

rumpentium &c. Nemo miretur me hunc locum paulo ante adductū hic denuo repetere, etenim huius historiæ, quæ subsequitur, occasione hæc omnia veniunt iterum declaranda. Gal. itaque in his verbis venenum in humanis corporibus, rabientium canum, & medicamentorum veneno in substantia, modo propagationis, & effectu non dissimile generari affirmat, cognitaque illorum essentia. modo propagationis, & effectibus, etiam huius interioris veneni conditiones & proprietates nouerimus. Quod igitur ad essentiam veneni in canum uirulentia & in medicamentis consideratam pertinet, nemo sanè (quātum ego censeo) ignorat. tam rabiei caninæ, quam medicamenti deleterii paulatim interficientis naturam, quæ à nobis exprimi possit. (nunc enim occultam prætereo) illam in putredine haudquaquam esse positam. Et enim quod ad caninā virulentiam spectat & canum natura, & tempus anni quo rabie tentantur, & intemperies quam talis rabies inducit; omnia unicam

cam

cam ſiccitatem oſtendunt caliditati connexam. Eſt enim canis animal ſicciſſimum ac biliosum, vt propterea æſtate, & ſub canicula, vt ſcribit Alex. 1. problem. rabiem frequentiſſime incurrat: imo vero ob eandem cauſſam in regionibus calidioribus ac ſiccioribus multo facilius quã alibi in hanc ipſam incidat. Sic enim Cæl. Aurel.

problem. 74.

3. de acutis. ca. 5.

Cariam inquit, & Cretam inſulas ob ſummam aeris caliditatem ac ſiccitatem omni animalium venenatorũ genere carere, rabidos autem canes ibi non raro fieri. Venenum igitur hoc in canina virulentia contentum, nullam profecto humiditatẽ. nullam conſequenter putredinem redolet, idcirco Galeno teſte in ſolidis etiam corporis partibus, ſimilem inducit intemperiem, calidam nempe, & ſiccam, in qua tamen vnica intemperie, neque huius uirulentiæ neque medicamenti deleterii eſſentia tota eſt poſita, cum præter harum manifeſtarum qualitatum exceſſum occulta etiam qualitas requiratur, de qua

Galenus

Galenus locis iam citatis tam cõspicuam mentionem fecit. Sed ad institutam demonstrationem redeuntes, quod de canina rabie dictum est, idipsum de medicamentis deleterijs à Galeno loco citato propositis intelligi volo: hæc nempe simul cum occulta hac qualitate, & venefica non putredinosam calidam scilicet, & humidã qualitatẽ tanquam ipsorũ essentiam quadantenus cõstituentem, sed calidissimam, & siccissimam consequi. Hoc enim etiam superius ex Galen. in illo 3. simpl. significaui, venena omnia quæ temporis progressu in corpore latentia deteriora fiunt, hæc inquam omnia calida & sicca constitui debere, frigida enim temporis successu concoqui, & superari possunt, calida verò quo diutius in corpore permaneãt, eo perniciosiora euadunt. Itaque primum quod explicandum accepimus, iam satis constat, rabiem caninam, & deleteria medicamenta, quibus Gal. venenum in humanis corporibus genitum cõparat, esse quidam occulta, sed tamen in calidis, & sic-

cis corporibus residere. Transeo modo ad secundum, id est ad modum propagationis explicandum, & enim nisi hic quoque declaretur, possent forte aduersarii dicere hanc causam deleteriam quamquã calidam & siccam, attamen in humores agere, & illis huiusmodi putredinem inducere: At hoc non dicit Galen. qui apertissime docet, veneficam hanc facultatem non humoribus, sed solidis esse infensam, sic enim scribit. De quo, medicis omnibus summa in solidis animalis partibus siccitas fieri videbatur, & paulo post: Atque ob id immedicabilior existit, quod partium solidarum substantia in aliam transeat conditionem: Et vt vno verbo dicam, tot verbis & exemplis hanc rem exprimit, vt longiore non egeat oratione. Ex quo patet uenena à Galeno explicata præter occultam naturã in calidissimo tamen & siccissimo corpore, ex quo producuntur, absque putredine cõsistere in alienũ vero corpus propagari, nõ humoribus, sed potius solidis partibus noxam inferendo.

do.

do. Ex quibus tertiũ statim colligitur, tale venenum ut calidum & siccum solida etiam calefacere, & siccare, sed vi deleteria & venefica posse quinetiam eandem solidam substantiam corrumpere, quod superius me demonstrasse scio.

His ita cum Gal. ad caninam rabiem & medicamenta deleteria attinentibus, explicatis, iam quid de ueneno interius genito sentiendũ sit, unicuiq; patet: si enim ut verba Galeni à nobis superius producta sonant, minime absurdum est tale uenenum intrinsecus produci, qualia iam à nobis explicata docuit ipse Gal. profecto si hæc ab occulta qualitate agere, in calido & sicco corpusculo absque illius putredine consistere; sensim tamen in solidas animalis partes propagari, in eisdemque intemperiem, & corruptionem inducere ostendimus, idipsum huic veneno ex interna caussa genito continget, eandem naturam, progressum & facultates, & effectus obtinebit: Id quod Galeni historia eo loco proposita, in cuius gratiã hæc omnia

diximus, luculentissime declarat: Proponit Gal. cuiusdam historiam, qui cum ob lassitudinem moderatissime febriret, & in quarta ita bene haberet vt etiam lauaret, attamen die septima cum iterum febrire cœpisset, tabefactus interiit. Quæso, singula in hac historia à Galeno proposita expendamus, & enim veneni iam explicati naturam, & vires optime deprahendere poterimus. Febrem inquit à principio fuisse moderatissimam, quarta desiisse, septima rediisse: ex quo coiicimus hic excellentem hanc humorum putredinem reperiri non potuisse: & enim in tanta humorum corruptione oportet sanè & magnam febrem & continuam & maxima quoque accidentia concomitari: febrem tamen paruam fuisse, intermisisse, nullaque omnino symptomata abfuisse Gal. testimonium declarat: & tamen hic septima interiit. Cuius obitum nemo in phrenitidē, aut aliā inflāmationem, nemo in febris magnitudinem, aut symptomatum vehementiā, sed in vnicum venenum referre poterit.

Id quod modus moriendi satis confirmat; inquit enim Gal. hunc tabefactum interiisse. Hæc perfecto mirabilis est historia veneni vires absque humorũ putredine significans, hominem enim febre moderata per quatuor tantum dies tentatum, ab ea trium dierum spatio prorsus immunẽ redditum, absque ulla manifesta caussa, vnica die in tabem incidisse, & obiisse: hic sanè non excellentis ullius humorum putredinis, sed vnius veneni effectus esse potuit: quod iam (vt iam antea explicauimus) solidas partes sensim obsideat, nec in partibus alioquin ignobilibus subsistens maximã uel notatu dignam noxam inducat: vbi tamen iam ad cor peruenerit, tam grauia mala inferre potest, vt vnica die hominem iam tabe confectum interimat. Itaque huic saltem loco acquiescat Mass. libenterque confiteatur uenenum in humanis corporibus, quod excellentẽ humorum putredinem non consequitur, produci, hoc solidis esse infensum, & ex consequenti febres omnium lethalissimas, ac verè pestiferas

feras

feras inducere; Posteaquam & ratione & authoritate & historiis tam lucide hæc omnia sunt explicata.

Quod si forte hanc quoque historiam peruertere posse putaret, & ex hac ipsa, humorum excellentem putredinem se colligere posse arbitraretur, eo quod Gal. hunc patientem nigras urinas secreuisse scribat: iam poterit ab hac contentione desistere, si eundem Galenum primo de crisibus adeat scribentem nigras vrinas, aut ex impensa caliditate, aut ex insigni refrigeratione, & mortificatione exoriri, at si hunc ægrum febre moderatissima tentatum scribit Gal. sanè hunc colorem, in impensam caliditatem referre non possumus: igitur in calidi innati a uenefica facultate extinctionem reducemus, quæ ex solida substantia, non ex putrescentibus humoribus oritur. Sed cum de hac re iam plura forte, quam opus erat, dicta sint, huic parti finem imponamus.

Cap. 12.

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM
Epilogus dictorum de subiecto febrium propositarum, & de ordine dicendorum.

HVCVSQVE labor noster eo peruenit, vt ostenderimus pestiferas febres de quibus nos sermonem instituimus, ex epidemicarum endemiarum, & sporadicarũ numero esse: idcirco tam contagiosas, quam non cõtagiosas, nec minus illas, quæ ex aere, quã eas, quæ ex prauis succis in corpore genitis excitantur, à nobis complecti. His accessit easdem febres non tantum ad putridas, quantum ad hecticas, & ephemeras pertinere: putridas vero non modo sinochos, seu continentes, sed & per circuitus repetentes cuiuscunque conditionis fuerint extare, omnia grauiora symptomata connexa habere, & ex occulta ac venenata tandem caussa prodire. Nunc modo succedit vt quibusdam breuissime circa harum febrium subiectum

ctum expeditis, ad indicationes me conuertam, reiectis primum omnibus Massariæ, contra nos argumentis. Itaque subiectum pestiferarum à nobis iam explicatarum, me etiam tacente, vnicuique patere puto. Primum enim in omnibus pestiferis cor affici iam nemini ignotũ est, quoniam febris Galeno & cunctis annuentibus est calor accensus in corde. Vtrum vero hic calor primario in eo accendatur, an secundario, si primario vtrum in humoribus an in spiritibus, an in solidis: si autem secũdario, quis nam sit hic locus à quo possit prouenire, & febrilis calor cordi communicari, ex alijs quæ iam diximus huius rei resolutio petenda est. Etenim pro febrium uarietate uaria etiam loca affecta constituere oportet. Si igitur febrem pestiferam ex aere ortum ducere uoluerimus, raro admodum contingere potest, vt illa ex alia parte quam ex corde primario affecto proficiscatur. Cor enim tanquam cæteris membris calidius, & ad aerem in seipsum immediate copiosum recipiendum

piendum aptius, multo etiam citius & facilius luem hanc venenatam in aere diffusam contrahere & retinere ualet. quam quam non inficior cerebrum quoque hanc ipsam ob caussam, & totum corpus non tamen ita facile ac prompte, illud quidem per os & nares, hoc autem assidua transpiratione eandem luem suscipere posse. Dum vero in corde primario recipitur, non minus humores quam solida, & spiritus primario afficere solet; vt propterea & ephemeram constituat quæ. 24. horarum spatio plerunque interficiat; ad quam curandam nec vesicatoria, neque vlla alia remedia dirigenda esse censemus. Putridamq́ præterea atque hecticam consimili ratione primario efficere possit. In quibus sanè nostra hæc remedia atque alia plurima conuenire putamus. quòd si quispiam harum distinguendarum rationem petierit, ad respirationem pulsus, calorem excrementaq́ varia respiciat quæ cæteris putridis sunt communia, hæc enim pestilentium putridarum

vbi vel omnia, vel saltem plurima fuerint, speciem demonstrare poterunt. Contra uero vbi pestiferũ venenũ solida obsideat, excrementis sanorum formam retinentibus, calore externo minime mutato, pulsu nec celeri nec frequenti admodum reddito, inæqualitatis omnis fere experte, languido tamen ac paruo, anhelituq; vt plurimum fœtente, nullo id existimante ægrum ad necem tendere videbimus. Sed signis iam prætermissis, venenum hoc ex alio loco vt puta cerebro, aut alia corporis parte potius quam à corde quandoque incipere, minime in dubium est vertendum: hac enim ratione cerebro laborante, in phrenitim vel aliũ grauem morbum pestilentem vocatum patiens incidet, in pleuritim vero, aut peripneumoniam, pleura & pulmonibus affectis; denique ventriculi, iecoris, vteri, vesicæ, aut alterius partis consimilis inflammatione nõ iniuria pestilentem vocatam incurret, si luem pestiferam hæc ipsa loca obsidere contingat. Imò vero si

tran-

transpiratione suscipiatur, neq; in internas nobiles partes secedat, vnicam, vel plures externarum partium, nulla tamen subsequente febre, corrumpere poterit; id quod in pestilentia 3. in 3. epid. ab Hip. relata contigisse alias ostendimus, neque Galenum per pestem in pedes grassantem aliud quam consimilem à nobis nuper desumptam voluisse credimus. Porro quod de locis ex aere pestilenti affectis docuimus, idipsum de febribus ex succis in humano corpore putrescentibus intelligi volumus; illos scilicet quandoque primario in corde putrescere, maiori tamen ex parte communicari; quandoque quidem ex venis communibus ac magnis, nōnunquā vero ex determinatis. Locis, maxime vero præcipuis cerebro, meningibus, pleura, pulmonibus, septo, ventriculo, iecore, liene intestinis, vescica, renibus, vtero. quāquam illud etiam pro certo habeamus, ad venenatam qualitatē generandam quamcumque corporis partem etsi à corde remotam, etsi ignobilem, accōmodatissimam esse;

Quinto de vsu part.

se; imò vero idipsum rationem persuadere videamus, ea omnia venena, quæ diu in humanis corporibus latent, ex ignobilissimo principio oriri. cum enim in hoc putredinis modo rabidorum canum venenis morsu inflictis sint aprime similia, profectò sicuti illa ideo diu latent, quod partem externam tantum contingant, neque læsionē priusque non ad præcipuas partes deuenerint, inferre possunt, ita & hæc quæ intrinsecus generantur; & vt docuit Gal. quandoque mensibus occultantur, sanè non modo ex leuissimo verum etiam ex ignobilissimo principio suscitari probabile, imò fortè necessarium est. Sed cum de pestiferarum essentia satis quantum ad propositum nostrum facit, disputatum sit, iam ad indicationes me conuerterem, nisi cogerer ante harum explicationem varia Mass. argumenta examinare, quæ ille in propria disputatione contra nos edita adduxit, in qua iisdem ferè argumentis & locis vsi fuimus.

CAPVT

147

CAPVT DVODECIMVM.

Prima reſponſio Maſſariæ ad argumenta à nobis propoſita.

QVI aliã peſtilẽtiæ cauſam, quàm inſignem, fœdam, ac ſordidam quãdam putredinem non agnoſcunt, illi omnes, inter quos vnus eſt Maſſaria, variis modis coguntur argumentis à nobis iam productis ſatisfacere; & Hipp. & Gal. teſtimonio hanc ſuam opinionem comprobare. Itaque cum argumento ab illis deſumpto, qui in peſte, aut ſine febre intereunt, aut febre ephemera, vel hectica peſtilenti tentantur, venenatam hanc qualitatem confirmaremus, ad hæc omnia reſpondent, in illis qui ſine febre intereunt, putredinem quidem contineri, ſed extra venas produci; hecticas verò & ephemeras ſine putredine haudquaq̃ cõſiſtere poſſe. Addunt auras illas veneficas ob fœdam putredinem, non ob venenum interficere, & citam mortem ex hac tam valida

da

da putredine succedere posse: id quod Critonis exemplo Massaria se confirmare posse existimat, cuius tempestiuam mortem inquit ab Hipp. & Gal. in solam putredinem fuisse relatam; qui illud etiã subiungit, Medicamenta omnia à nobis proposita, tanquam à totius substantiæ proprietate iuuantia, nullam in se occultam aduersus pestilentiam qualitatem continuisse; sed sola siccatione profuisse, neque apud Galenum vrinam ullo pestilentiæ tempore salutarem extitisse, inueniri posse: tandẽ cõcludit falsò nos asseruisse Thucididem aut Galenum pro expugnanda hac occulta veneni qualitate ad diuinam opem confugiendum esse, vllo loco scripsisse; sed tantum in istis scriptoribus & Hippocrate vnius putredinis mentionem factam esse. Sic enim tertio in tertium epid. primo & 23. & 57. & 60. & 69. atque alijs etiã pluribus in locis vnicam omnium horum malorum caussam putredinem ipsam cognouisse, & Gal. 1. de diff. feb. pro curandis pestiferis nõ antidotos sed siccationem

purga-

purgationem excrementorum, modumq; tollendi obstructiones proposuisse; atque ideo primo in sextum epid. pestiferas febres à cæteris putridis non aliter quàm excellentiori putredine separasse. Satisfaciam primo his rationibus & locis, deindè verò ad reliqua me conferam.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Soluuntur responsiones iam adductæ, & Gal. atque Hipp. loca interpretantur.

QVAE à Massaria & sequacibus hactenus pro soluendis nostris argumentis & venefica qualitate expugnanda producta sunt, partim quidem facillimè reiiciuntur, partim verò in bonum etiam sensum rediguntur. Quod primo dicunt, in illis, qui sine febre intereunt, putredinem extra vasa gigni posse, verissimũ quidem est, sed nostram rationem non soluit: etenim si putredo in vasis magnis & communibus, immo verò in ipsomet corde consistens

ſiſtens nõ ſemper interficit, quæ erit ratio, quamobrem putredo ita à corde diſtans ut nullam omnino febrem excitare poſſit, hominem tamen perimere valeat? Quòd ſi dicant, illam ideo interimere, quòd tandem ad cor perueniat, cur ergo putredinẽ in corde non efficiet? Aut ſi efficiat, cur non erit febris? Si verò non efficiat, quæ erit quæſo huius putredinis uis ad necandum hominẽ momento ferè temporis aptiſſima in ſui ſubſtantia putrida, ſine putredine tamen interficiens? Profectò hæc ita apud me impoſſibilia ſunt, ut iure meritò tanquam falſa reiici debeant. Hecticas autem peſtilentes cum putredine connexas eſſe ego quoque concedo; qua autem ratione hoc intelligi debeat paulò inferius explicabo: Nunc enim illud quoque tanquã omnino falſum reiici debere cenſeo, ex unica putredine à ueneno ſeiuncta, ſanum & robuſtum hominem tam breui temporis interuallo diem ſuum obire; neque Critonis exemplum pro Maſſaria quicquã facit; immo uerò ſi Gal. uerba diligenter expendantur,

dantur, prorsus contra illum est. Eius ,, verba hæc sunt. Nunc ex illis quæ scri- ,, psit, copia humorum permulta fuisse vide- ,, tur, quos natura est à principibus partibus ,, ad crus molita deponere: cum autem id ,, membrum omnem capere non posset superfluitatem, residuum recurrens ad caput ascendit. Hucusque nullius malignitatis fit mentio: Cœtera prosequamur. Inquit. ,, Quod qua erat malignitate, furiosum de- ,, lirium excitauit. Scio Massariam statim dicturum, malignitatis nomine excellentem hanc putredinem intelligi: Gal. autem multò aliter se ipsum interpretatur, qui inquit. Malignitatis excrementi sta- ,, tim erat indicium, quòd pustulæ nigræ ge- ,, nerarentur ad Talum. Si igitur Critoni ,, nigræ pustulæ apparuerunt, & Gal. ipse sexto de locis affect. nigrum colorem partibus corporis subitò superuenientem veneni signum apertissimum esse cõfitetur, statim etiam sequitur, has Critonis nigras pustulas veneficæ qualitatis putredini quidem annexæ, certissima fuisse argumenta. Sed

quaſo, illud etiam obiter audiamus, quod hac in parte nobis ulterius obiicit Maſſaria. Inquit. Galenum in Com. non mirari cur Hipp. Theriacam huic non exhibuerit, aut veſicantia appoſuerit, ſed cur venam non ſecuerit; quaſi nos velimus in putridis peſtilentibus ſola veſicantia & Theriacam eſſe adminiſtranda, præterea verò nihil; quod certè nos non ſentimus, immo verò præter hæc duo remedia & ſanguinis miſſionem, & purgationem, & diuretica concedimus: Quod ſi illud ſaltem contra nos eſſe exiſtimet, quòd nulla Theriacæ & veſicantis facta ſit mentio; mihi quoque hac ratione inferre liceret, in peſtiferis, nec purgationem, nec diuretica, nec ſudorifica, nec ſcarificationes aut Cucurbitulas, nec denique hirudines conuenire, eo quòd Hipp. horum mentionem non fecerit, ſed tantum ſectionis venæ: quanquā, vt ingenuè dicam, quod ſentio, ego magis hac in re Gal. ipſum mirari cogor, quàm ipſe Hipp. miretur. Quomodo enim poterat Hipp. huic a principio venam ſecare,

cum biduo tantum uixerit? Larissæ Caluo, qui quarta die obiit, Gal. ideo uenam minimè sectam fuisse asserit, eo quòd tam cito obierit, & tamen in Critone, qui postridiè obiit, Hipp. miratur, qui venam à principio non secuerit? Sed iam hæc missa faciamus. Ad loca me conuerto, ex quibus vnica excellens putredo omnium pestiferarum causa proponi videtur. Insuperabilis profectò videtur apud multos hæc difficultas; & venenatæ facultatis destructores hæc loca minimè à nobis solui posse existimant; cum tamen leuissimo negotio & duobus tantum propositis fundamentis in optimum sensum redigantur. Quorum primum est, in pestiferis putridis magnā sanè, insignem, excellentem, fœdam, sordidamq́; putredinem contineri: non tamen ualet consequentia, insignis adest putredo, ergo præter putredinem nulla occulta qualitas adnexa reperiri potest; immo verò si plura legantur Gal. loca, in illa constitutione tertii in tertium Epid. explicata liquidò constabit, illum cum Hipp.

præter insignem putredinem veneni quoq; mentionem fecisse: De Carbunculis enim verba faciens, eos quocunque tempore malignos quidem esse dicit, sed in ea constitutione pestilenti, præter propriam malignitatem, illam quoque adnexam habuisse asserit, quam status pestilens afferebat: Malignitatem status pestilentis ego uenenosam qualitatem intelligo, qui in tertio sequenti ac ultimo hoc nostro libro malignum, pestilens, & uenenatum in Gal. doctrina confundi posse comprobabo. Hoc igitur est primum fundamentum: secundum verò quod omnem tollit ambiguitatem, huic distinctioni innititur; pestiferas scilicet, putredinem excellentem semper habere connexam, dupliciter intelligi posse: Aut scilicet quòd illam habeant tanquàm caussam effectiuam, uel potius quòd habeant tanquàm effectum: si quis dicat, omnem febrem pestiferam, putredinem continere tanquàm ipsius febris causam, id falsissimum esse existimo: si uerò dicant putredinem semper continere, vel

Commẽto 12.

tanquàm

tanquàm caussam, vel etiam aliquando tanquàm alterius caussæ quæ putrida non sit, effectum; hoc tanquàm verissimum accipio. In putridis pestilentibus putredo ipsius febris & veneni caussa constitui potest: in Hecticis autem minimè id est necessarium, cùm venenum ipsum aut sine putredine, aut saltem sine magna & excellenti putredine generari possit; quod tametsi magnam in solida substantia putredinem inferre potest, non tamen ea putredo febris caussa nuncupatur, sed tàm febris, quàm putredo, vnius veneni effectus, & soboles esse dicuntur: sed quia rem video satis difficilem, neque ab aduersarijs fortè ita libenter acceptam, iccirco liceat sequenti capite in ea diutius versari.

CAPVT DECIMVMQVARTVM

Venena non putrida posse insignem putredinem efficere, & in Hecticis pestilentibus putredinem nõ esse febris causam, sed potius veneni effectum.

IN Hecticis pestilentibus solidam cordis substantiã, putredinem aliquam contrahere, à nemine, quantum ego censeo, in dubium verti potest: neque enim alia ratione, Gal. sententia in primo de diff. feb. proposita, in bonum sensum redigi posset, quàm hoc ipsum constituendo, in Hecticis etiam aliquam putredinem reperiri. Cum enim Athenei & antiquum dogma, quod omnem febrem ex putredine fieri asseuerabat, se omni ex partę accipere profiteatur, Ephemeris tantum exceptis, statim conuincitur, Hecticas quoque ad putridas referri posse. Cum igitur de hac re nulla sit difficultas, quod tantum in dubium verti potest illud est, vtrum scilicet hac putredo in Hecticis sit semper substantia

ſtãtiæ carneæ & ſolidæ corruptio, vt Montanus Veronenſis exiſtimaſſe viſus eſt, an potius aliquãdo ſit tantum ſubſtantia rorida: præterea vero nunquid hæc ipſa ſubſtantiæ ſolidæ corruptio ſit vera & legitima peſtilentis febris cauſa, an potius ſit veneni effectus, uenenum uerò proxima peſtilentis Hecticæ cauſa. Quod igitur ad primum pertinet, paucis me expedio; & dico, in Hecticis peſtiferis iam ex toto deploratis, putredinem quidem eò perueniſſe, vt carneam quoque ſubſtantiam corrumpere valeat, cui ſtatim mors ſuccedit; vt hanc ob cauſſam ſcripſerit Gal. tertio illo de præſag. ex pulſ. Medicinam ad putredinem, quæ cor obſideat, excogitari non poſſe. Cum autem quaſdam Hecticas peſtilentes ego ad ſanitatẽ perduci poſſe exiſtimem; nequè enim omnes, qui calorem, pulſus, atque vrinas ſanis ſimiles obtinẽt, moriuntur, iccirco neceſſarium etiam eſt confiteri, humiditatem tantum roridam in ſolidam cordis ſubſtantiam contentam in iſtis à venefica qualitate corrũpi, quæ

debitis

debitis remediis & ſiccari, & ſecundum totam ſubſtantiam mutari poteſt. Ad ſecundam igitur difficultatem me conuertens, duo præcipua cum Galeno me docturum profiteor: primum quidem: Venenũ non neceſſario ex putredine gigni: Deindè verò, Hoc ipſum venenum ſi calidum fuerit, neceſſariò putredinem efficere. Itaque, quòd ad primum pertinet, neminem quidem arbitrari velim, me vniuerſaliter negare, venenum ex putredine gigni poſſe: hoc enim ego non dico, qui ſuperius etiam id libenter conceſſi, ex ſordida admodum putredine hanc veneficam qualitatem produci poſſe; ſed hoc tantum aſſero, non omne venenum aut ex putredine fieri, aut in putredine conſiſtere, immo verò contrariam putredini ſubſtantiam pro ſubiecto obtinere, nobis tàm aperte medicamentorum & ferarum venena declarant, vt longiore non egeat confirmatione: Etenim Arſenicum, Sublimatum, Auripigmentum, atque alia id genus, Caninumque uirus, viperæ denique dipſadis,

atque

atque aliarum ferarum calida venena, nemo iure in putredinem referre potest, cũ & substantiã calidam & siccam in quarto gradu contineant, & præterea corpora, quibus insident, non solum non corrumpant, immo verò tanquàm propriam illorum naturam conseruent: At si putrida hæc essent, profectò proprium subiectũ breui interiecto temporis spatio corrumperẽt. Sed ne quispiam dicat, hæc venena feris ac medicamentis absque putredine reside re, in humanis autem corporibus minimè gigni posse, iccirco Galenum audiamus, qui hanc veneficam qualitatem in nostris etiam corporibus absque putredine produ ci, conspicuis verbis declarat. Loca ex quinto & sexto, de loc.aff.ex prorethicis, ex tertio Epid. atque aliis iam citatis desumpta, consultò prætermittam, & in cap. 7.tertii de loc.aff.tãtum versabor, in quo Gal.apertissimis verbis ostendit, in humanis corporibus essentiam aliquam venenatam virulentiæ scorpionis, phalangii, vel marinæ turturis minimè dissimilem generari

,, rari posse: sic enim scribit. Itaquè pelops
,, non impossibile est, inquit, in corpore simi-
,, lem aliquam essentiam generari, non acce
dente causa extranea. Quam quidem es-
sentiam, putredinem nullam in se contine
re, superiora Gal. verba hanc ipsam essen
tiam declarantia satis superquè manife-
stant: sic enim habet. Vnde ex duobus al
,, terũ Pelopi praeceptori placuit; aut quòd
,, qualitas quaedam alteratis, per continua-
,, tionem, partibus, aut spiritalis quaedam
,, substantia transmitteretur: At verò siue
huius veneni essentiam, in qualitate alte-
rante, siue in spiritali substantia constitua
mus, neminem puto dicturum, hãc ipsam
ex putredine fieri, cum, vt paulo antè di-
xi, Phalangii, scorpionis, aut Marinae
Turturis natura, quae cum tali veneno
conseruatur, minimè, si putredinem con-
tineret, persistere posset: Accedit etiam,
quòd materia ex qua talis substantia ele-
uatur, & locus, in quo non rarò produci-
tur, à putredine longè distare videntur:
talem enim veneficam qualitatem ex se-
mine

mine virili seu muliebri retento produci 154
[illegible] Gal. in illo sexto de loc. aff. cap. 5.
Cuius verba, hæc sunt. Nihil mirum si vi ,,
tiosum semen, aut menstruum huiusmodi, ,,
cum retinentur aut putrescunt, corpori- ,,
bus, vt afficiantur idoneis grauia inferũt ,,
symptomata: ex qua particula alternati-
ua (aut) satis constat, non semper ex putre-
dine, sed aliquando ex retento tantum se-
mine venenum generari. Nemo autem
iure affirmabit semen illud putridum esse
redditum, cum Galenus loco iam citato
mulierem hystericam copioso semine effuso
quàm primum à strãgulatione liberatam
fuisse asserat: & quod ad locum pertinet,
certum est in extremis & externis parti-
bus tale venenum generari, vt propterea
ex digito pedis hæc venenata aura quan-
doque in principes partes decũbat: Hanc
verò in tam exili parte, ex propria natu-
ra, frigida et sicca, ossibus, tendinibus, ac
ligamentis referta, ex tam insigni putredi
ne, qualem Mass. in omnibus pestilẽtibus
constituit, excitari à ratione alienum est.

P 2 *Sed*

Sed qui plura pro hac re confirmanda voluerit, superius à nobis demonstrata perlegere poterit. Nunc autem ad aliud propositum demonstrandum me conuerto, hoc scilicet venenum, quamquam calidum & siccum, & ab omni putredine alienũ, posse tamen insignem putrefactionem inducere. Hanc veritatem multis verbis Gal. in illo tertio simplic. ostendit, vbi venena omnia, quæ toto genere corpori sunt inimica, putrefactionem inducere affirmat; & ideò duos potissimum huius veneni effectus sexto de loc. aff. etiam propositos refert, fœtorem scilicet, & carnis laxitatem seu diffluentiam: sic enim Auripigmentum, Sandaraca, Chrysocolla, Aconitum, ac cætera id genus in quarto gradu calida & sicca, græcis σηπτικὰ idest putrefacientia vocantur, nõ quòd ipsa re uera (vt Gal. tertio, & quinto simpl. se ipsum explicat) putredinem aliquam in propria substantia contineant, sed ex eo tantum quòd in corporibus, quæ contingunt, putredinem, & insignem corruptionem efficere

valeant:

valeant: Non dissimili ratione pestilentiæ venenum, quanquàm aliquando ex putre dine genitum non fuerit, à tota tamen substantia cordi & cæteris partibus inimicũ, easdem ita putrefacere & corrumpere poterit, vt sicuti Thucidides, & Hipp. referunt, aliquando carnẽ ab ossibus, & partes organicas à seipsis seiungere faciat. Itaque in hecticis etiam pestilentibus solidarum partium, in putridis vero & humorum, & solidarum quoque insignem excellentemque putredinem reperiri, & ex hac vna pestilentes à non pestilentibus distingui facile concedo: Hanc vero solam putredinem pestilentiæ esse caussam minime accipio, qui iam me demonstrasse puto venena absque putredine quidem fieri, & conseruari, vbi vero in humani corporis humores aut solida egerint omnia putrefacere & corrumpere. Sed de hac re iam satis: ad reliquas Maff. responsiones accedamus.

CAPVT

CAPVT DECIMVMQVINTVM
Vtrum aer in propria ſubſtantia putreſcat.

MASSARIA, qui, vt puto, noſtrarum rationum uim optimè cognouit, ex quibus, aerem ſine putredinis ſuſpicione, ſed propter uenenatam tantum qualitatem in eo diffuſam, peſtilentiam inferre poſſe colligebatur, præter cætera, quibus ad hanc noſtram veritatem oppugnandã, vſus eſt, in eo etiam multum verſatur, vt oſtendat id quod nos, & Ariſtotelis teſtimonio, & varijs rationibus comprobauimus, aerem ſcilicet in propria ſubſtantia minime putreſcere poſſe, falſis authoritatibus, & argumentis inniti. Quod quidem non ideo ab illo factum eſſe quempiam arbitrari uelim, quia aliam hac in re ipſe à nobis tueatur ſententiã, id enim ex illiuſmet ſcriptis falſiſſimum eſſe nunc declarabo; Sed quia fortè ignorabat qua ratione tot & tam varii ac pernicioſi effectus momento

mento

mento fere temporis non solum homini sed & brutis animantibus contingentes dum in venenum (quod ipse reprobat) non reducuntur, in aliam caussam quam in substantiæ aereæ putredinem referri possent. Vt propterea in proprio libro de Peste, vbi ingenuam ueritatem profitetur, putredinem ab aerea substantia excludat, in disputatione autem contra nos inita, rationes nostras, & loca pro hac ipsa veritate comprobanda adducta ideo (quãtum ego censeo) refellat, vt dum in propria aeris substãtia putredinem uidetur admittere, vnusquisque in hac illius suppositione accipiẽda acquiescat, quæ vult omnia ad pestem attinentia ad vnicam putredinem referri. Cæterum quod Mass. in suo libro de peste aerem in propria substantia putrescere nequaquàm arbitratus fuerit, eius verba, quæ subiungam, manifestò declarant: Quantum verò illius argumenta ad destruendam non minus nostram, quàm propriam sui ipsius sententiam producta, roboris & efficaciæ cõtineant, statim examinabo.

nabo. Audiamus igitur in primis Maſſ. de aer.putr. ſententiam primo ſuo libro de peſte his verbis explicatam. Conſultò hic prætereo vulgatum illud problema, an corrumpi aer, & putreſcere queat, cum illud ſenſu, atque ipſa rerum experientia diſſolui facile poſſit: etenim huiuſmodi putredini aerem quatenus corpus quoddam mixtum minime tanquam ſimplex elemẽtum obnoxium eſſe nulli non conſtare arbitror, qui memoria repetat putredinẽ, vti loquũtur Philoſophi, eſſe mixti paſſionem, adeoque nulli ſimplici elemento putredinẽ proprie tribuendam eſſe. Hæc ſunt illius verba, aeris propriam ſubſtantiam putreſcere prorſus negantia, quibus tamen nihil obſtantibus ille noſtram ſententiã huic communi conſentientem impugnare conatur, in qua re ni fallor, & vnicuiq; patet, ille in hoc tantum laborat, vt oſtendat, id eſſe falſum, cuius ueritatem ipſe unicuique in confeſſo eſſe affirmauit: ſed forſitan ſe ipſum excuſare poterit & dicere ſe hoc tantum impugnaſſe, me male pro hac re confirmanda

firmanda Arist. testimonium attulisse, cum certum sit in Meteoris Arist. aerem aquam, & terram, vno igne excepto, denique omnia putrescere voluisse; sed fortè excusandus esset, nisi in margine loca à nobis ex Arist. desumpta satis aperte fuissent adnotata, in quibus non ignem tantum sed aerẽ quoque a putredine excipit.

4. met. in pri.

25. sectione probl. 20.

Neq; vero accusatione vlla dignus esset, si ut ingenii acritatem demonstraret, rationes saltem pro hac falsitate ostendenda probabiles, & acutas adduxisset; cum autem argumenta à philosophiæ principiis, vt ego censeo aliena inuenerit, nullam equidẽ habet excusationem, cur tale contra nos paradoxum instituere voluerit. Nam cum dicit aerem, quia calidus & humidus est, ideo posse putrescere, hoc nihil aliud est, quam dicere, aerem posse se ipso calidiorem, & humidiorem reddi: dum enim aer proprias obtinet qualitates propriam etiam formam in se retinet. At si dicamus aerem fieri se ipso calidiorem, & humidiorem, hoc nihil aliud est, quam

dicere dari corpus aere calidius, & humidius: sed hoc est falsum, nã aer ex omnium philos. sententia est primum humidũ caliditati adnexum: praeterea si calidior, & humidior fieret, ab ambiente talis euaderet; sed nihil ambit aerem nisi ignis, ergo ab igne fieret humidior, cum tamen veritas sit ignem aerem quidem corrumpere, & in propriam substantiam mutare; quemadmodum etiã aer corrumpit ignẽ, & in sui substantiã mutat. (elemẽta enim ad se inuicem generantur, & corrumpuntur) non tamen propterea putrescunt, alia enim est putredo, alia vero corruptio. De qua re qui plura voluerit, Arist. & eius interpretes in illo 4. Meteor. circa princip. adeat. Itaque vt simplex elementum est, calidum inquam, & humidum, à nullo quidem putrefit nisi propter vaporum admistionem, ab aqua tamen, & igne secundum partem corrumpi potest, quia ipse quoque uicina corrumpit. Sed haec ratio vt libere dicam, nescio quid probabilitatis habere videtur, sequentes autem cer-

tè

tè tanto uiro (pace illius dictum sit) minime mihi digna videntur. expendamus quaſò diligenter ſecundam illius rationẽ quæ primo aſpectu philoſophicam videtur ſubtilitatem ſapere, quantum vero valeat, nunc exquiremus. Itaque cũ nos hoc argumento probaremus aerem nõ poſſe putreſcere, quia uno elemento iam putrido exiſtente omnia corruerent; neq; enim amplius mixta perfecta vnde generarentur haberent. Inquit ille hanc conſequentiam non valere; nam qui contendunt elementa non manere in mixto, reſpondebunt ex putredine elementorum mixta generari. Primum quidem non poſſum non ſummopere virum excellentiſſimum mirari, qui talem à me propoſitam rationem non viderit meã non eſſe, ſed ab Hip. & Gal. deſumptã: etenim in com. primo lib. de nat. Hum. Hip. ſic ſcribit. Imo ſi vel vnum quodpiam deſit, cœtera etiam omnia aboleantur, quia omnia eadem neceſſitate conſtituta ſunt, mutuoque ab ſe aluntur: quodſi rationem hanc ab Hipp.

tex. 38.

 acce-

acceptam fuisse vidit, mirũ est, quare hic vir istorum patrũ obseruãtiss. illis saltem non pepercerit, quamquam mei ipsius nullam omnino curam gereret. At fortè dicet se omnino ingenuum esse, & quando congruas habet, & efficaces ad oppugnandum rationes se contra omnes agere velle. Itaq; rationem perpendamus. Qui contẽdunt (inquit ipse) elementa non manere in mixto, respondebunt ex putredine elementorum mixta generari: hoc certe est nouum mixtionis inuentum ab vno Massaria excogitatũ. Scio tres uagari de mixt. elementorum modo præcipuas opiniones, quidam existimant quatuor elementa in mixtione suas formas, & vires omnino integras seruare. Alii putant elementorũ formas ex toto aboleri, & corrumpi. Alii vt Auer. has formas in mixtione medio quodam modo se habere; neq; omnino corrumpi, neque integras seruari, sed quodammodo refrangi: nullum tamẽ ex istis inuenias, qui aut dicat, aut mente cõcipere possit, hæc elementa ante mixtum esse

putrida

putrida, & vt putrida mixtum ipsum ingredi. nam ego petam, quale sit hoc elementum quod mixtum ingreditur. si illud sit putridum, profecto aer putridus non est amplius aer, & vt vno verbo dicam, nihil putridum eam retinet formam quam antea possidebat; si ergo aer putridus non amplius aer est, quale igitur erit elemẽtum, quod in locum aeris ad mixtũ cõcurrat? nullum sanè produci potest, ut nec aer ipse. Itaque hoc argumentum est merũ Massariæ inuentum, quod vtrum inhæreat alicui sectæ vel rationi, cæteris iudicandum relinquo. Sed hoc non contentus aliã superaddit rationem, qua nititur probare ex putridis posse gigni non putridum; quoniam ex fimo vermes, ex limo ranæ generantur; quasi ille ignoret particulam ex, quandoque materiam subsistentem significare, aliquando verò idem quod post. Itaque ex materia actu putrescente, & secundum totam sui substantiam mixtum ingrediente aliquid generari posse absurdum, & à philosophia

alie-

alienissimum est. Sed post putridum ex eo calore, & humido, quod ex corpore putre scente educitur, concurrente quin etiam cœlesti calore, plurima posse animalia gigni, & experientiæ, & rationi consenta neum est. Debebat itaque Massaria veri tatem a se aliàs propositam, & à nobis ac ceptam libenter confirmare, non autem huiusmodi argumentis oppugnare. vel si tanta obiiciendi cupiditate flagrabat, pro fectò hac in parte solidiora non deficiebãt contra me summorũ scriptorum loca, quæ satis apertè hãc aeris in propria substãtia putredinem adducere videntur. Inter quòs precipui sunt Zoar 3. Theisir tracta tu 3. cap. 1. & Auer. 4. collect. c. 14. ac fortè alii, quorum tamen sententias quan do opus esset, in bonum sensum interpre tari conarer. Hoc autem tempore talem mihi laborem subeundum minime opportunum existimo, tum quia nemo hac contra nos adduxit, tum vero quòd has ipsas authoritates Cardanum rectè, & quantum satis erat, interpretatum fuisse sciam.

2.confr. tract. 1. contrad. 1.2.

ſciam. His itaque iam dimiſſis ad alia me confero.

CAPVT DECIMVMSEXTVM

Quid reſpondeat Maſſ. ad illam rationem,quod Peſtis habeat cauſam occultam, quia occulta eſt curatio.

RES profectò contra Maſſ. ſatis in anguſto eſſe incipit: iam enim loca Hipp. & Gal. de occulta, & venenata aeris qualitate in peſtiferis manifeſta ſunt; aerē in propria ſubſtātia nō putreſcere, ipſemet confitetur; eundem ſine putredine peſtem excitare ſicciſſimæ cōſtitutiones declarāt. & halitus praui ex terra quandoq;, non nunquam ex aliis cauſis abſq; inſigni hac putredine naſcentes confirmāt. calidæ, & humidæ conſtitutiones plurimæ abſque peſte illius rationes debilitant, contra verò conſpicui effectus veneni in peſte apparētes noſtram opinionē muniunt. quid igitur docet Maſſaria? profectò hæc grauiora diſſimulauit.

cebamus enim propter hanc unam venefi-cam qualitatem homines ad antidotos & tandem ad Deum confugere. Negat Maß. hanc nostram confirmationem, qui asserit primum quidem nullum reperiri à scriptoribus propositum in peste remedium quod a tota substantia conferat; imo uero omnia ab unica manifesta prodesse scribit, ficcatione scilicet: Ita enim inquit bolum armenam, & Theriacam, & reliqua iuuare: quo uero ad urinã, in Galeno nunquam colligi posse ait pestes vrina sanatas fuisse. Neque ulla ratione concedit ad Deos, aut Thucididẽ aut Galenũ confugiendum esse censuisse eo quod occulta, sed ex eo tantum quod periculosa & difficilis sit pestiferarum curandarũ ratio. Hãc igitur vltimã fugam paulo post considerabo, nunc autem priorem euertere volo. Bolum inquit armenam & theriacam occulta qualitate nõ prodesse sed manifesta. sed si bolus armena siccatione tantum iuuat, cur quaso alia quoque in eodem gradu sicca non iuuabunt? imo cur non proderunt sicciora?

ficciora? est ne forte sola bolus armena quæ uim exiccatoriam obtineat? non puto; at si multa alia reperiuntur uiribus non infirmiora, ut terra samia, eretria, selinusia, margaritæ, ossa & cornua varia. aut magis exiccantia ut lapis hæmatites, bezaarticus, crystallus, atque aliæ gemmæ, cur sola bolus armena profuit, cætera remedia nequaquam? An forte dicet Mass. hæc nõ fuisse tentata: sed hoc non potest dici, cum Gal. aperte scribat quibus bolus nõ profuit omnes interiisse, ergo alia quoque experiebantur sed sine fructu. quod dico de bolo dico etiam de Theriaca, illam scilicet nõ debuisse manifesta tantum qualitate prodesse, quando certum sit plurima alia siccantia vsurpari absque minore noxa potuisse. Etenim in febre conuenit magis remedium refrigerans quam calefaciẽs, sed Theriaca calefacit, propterea nisi ab occulta qualitate iuuisset, multo melius fuisset siccantia frigida, quæ sanè multa sunt quam hæc calida eligere, potissimum vero bolum armenam tantopere ab eodem Ga-

Sed qui plura pro hac re confirmanda voluerit, superius à nobis demonstrata perlegere poterit. Nunc autem ad aliud propositum demonstrandum me conuerto, hoc scilicet venenum, quamquam calidum & siccum, & ab omni putredine alienũ, posse tamen insignem putrefactionem inducere. Hanc veritatem multis verbis Gal. in illo tertio simplic. ostendit, vbi venena omnia, quæ toto genere corpori sunt inimica, putrefactionem inducere affirmat; & ideò duos potissimum huius veneni effectus sexto de loc. aff. etiam propositos refert, fœtorem scilicet, & carnis laxitatem seu diffluentiam: sic enim Auripigmentum, Sandaraca, Chrysocolla, Aconitum, ac cætera id genus in quarto gradu calida & sicca, græcis σηπτικὰ idest putrefacientia vocantur, nõ quòd ipsa re uera (vt Gal. tertio, & quinto simpl. se ipsum explicat) putredinem aliquam in propria substantia contineant, sed ex eo tantum quòd in corporibus, quæ contingunt, putredinem, & insignem corruptionem efficere valeant:

valeant: Non dissimili ratione pestilentiæ venenum, quanquàm aliquando ex putre- dine genitum non fuerit, à tota tamen sub- stantia cordi & cæteris partibus inimicũ, easdem ita putrefacere & corrumpere po- terit, vt sicuti Thucidides, & Hipp. refe- runt, aliquando carnẽ ab ossibus, & par- tes organicas à seipsis seiungere faciat. Ita que in hecticis etiam pestilentibus solida- rum partium, in putridis vero & humo- rum, & solidarum quoque insignem excel lentemque putredinem reperiri, & ex hac vna pestilentes à non pestilentibus distin- gui facile concedo: Hanc vero solam pu- tredinem pestilentiæ esse caussam minime accipio, qui iam me demonstrasse puto ve- nena absque putredine quidem fieri, & conseruari, vbi vero in humani corporis humores aut solida egerint omnia putrefa cere & corrumpere. Sed de hac re iam sa tis: ad reliquas Mass. responsiones acce- damus.

CAPVT

CAPVT DECIMVMQVINTVM
Vtrum aer in propria ſubſtantia putreſcat.

M*ASSARIA, qui, vt puto, noſtrarum rationum uim optimè cognouit, ex quibus, aërem ſine putredinis ſuſpicione, ſed propter uenenatam tantum qualitatem in eo diffuſam, peſtilentiam inferre poſſe colligebatur, præter cætera, quibus ad hanc noſtram veritatem oppugnandã, vſus eſt, in eo etiam multum verſatur, vt oſtendat id quod nos, & Ariſtotelis teſtimonio, & varijs rationibus comprobauimus, aerem ſcilicet in propria ſubſtantia minime putreſcere poſſe, falſis authoritatibus, & argumentis inniti. Quod quidem non ideo ab illo factum eſſe quempiam arbitrari uelim, quia aliam hac in re ipſe à nobis tueatur ſententiã, id enim ex illiuſmet ſcriptis falſiſſimum eſſe nunc declarabo; Sed quia fortè ignorabat qua ratione tot & tam varii ac pernicioſi effectus momento*

mento

mento fere temporis non solum homini sed & brutis animantibus contingentes dum in venenum (quod ipse reprobat) non reducuntur, in aliam caussam quam in substantiæ aereæ putredinem referri possent. Vt propterea in proprio libro de Peste, vbi ingenuam ueritatem profitetur, putredinem ab aerea substantia excludat, in disputatione autem contra nos inita, rationes nostras, & loca pro hac ipsa veritate comprobanda adducta ideo (quãtum ego censeo) refellat, vt dum in propria aeris substãtia putredinem uidetur admittere, vnusquisque in hac illius suppositione accipiẽda acquiescat, quæ vult omnia ad pestem attinentia ad vnicam putredinem referri. Cæterum quod Mass. in suo libro de peste aerem in propria substantia putrescere nequaquàm arbitratus fuerit, eius verba, quæ subiungam, manifestò declarant: Quantum verò illius argumenta ad destruendam non minus nostram, quàm propriam sui ipsius sententiam producta, roboris & efficaciæ cõtineant, statim examinabo.

nabo. Audiamus igitur in primis Maſſ. de aer. putr. ſententiam primo ſuo libro de peſte his verbis explicatam. Conſultò hic prætereo vulgatum illud problema, an corrumpi aer, & putreſcere queat, cum illud ſenſu, atque ipſa rerum experientia diſſolui facile poſſit: etenim huiuſmodi putredini aerem quatenus corpus quoddam mixtum minime tanquam ſimplex elemẽtum obnoxium eſſe nulli non conſtare arbitror, qui memoria repetat putredinẽ, vti loquũtur Philoſophi, eſſe mixti paſſionem, adeoque nulli ſimplici elemento putredinẽ proprie tribuendam eſſe. Hæc ſunt illius verba, aeris propriam ſubſtantiam putreſcere prorſus negantia, quibus tamen nihil obſtantibus ille noſtram ſententiã huic communi conſentientem impugnare conatur, in qua re ni fallor, & vnicuiq; patet, ille in hoc tantum laborat, vt oſtendat, id eſſe falſum, cuius ueritatem ipſe unicuique in confeſſo eſſe affirmauit: ſed forſitan ſe ipſum excuſare poterit & dicere ſe hoc tantum impugnaſſe, me male pro hac re confirmanda

firmanda

firmanda Arist. testimonium attulisse, cum certum sit in Meteoris Arist. aerem aquam, & terram, vno igne excepto, denique omnia putrescere voluisse; sed fortè excusandus esset, nisi in margine loca à nobis ex Arist. desumpta satis aperte fuissent adnotata, in quibus non ignem tantum sed aerẽ quoque a putredine excipit.

4. met. in pri.

25. sectione probl. 20.

Neq; vero accusatione vlla dignus esset, si ut ingenii acritatem demonstraret, rationes saltem pro hac falsitate ostendenda probabiles, & acutas adduxisset; cum autem argumenta à philosophiæ principiis, vt ego censeo aliena inuenerit, nullam equidẽ habet excusationem, cur tale contra nos paradoxum instituere voluerit. Nam cum dicit aerem, quia calidus & humidus est, ideo posse putrescere, hoc nihil aliud est, quam dicere, aerem posse se ipso calidiorem, & humidiorem reddi: dum enim aer proprias obtinet qualitates propriam etiam formam in se retinet. At si dicamus aerem fieri se ipso calidiorem, & humidiorem, hoc nihil aliud est, quam

dicere dari corpus aere calidius, & humidius: sed hoc est falsum, nā aer ex omnium philos. sententia est primum humidū caliditati adnexum: praeterea si calidior, & humidior fieret, ab ambiente talis euaderet; sed nihil ambit aerem nisi ignis, ergo ab igne fieret humidior, cum tamen veritas sit ignem aerem quidem corrumpere, & in propriam substantiam mutare; quemadmodum etiā aer corrumpit ignē, & in sui substantiā mutat. (elemēta enim ad se inuicem generantur, & corrumpuntur) non tamen propterea putrescunt, alia enim est putredo, alia vero corruptio. De qua re qui plura voluerit, Arist. & eius interpretes in illo 4. Meteor. circa princip. adeat. Itaque vt simplex elementum est, calidum inquam, & humidum, à nullo quidem putrefit nisi propter vaporum admistionem, ab aqua tamen, & igne secundum partem corrumpi potest, quia ipse quoque uicina corrumpit. Sed haec ratio vt libere dicam, nescio quid probabilitatis habere videtur, sequentes autem cer-

tè

tè tanto uiro (pace illius dictum sit) minime mihi digna videntur. expendamus quaeso diligenter secundam illius rationẽ quae primo aspectu philosophicam videtur subtilitatem sapere, quantum vero valeat, nunc exquiremus. Itaque cũ nos hoc argumento probaremus aerem nõ posse putrescere, quia uno elemento iam putrido existente omnia corruerent; neq; enim amplius mixta perfecta vnde generarentur haberent. Inquit ille hanc consequentiam non valere; nam qui contendunt elementa non manere in mixto, respondebunt ex putredine elementorum mixta generari. Primum quidem non possum non summopere virum excellentissimum mirari; qui talem à me propositam rationem non viderit meã non esse, sed ab Hip. & Gal. desumptã: etenim in com. primo lib. de nat. Hum. Hip. sic scribit. Imo si vel vnum quodpiam desit, cætera etiam omnia aboleantur, quia omnia eadem necessitate constituta sunt, mutuoque ab se aluntur: quod si rationem hanc ab Hipp.

tex. 38.

acceptam fuisse vidit, mirũ est, quare hic vir istorum patrũ obseruãtiss. illis saltem non pepercerit, quamquam mei ipsius nullam omnino curam gereret. At fortè dicet se omnino ingenuum esse, & quando congruas habet, & efficaces ad oppugnandum rationes se contra omnes agere velle. Itaq; rationem perpendamus. Qui contẽdunt (inquit ipse) elementa non manere in mixto, respondebunt ex putredine elementorum mixta generari: hoc certe est nouum mixtionis inuentum ab vno Massaria excogitatũ. Scio tres uagari de mixt. elementorum modo præcipuas opiniones, quidam existimant quatuor elementa in mixtione suas formas, & vires omnino integras seruare: Alii putant elementorũ formas ex toto aboleri, & corrumpi. Alii vt Auer. has formas in mixtione medio quodam modo se habere; neq; omnino corrumpi, neque integras seruari, sed quodammodo refrangi: nullum tamẽ ex istis inuenias, qui aut dicat, aut mente cõcipere possit, hæc elementa ante mixtum esse

putrida

putrida, & vt putrida mixtum ipsum ingredi. nam ego petam, quale sit hoc elementum quod mixtum ingreditur. si illud sit putridum, profectò aer putridus non est amplius aer, & vt vno verbo dicam, nihil putridum eam retinet formam quam antea possidebat; si ergo aer putridus non amplius aer est, quale igitur erit elemẽtum, quod in locum aeris ad mixtũ cõcurrat? nullum sanè produci potest, ut nec aer ipse. Itaque hoc argumentum est merũ Massariæ inuentum, quod vtrum inhæreat alicui sectæ vel rationi, cæteris iudicandum relinquo. Sed hoc non contentus aliã superaddit rationem, qua nititur probare ex putridis posse gigni non putridum; quoniam ex fimo vermes, ex limo ranæ generantur; quasi ille ignoret particulam ex, quandoque materiam subsistentem significare, aliquando verò idem quod post. Itaque ex materia actu putrescente, & secundum totam sui substantiam mixtum ingrediente aliquid generari posse absurdum, & à philosophia

alie-

alienissimum est. Sed post putridum ex eo calore, & humido, quod ex corpore putrescente educitur, concurrente quin etiam cœlesti calore, plurima posse animalia gigni, & experientiæ, & rationi consentaneum est. Debebat itaque Massaria veritatem a se aliàs propositam, & à nobis acceptam libenter confirmare, non autem huiusmodi argumentis oppugnare. vel si tanta obiiciendi cupiditate flagrabat, profectò hac in parte solidiora non deficiebāt contra me summorū scriptorum loca, quæ satis apertè hāc aeris in propria substātia putredinem adducere videntur. Inter quos precipui sunt Zoar 3. Theisir tracta tu 3. cap. 1. & Auer. 4. collect. c. 14. ac fortè alii, quorum tamen sententias quando opus esset, in bonum sensum interpretari conarer. Hoc autem tempore talem mihi laborem subeundum minime opportunum existimo, tum quia nemo hæc contra nos adduxit, tum vero quòd has ipsas authoritates Cardanum rectè, & quantum satis erat, interpretatum fuisse sciam.

2. confr. tract. 1. contrad. 4.2.

ſciam. His itaque iam dimiſſis ad alia me confero.

CAPVT DECIMVMSEXTVM

Quid reſpondeat Maſſ. ad illam rationem, quod Peſtis habeat cauſam occultam, quia occulta eſt curatio.

RES profectò contra Maſſ. ſatis in anguſto eſſe incipit: iam enim loca Hipp. & Gal. de occulta, & venenata aeris qualitate in peſtiferis manifeſta ſunt; aerẽ in propria ſubſtãtia nõ putreſcere, ipſemet confitetur; eundem ſine putredine peſtem excitare ſicciſſimæ cõſtitutiones declarãt, & halitus praui ex terra quandoq;, non nunquam ex aliis cauſis abſq; inſigni hac putredine naſcentes confirmãt. calidæ, & humidæ conſtitutiones plurimæ abſque peſte illius rationes debilitant, contra verò conſpicui effectus veneni in peſte apparẽtes noſtram opinionẽ muniunt. quid igitur docet Maſſaria? profectò hæc grauiora diſſimulauit.

mulauit, & ad leuiora seipsum cõuertit, vt ostẽderet se aliquid habere quod respõderet. Etenim ex iis quæ nuperrime à nobis relata sũt, ille nihil ferè tetigit, imo vero ac si à me ꝓposita nõ fuissent silentio præteriit: ex quo satis patet Massariam ex rationibus, & fundamentis à nobis popositis aliqua negasse, alia vero peruertisse, in aliis relicto præcipuo argumenti fundamẽto ad leuiora diuertisse. Neq; enim ille ostendit quomodo ex constitutione sicca, ex minima aura, à cauernis, antris, aut sepulchris eleuata sine vllo putredinis vestigio, pestis excitetur; minus explicat cur in magna aeris humiditate, & caliditate nulla pestis sequatur. Neque vero qua ratione hecticæ pestilentes ex hac sua excellenti putredine efficiãtur, vlla ex parte docet. Illud quoque inexplicatum reliquit, quomodo homines integra valetudine fruentes ex hac aeris qualitate momento temporis intereant, & plerunq; omnia ad vnguem signa, quæ à feris morsos, aut lethale medicamentum assumentes

consequi

consequi solent, ipsi quoque obtineant.

Sed quod magis refert, ille loca à nobis adducta minime euertit; præcipue vero illum de natura humana, in quo tam aperte & cumulate de hac occulta qualitate verba fiunt, vt ille fortè quid obiicere aut refutare posset ignorauerit. Hæc igitur cũ non modo non euerterit, sed neque euertere tentauerit, profecto statim conuincitur, pestem ex aere, venenata & occulta qualitate affecto, originem ducere. & eò potissimum quod cæteras quoque eius refutationes (quæ tamen circa argumenta minoris momenti versantur) inualidas prorsus esse ostendimus & ostendemus. Accipiamus ergo primum hoc fundamentum. Pestem ex occulta et venenata qualitate proficisci. Ne vero quidpiam relinquatur quod alicuius mentẽ perturbare possit, liceat Mass. obiectiones, quæ contra leuiora nostra argumenta productæ sunt, recensere & reprobare. erat autem ratio à nobis pro posita ex medendi ratione in peste magis vsitata & tuta ab omnibus desumpta: di-

cebamus enim propter hanc unam venefi-cam qualitatem homines ad antidotos & tandem ad Deum confugere. Negat Mass. hanc nostram confirmationem, qui asserit primum quidem nullum reperiri à scriptoribus propositum in peste remedium quod a tota substantia conferat; imo uero omnia ab vnica manifesta prodesse scribit, siccatione scilicet. Ita enim inquit bolum armenam, & Theriacam, & reliqua iuuare: quo uero ad urinã, in Galeno nunquam colligi posse ait pestes vrina sanatas fuisse. Neque ulla ratione concedit ad Deos, aut Thucididẽ aut Galenũ confugiendum esse censuisse eo quod occulta, sed ex eo tantum quod periculosa & difficilis sit pestiferarum curandarũ ratio. Hãc igitur vltimã fugam paulo post considerabo, nunc autem priorem euertere volo. Bolum inquit armenam & theriacam occulta qualitate nõ prodesse sed manifesta. sed si bolus armena siccatione tantum iuuat, cur quæso alia quoque in eodem gradu sicca non iuuabunt? imo cur non proderunt

siccioraʔ

ficciora? eſt ne forte ſola bolus armena quæ uim exiccatoriam obtineat? non puto; at ſi multa alia reperiuntur uiribus non infirmiora, ut terra ſamia, eretria, ſelinuſia, margaritæ, oſſa & cornua varia. aut magis exiccantia ut lapis hæmatites, bezaarticus, cryſtallus, atque aliæ gemmæ, cur ſola bolus armenia profuit, cætera remedia nequaquam? An forte dicet Maſſ. hæc nō fuiſſe tentata: ſed hoc non poteſt dici; cum Gal. aperte ſcribat quibus bolus nō profuit omnes interiiſſe, ergo alia quoque experiebantur ſed ſine fructu. quod dico de bolo dico etiam de Theriaca, illam ſcilicet nō debuiſſe manifeſta tantum qualitate prodeſſe, quando certum ſit plurima alia ſiccantia vſurpari abſque minore noxa potuiſſe. Etenim in febre conuenit magis remedium refrigerans quam calefaciēs, ſed Theriaca calefacit, propterea niſi ab occulta qualitate iuuiſſet, multo melius fuiſſet ſiccantia frigida, quæ ſanè multa ſunt quam hæc calida eligere, potiſſimum vero bolum armenam tantopere ab eodem Ga-

leno probatam: sed quid? an fortè vllus alius vnico excepto Massaria reperitur, qui Theriacæ occultam qualitatē negare audeat? non puto; cum Gal. ipse tam aperte hanc illi tribuat proprietatē, ut nihil apertius legi possit: etenim. 6. in 6. epid. 5. inter illa quatuor quæ agunt a tota substantia, de quibus superius memini, ille etiam Theriacam, & alexipharmaca reponit, cui consentiens Mass. in 2. suo libro de peste (vbi mecum non disputat) Theriacam à tota substantia agere, minime negare audet, quo in loco etiam vrinam quandoque pestes iuuisse ex Gal. relatione scribit. neque enim eo tempore putauit aliquando euenire potuisse, vt ego quoque hunc locum pro me acciperem, & ad meas opiniones confirmandas adducerem; cum vero hunc a me iam productum videat; statim mutat sententiam, & qui iam aperto ore dixerat vrinam hoc quoque tempore in peste à nonnullis commendari, quamquam nouum remedium non sit, sed à Galen. etiam propositum, qui peste Syriam occupante, nō-

10. simpl.

nullos

nullos vrina epota sanatos se existimasse, scribit, in hac contra nos disputatione inquit, quod si quis ex hoc Gal. loco colligat illum scripsisse pestem vrina sanatam, audebit quoque ex Gal. libris belli Troiani historiam conficere. igitur tu vir excellent. poteris quando volueris belli Troiani ex Galeno historiam concinnare, cum hoc ipsum ex Galeno docueris, multos pota vrina sanatos; quod cũ feceris cur itaq; hoc tẽpore idipsum negas? an forte differt, vrina sanari pestem, & sanari peste affectos? non puto; & enim pestis in abstracto nec vrina neque alia ratione curatur. sed in concreto. Socrates enim aut Plato peste affecti nõ pestis ipsa absque istis curantur. Si igitur multi vrina in syria peste sanati sunt, ergo inuenta est pestis species vrina curata, alia autem Theriaca, alia bolo armena, alia aliis auxiliorum materiis: ut hinc iure colligatur, hæc occulta potius quam manifesta qualitate succurrisse. sed Mass. in veridico loco (veridicum locũ voco libros eius de peste; ibi enim non est illa cõtra nos disputatio)

disputatio) in eo inquam secundo libro occultam qualitatem ab antidotis non se-
rat. qui sit scribit. Neque enim sententiæ il-
lorum nos assentimur, qui neque in iis antidotis, neque vlli medicamento, quod occulta quadam potestate agat &c. igitur occultam in istis qualitatē admittit; antidotos uocat, autoritate & experientia tantum non indicationibus confirmatas requirit. studio & magna industria alias quoque nouas harum compositiones à recentioribus inuentas collaudat: quod si in solam putredinem omnia diriguntur, non antiqua tantum remedia autoritate & experientia confirmata, aut noua tanto studio & industria parata erāt eligenda, sed omnia quæ ex methodo, & indicatione hauriri possunt, quorum inuentio minime difficilis est. nec vt in vsum prodeat, experientiam vel authoritatem requirit. propterea morbo calido & humido, nemo cum periculo, aut non vtiliter quæque adhibebit refrigerantia, & siccantia, vt terras varias, lapides, ossa, cornua, radices semina

olea.

olea. Veneno autem & occultæ qualitati, hæc aut inutiliter, aut cum periculo admouere poterit, nisi authoritas, experientia, studium, & summa industria accesserit, eo quod occultis malis non inueniatur occultũ remedium per indicationes, sed magis analogismo, experiẽtia, et authoritate. itaque qui in Pestiferis Antidotos admittit, occultam quoq; pestiferam causam admittere debet: quod cum fecerit Mass. in suo libro de Peste, non debebat hoc tempore vt nos impugneret, seipsũ reprobare. Nec refert quidquam quod ille in probanda facultate exiccante aut boli aut Theriacæ, tantopere laboret, ego enim hãc minime nego: nec tamen propterea sequi puto bolum & Theriacam exiccare, ergo etiam a tota substantia non agere. Etenim hac quoque cõsequentia valeret lignum indicum exiccat, ergo non iuuat a tota substantia luem gallicam. cuius tamen oppositum omnes tuentur. Itaque argumentum adhuc est in suo robore, pestiferas curari antidotis. ergo esse venenatas.

CAPVT

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM vtrum apud Thucididem & Galenum propter occultam pestis qualitatem homines ad Deos confugerint.

NON leuem sane suscipit opinio nostra confirmationem, imo forte ex hoc vno argumẽto cæteris apud me fortiore integrum robur continet, quo quidem diximus in peste Thucididem, & Galenũ propter hanc occultam pestis qualitatem cætera remedia plerumque neglexisse, et magis ad Deum quam ad humana auxilia confugiendum esse consuluisse, quæ cum in alia etiam mea disputatione recensuerim, Massaria absque obiectione relinquere noluit, qui asseruit non ideo fuisse imploratũ Diuinum auxilium, quod occulta esset illius caussa & origo, sed tantum quod grauis & periculosus esset morbus. sed quæro mihi dicat. Massaria, vtrum in perniciosis omnibus morbis homines relictis iam humanis

manis auxiliis, soli Deo propriam salutẽ committant, an potius in quibusdam? si dicat in omnibus, id profectò falsissimum est: neque enim vllus qui opera medica vti possit, in periculoso quocumque morbo medici auxilia auersabitur, & ad solum Deum confugiet, imò vero simul & semel humana, & diuina auxilia implorabit. Quòd si dicat in quibusdam tantum, certe negare non poterit hos esse ex illis quorũ caussa & curatio occulta sit, quando si manifesta esset, vnusquisque libenter ad consueta auxilia paratum se exponeret. Cum vero hæc omnia vanissima esse cognoscantur, tũc vnusquisque talem morbum in eorum numero iure reponet, qui occultũ curãdi modum, imò vero solam diuinam opem exquirit, ex occulta scilicet caussa pendente, nam si vt dixi manifestam obtineat, minime aut solum Deum, aut aliam occultam habebit curandi rationem. Sed ille fortè negabit vllum talem dari morbum, in quo homines medicorum auxiliis tanquam inutilibus relictis, soli Deo se ip-

sos committant, cum tamen hoc doceat Thucidides, cuius sententiã attulit Massaria, cum inquit, nullam humanam ratione, nullam artem tanto malo satis fuisse, nec non omnia, quæcumque ægri à sacerdotibus supplices, aut vatibus petebãt, & quæ ab iis responsa dabantur, frustra fuisse tentata; nullumque compertum fuisse remedium, cuius vsu homines adiutos fuisse constaret, ac demum vrgente morbo cum quid facerent homines non haberent, omnes ad negligentiam & ad aras se conuertisse. Hæc Mass. ad verbum ex Thucidide refert, qui etiam confitetur Galenum testari pestes morbos perniciosos esse; & sæpe de eorum curatione homines à Diis consilium petere. Quibus confessis nescio quomodo ille asserere possit, huius morbi curationem & caussam esse manifestam, minime vero occultam: propterea de hac re, sicuti, & de aliis, docti & probi viri iudicium faciant, quemadmodum inter cæteros doctiss. Valeriola fecit, qui hunc in modum scribit. Alibi vero in hæc digredi, in

lib. 4. enar. med. enarr. septima.

iisque

iisque paulò plenius versari libuit, quorundam ut vulgarium medicorum inscitiam dicam, an stupiditatem, & arrogantiam retunderem, qui pestilentiæ, & vulgarium morborum naturam se tenere omnem caussasque perspectas habere, arcanaque quædam, ac veluti e Deorum consiliis prolata ad manũ præsidia habere profitentur: cum euidentissimum sit eorũ morborum neque naturam omnem, neque caussas medias satis esse perspectas. Hæc sunt doctissimi Valeriolæ verba, quibus non absque ratione in eos inuehitur, qui negãt in pestilentia ad Deum tanquam ad unicã huius occulti & sanè diuini morbi curationem homines confugere. imò vero ex propriis auxiliis manifesta qualitate iuuantibus morbum hunc quasi sibi ipsis cognitum demere posse credunt, cum tamẽ non ex ethnicis modò, sed & ex sacris scripturis constet pestilentem constitutionem non ex calido, frigido, humido, sicco, non ex humorum copia, non ex putredine, sed quãdoq; ex unico Dei præcepto, & eiusdẽ

diuino consilio, occulto quodam modo miseros mortales plerũque veraxare, atque ab eodem curari. Quam veritatẽ à Mass. quoque propositam, & ex quibusdam sacræ scripturæ locis comprobatam, nos etiã his paucis magis, ac magis munire volumus. Itaque exodi 5. sic legimus 26. „ sacrificemus Deo nostro, ne forte accidat „ nobis pestis. & rursus 12. Nunc exten„ dens manum meam ait Pharaoni Deus „ percutiam te, & populum tuum peste. & „ Leuitici 26. Si non audieritis me, nec fe„ ceritis omnia mandata mea: sed spreueri„ tis leges meas, et iudicia mea contempseri„ tis: & tandem inquit. Quamquam confu„ geritis in vrbes, mittam Pestilentiam in „ medio vestri. Plura id genus loca addu„ cere possem, at hæc satis ad hanc veritatem confirmandam esse puto, pestem non semper ex putredine ortum ducere, sed ex omnium ferè sententia tam occultam in se qualitatem continere, vt non raro etiam diuinæ ob nostrum omnium peccata iustitiæ flagellum esse posit. Quo in casu sicuti

Pestis quæ a deo ex scripturæ locis

nec

nec vesicantia, nec alia quæuis remedia vnica peccatorum pœnitentia excepta prodesse posse censeo, ita in cæteris omnibus quæ occultas quidem & veneficas, sed tamen naturales caussas consecuntur, ea minime prætermittenda esse reor. Sed quando iam satis (ni fallor) Mass. rationes contra venenum ex parte aeris consideratum desumptas refutauimus: Succedit vt ad illas animum cõuertamus, quæ ab eodem contra nostra fundamenta adducta sunt, quibus pestiferas, ex internis caussis obortas, venenatas esse probauimus.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM

Mass. responsio ad quædam ex locis à nobis propositis, venenum in humanis corporibus gigni posse confirmantibus, & eiusdem impugnatio.

MIRATVS sum profecto, (nec quantum ego censeo absque legitima caussa) excellentissimum Mass. qui alioquin in refellendis omnibus nostris apud illum erratis,

erratis reiiciendisq; rationibus & locis tā ta vsus est diligentia, vt etiam impressoris errorē, & solœcismum adnotare voluerit. Loca tamen quędā ex Galeno desumpta, à nobis proposita, venenum in pestilentia, & citra pestilentiam in humanis corporibus gigni posse probantia, aut omnino silentio obuoluisse, aut si quędam examinauit, sicco admodum vt aiunt pede transiisse, & potius accusationibus in nos iactis, quā solidis rationibus reiecisse. Si enim de Galeni loco ex lib. de cib. bon. & mali succi desumpto fiat sermo, sanè quid ad illum locum dixerit, ego non video: cū tamē si quis est qui nostrā confirmet opinionem, ille profecto inter primos reponatur. Est enim ibi de peste ex prauis succis genita sermo, & cum Gal. varia dixisset in internis partibus facta fuisse mala, quę cunctos interficiebant, huius rei rationem subiungens ea verba pręponit, quę nos tam aperte diximus confirmare, ex eiusdem sententia venenum hoc in pestiferis ex prauis succis excitatis gigni posse. Inquit enim neminem

debere

debere mirari eos qui potius internis quã externis affectionibus tẽtabantur, interiisse. Quia nemo est qui ignoret, quantum insit in eo mali, si humores in corpore cõtenti in venenosas degenerẽt qualitates. Qua si dicat, isti igitur interibant, quia in illis humores in has venenosas qualitates degenerabant. Respondeat quæso Mass. ad huc locũ, qui tam aperte profitetur nullibi Galenum de hac venenosa qualitate in Pest. mentionem fecisse. Sed ad locũ tertii, quinti, & sexti de locis affectis, quid poterit etiam dicere Mass. quid respondebit? quã fugam capiet? tam aperte Gal. in illo potissimum quinto, & sexto, tam manifeste asserit venenum ex interna caussa in humanis corporibus produci posse, vt hoc Galen. tanquam ab omnibus confessum accipiat, & illud tantũ quærat, vtrum signa aliqua reperiri possint, quibus venenum epotum, ab eo quod ex interna caussa producitur, distingui valeat. Igitur hos omnes locos Mass. silẽtio obuoluit, quos tamẽ ego minime prætereũdos arbitrabar, quando ex

do ex illis, tam aperte, nõ modo venenum in humanis corporibus produci, ſed et abſque ea excellenti humorum putredine, a Maſ. vnice pro gignendis venenis accepta, excitari poſse, certo colligamus. Quòd ſi diceret Maſ. loca illa ex libris de loc. aff. deſumpta nihil ad noſtrum propoſitum conferre, eo quod venenum illud intra corpus genitum peſtiferam febrem nõ efficiat: primum quidem, hoc etiam conceſso, attamen de loco ex lib. de ſucc. bonita. & vitio deſumpto, hoc minime affirmare poterit. Sed prætereà illud etiã addo, quod tamen alià oſtendi hanc fugam ſi proponeretur (quam tamen non puto à Maſ. adduci debere) eſse à ratione, & Gal. auctoritate alienam; à ratione quidem, etenim nemo negabit, hæc venena quæ ex tam exiguo principio incipiunt, & tantopere progrediuntur; eſse calida, itaque quatenus calida, & cor ipſum occupantia, neceſſario febrem inducent, quam ſi Maſ. alio nomine quam Peſtilẽtis vocare voluerit, illum hac in re Iudicem facio. Sunt itaque tales

les reuera pestilentes. & ideo Gal. in illo com. 2. in primum prorethicorum tex. 17. vbi eiusdem veneni, & eodem modo geniti sermonē facit. de quo etiam in libris de loc. aff. scripserat, postea historiā febricitātis subiungit, qui in septima momento ferè tēporis ab hoc veneno extinctus est. Itaq; nō est vlla ratione negandū, loca à me adducta, clarissimam afferre venenatæ qualitatis intrinsecus progenitæ confirmationem, proinde debebat Mass. hæc loca primum euertere, postea vero publice meum hoc fundamentum prorsus confregisse profiteri: Sed forte dicere poterit, se plene his omnibus locis satisfecisse. dū locū tertii in tertiū epid. à nobis adductū interpretatus est. in quo, cum minime dissimilis, imo vero ea ipsa contineatur sententia, quæ etiā locis iam præallegatis fuit proposita. dum hunc locum refellit, cætera quoque vnico hoc labore reiecta fuisse quispiam poterit arbitrari. Cum itaq; res hæc minime ratione carere videatur expendamus quæso, quid ad illum locum respondat: primū

quidem dicit se dum vellet tergiuersari posse affirmare illum ægrotantem ad constitutionem pestilentem non pertinere; quoniã Gal. asserit illos sexdecim ægros post tempestatem laborasse. sed ne in tergiuersantium numero reponeretur, & alias quoq; multas ob caussas vnica hac responsione contentus esse noluit, primo quidem eo quia nõ erat vsque adeo apud omnes acceptum illos ægros ad constitutionẽ pestilentem nõ pertinere, potissimum vero quia ex sexdecim ægris maiorẽ ferè partem acutissimo morbo interiisse constat: secundo quia ad me nihil pertinebat, siue ille æger in constitutione pestilenti, an potius extra illam laborasset, dummodo concederetur quod apud Hipp. & Galenum cõstare putabã, hunc scilicet a qualitate succorum virulẽtorum fuisse interemptum: hoc enim mihi satis erat ad probandum in corporibus venena gigni, eaq; non minus quam ferarum, aut medicamentorum deleteriorum venena necare, & febres ex iis excitatas pestiferas vocari, ideo ille ad alia descendit,

dit, quæ si vera esset, locus pro me nihil omnino concluderet, inquit ipse in presenti loco neq; ab Hipp. neq; à Gal. vllam omnino occultæ qualitatis mentionē fieri. bone Deus cum hæc legerem obstupui. nullius occultæ qualitatis fit mētio? sed si ita res habet, quid igitur erit venenum? fortè erit qualitas manifesta? at hoc esse falsum ex Galeno iam superius demonstrauimus. de veneno autem ibi verba fieri vnicuiq; locum legenti palam esse poterit; at si venenatā existimat Gal. fuisse eā causam, venenūq; ab occulta agit proprietate, ne scio quomodo Mass. occultæ qualitatis ibi mētionē fieri tā aperte negauerit. Addit Hipp. & Gal. mortē huius, & symptomata in putredinē, & prauitatem humorum retulisse, quod confirmat quia dicit Gal. hunc a principio virulenta euomisse; qui in hoc vera dicit; sed si Gal. apertissime scribit hunc non à copia, uerum à qualitate succorum virulentorum perinde ac venenatorum obiisse, quomodo quæso in copiā ille referre hæc omnia vnquam

6. in 6. epid. vltimo.

poterit? legat vnusquisq; locũ, & videat an Maſſ. poſſit ſenſum illius peruertere; cunctos enim libenter hac in parte iudices conſtituo. Sed ad locum ſecundi in primum proreth. 17. deſcendamus. Maſſaria omnia facit vt illum effugiat, primo inquit forte abſurdum non eſſe affirmare omnia venena ex propria temperie, & manifeſtis qualitatibus agere; deinde addit quacumque tandem ratione agant, eſſe cauſas morbos facientes, non autẽ morbos ipſos, quibus ſtatim ſubiũgit, eaſdẽ cauſſas morbos non occultos; ſed manifeſtos cõſtituere, idq; Gal. authoritate confirmat qui morbum ex virulentia canis rabidi productum manifeſtum eſſe dicit calidam ſcilicet, & ſiccam intemperiem; idcirco ſtatim me Fernel iis tã, & Argentericum conſtituens nos omnes deinde tanquam morborũ nouatores accuſat: ego uero vltimam hanc partem paucis expediens à Maſſ. enixa admodũ quaro, ipſumq; vehementer rogo, vt mihi diſputationis meæ verba proferat, ex quibus me Fernelii, et

Argen-

Argenterii placita hac in re fuisse secutũ colligere potuit. Fernelii sanè (quem alioquin ego semper summum virum existimaui) sectatorem vocari minime pudet, & vtinam is essem quem tanti doctoris imitatorem, & æmulum non indignum doctiores existimarent; sed quod ad morbos à tota substantia spectat, ego certe tam à Fernelio dissentio, quam Mass. aut quiuis alius huius oppugnator vnquã dissenserit: & ideo venenatam qualitatem non morbum, sed caussã, & omnium morborum principium diffiniui, & nunc etiam diffinio, ita ut vnde Massaria me morborum a tota substantia inuentorem sequacemue esse sumpserit, non inueniam, libenterq; locum vnde hæc susceperit, ab eodem intelligerem, quod si talem nõ habet, cuncti videant quam sæpe hic uir, modo ut se ipsum tueatur, modo ut nos ex professo accuset, ad ea quoq; diuertat, quæ nunquam animo concipere potui. Cum igitur hac in re quæ ad morbos à tota substantia agentes pertinet, nullum inter nos sit discri-

discrimen, ego enim hos morbos nō minus quam Massaria ex toto reprobo; quid tamen de hac occulta causa sentiat iam videamus, neq; enim mihi vndequaque constat quæ fuerit hac in parte illius opinio; primum enim caussas occulta qualitate agentes non videtur reprobare, cū tamen vt nos deinde accuset, multa sanè proferat, quæ omnia, & causas à tota substantia agentes, & earum causarum propugnatores acerrime impugnare uidētur, quòd autē causas à tota substantia agētes nō repudiet, eius verba declarāt, quæ sic
,, habent. Tamen esto quacumq; ratione
,, illa agant, cum sint causæ morbum facien
,, tes &c. dixerat primo Massaria venena omnia fortè ex manifestis qualitatib. agere, postea autem hæc eadem iam à me. proposita uerba subiungit, quæ certe non videntur usqueadeo occultas caussas reiicere, cum uenena non tantum per apertas qualitates quantū etiā per alias quoq; agere concedat, sed si aliæ sunt à manifestis, ergo erunt occultæ. ex aliā tamē parte tan-

ta

ta dicit, & aduerſus occultarũ qualitatũ ımatores profert, vt mihi ſuſpitionem intulerit, ne ex toto ille has occultas qualitates extirpare voluerit; nam paulo poſt miratur quamobrem tam libẽter homines ad hæc occulta confugiant dicens. Ac ſanè „ mirandum eſt quomodo plerique hoc tem „ pore ad occultas qualitates, & proprieta- „ tes tam libenter confugiant, qui id potius „ debuiſſent ſtudere, vt quæ occulta, atque „ arcana videntur, patefacerent atque illu- „ ſtrarent. Quid enim ſi plana & lata via „ patet, diuerticula, & angiportus quæri- „ mus? Sed ignaui homines quotieſcunque „ res non intelligunt, facile hac ratione ſe „ poſſunt ab omni difficultate explicare. Vn „ de præclare Gal. nos admonet eorum qui „ nihil docent duplex eſſe inſtitutum: alte- „ rum dum ad proprietatem, quæ exprimi „ nequeat, confugiunt: alterum, dum profe- „ runt quidem nomina, nec tamen quæ ſi- „ gnificant obſeruant, nec quam illis ſigni- „ ficationem tribuunt, interpretãtur. Quod „ vtrumque vitium, neſcio quo iniquo fato, „

video

" video multis hoc tempore esse admodum
" familiare. Sed aduersus istas occultas pro-
" prietates habebunt propediem studiosi di-
" sputationem Fabii à Pace accuratissime
" ab eo institutã in cõmentariis, quos in lib.
" Meth. med. Galeni molitur, qui quidem
" vt potè græcæ, & latinæ linguæ, omnium-
" que optimarum artium, præsertim rei me-
" dicæ peritiss. & communem hũc errorem
" satis (arbitror) est refutaturus, & pluri-
" mũ lucis huic nostræ facultati allaturus.
" Ego itaque quid hac in parte Mass. respõ-
" dere debeam ignoro, si enim me tanquam
" morbi à tota substantia assertorem accu-
" sat, iam dictum est nullum me occultum,
" & à tota substantia constituere morbum,
" & ideo ab eo hac in re differentem non es-
" se: Quod si dicat se hoc accusasse, quod tã
" prompte, ac tam libenter in quacumque
" causa explicanda ad occultam confugiã,
" profecto unde hanc contra nos opinionem
" acceperit, non poterit proferre. Ego enim
" certus sum neque ex mea disputatione, ne
" que ex publicis lectionibus, consultationi-
bus,

bus aut colloquiis ullum unquam ex me collegisse talem ad occultas qualitates & caussas proponendas promptitudinem, qualem mihi Massaria attribuere videtur: quod si hanc in causis occultis proponendis facilitatem non accusat, quid ergo impugnabit? quorsum tot verba? quorsum tot declamationes? profectò mihi ipsi persuasi dum hæc legerem illam omnem occultam caussam funditus eruere voluisse. At si hoc sentiat, quomodo igitur cum suo Galeno conueniet, qui tam sæpe de hac ipsa occulta qualitate, et huiusmodi caussis nocentibus ac medicamentis à tota substãtia iuuantibus tam apertè loquitur, vt nemo iure illas impugnare possit? Ego sanè illũ qui agentia a tota substantia ex toto destruere tentauerit, sensum & omnium probatissimorũ scriptorum authoritatem confundere posse credo; eum verò qui cunctos effectus in occultas caussas referre voluerit iure damnandũ esse iudico. Ex quibus me unum minime esse profiteor, qui etiãsi in peste & pestiferis febribus, ut tales sunt,

caussam proximam a tota substantia in corpora nostra uires suas extruere existimem. hoc tamen meum esse inuentum mihi non persuadeo, imo vero & Galeni cæterorumq; antiquorum & recentiorum, ipsiusque Massariæ documētum esse credo, qui quamquam miretur me illum inter alios reponere febres pestiferas ab occulta qualitate proficisci constituentes, forte cessabit admirari, cum illius loca in proprio suo libro de peste contēta, quæ alioquin hac in re manifesta existimaueram, diligētius examinauero. Itaque pro hoc casu tantum me multam reprahensionem mereri existimo, quando cæteris ferè omnibus hac in re consentio, nec libenter in aliis effectibus, qui humano ingenio in manifestas caussas referri possunt, ad abstrusas cōfugio. in pestilētia verò si ad occulta me cōuerto, profecto caussam recipio a Galeno tot locis & illis sane apertissimis propositam, ut Massariam quem hanc ipsam occultam qualitatem oppugnare, & omnes qui illam tuentur ignorantiæ crimine redarguere video,

à suo

à suo Gal. omnino recessisse existimẽ. Neq; tamen Pacem (cuius tractatum Mass. cõtra occultarum qualitatum tutores cito in lucem proditurum minitatur, illas ex toto oppugnaturum puto, sed forte eos qui quoscunque effectus etiam manifestas caussas habentes in abditas referre solent, improbaturum. Neque enim hunc virum in legendo Gal. versatum hæc loca in quibus de agentibus a tota substantia verba facit ignorasse credo, videlicet sexto in sextum epid. 13. meth. cap. 5. simpl. 8. de comp. med. per loca. 1. de comp. med. per genera: atque aliis in locis quæ operosum nimis esset recensere. Conclusio igitur sit Pestiferas ex prauis succis in corpore genitas occultam & venenatam qualitatem cõtinere, & quod Massaria non modo loca nostra non euerterit, imo vero potius aut prætermiserit aut comprobauerit. Sed videamus quid ille dicat, ad locum, sexti in sextum epid.

Tex. 5.
Cap. 6.
Cap. 1.
Cap. 8.
Cap. 16.

CAPVT DECIMVMNONVM.

Massariæ obiectio ad locum sexti in sextum epid. & solutio.

QVAMQVAM Massaria in tractatione, quæ ad uesicantia pertinet, nihil omnino protulerit quod posset uim loci ex Galeno sexto in sextũ epid. desumpti ulla ex parte infringere: attamen quia in ea parte in qua contra Theriacam disputat nonnulla continentur, quæ huius loci uires imminuere videntur, idcirco opus esse duxi talem obiectionem diligentius hoc loco examinare, ne locus ille quem ego unum ex præcipuis ad internum confirmandum venenum existimo, vllam prorsus calumniam aut oppugnatoriam interpretationẽ sortiatur. Gal. igitur loco citato, licet venenatam hanc qualitatẽ apertissimis verbis proposuerit, nihilominus Massaria huius loci claritatem tenebris offundere nititur, dum inquit. Nullam omnino in eo occultæ seu venenatæ qualitatis, imo vero manifestæ, tantum mentionem fieri: propterea inquit

com. VI.

quit absoluto iam sermone ad manifestas qualitates spectante, quem uult Massaria illis verbis comprehensum fuisse. Exoriun- " tur enim dolores quidam maligni, Gale- " num postea de occultis sermonem aggredi " cum dicit proprietates namque ex tota sub stantia progenitæ &c. Qua in re uir hic ex cellentissimus pace illius dictum sit, mihi uidetur manifestè hallucinatus, cum tam apertum sit Gal. vtrobique de occultis qua litatibus, & de tota substantia agentibus verba facere, quam quod apertissimum. Quomodo enim potest Massaria negare de occultis qualitatibus, ibi verba non fie- ri, si de mortiferis seu medicamentis seu fe ris venenum ictu fundẽtibus, est sermo; quæ eadem mortifera ille paulo post inter agen- tia à proprietate substantiæ connumerat? cum enim dicat eas contineri quatuor ma- teriis, tertiũ genus inquit Gal. ex sententia Hippocr. esse eorum, quæ malefica vocan- tur: sic enim scribit. Proprietates namque " ex tota substantia progenitæ aut corporibus " nostris congruẽtes, aut alienæ, quatuor ma- " teriis,

,, *teriis continentur; aut enim purgatoria me*
,, *dicinæ sunt, aut alimenta; aut adhuc tertiæ*
,, *ea quæ hic Hipp. malefica nominauit. Si*
,, *igitur malefica ab Hipp. in eo textu uocata sunt vnum genus eorum quæ agunt à tota substantia, ego cuperem Massariam mihi explicare, quænam apud Hippoc. & Galenum sint hæc malefica à tota substantia agentia: qui sanè quoquò se vertat, alia nulla inueniet malefica, quã illa quatuor, de quibus paulo superius Galenus mentionem fecerat, medicamenta inquam deleteria, feras uenenum ictu fundentes, succos ex improbo victu, aut pestilenti Cælo in corpore genitos. Si itaque alia malefica præter ista inueniri non possunt, & hæc à Galeno (annuente etiam Massaria) inter agentia à tota substantia connumerantur, quomodo igitur potest Massaria asserere, nullam in illis verbis de occulta qualitate mentionẽ fierit? At, ille fortè poterit respondere, se negasse in illis uerbis, de latente qualitate mẽtionem fieri, quæ possit esse alicuius veneni remedium, non autem negasse verba facta*

esse

esse de proprietate totius substantiæ sed ma
lefica. Quod si verum est, non erat cur
Mass. bis huius occultæ qualitatis eodem
loco mentionem faceret, sic enim scribit: Id pag. 133
que notandum est in iis ipsis malignis dolo- ››
ribus siue a medicamentis deleteriis fiant, ››
siue a feris venenum iaculantibus, siue à ››
succis ex improbo victu, vel pestilenti aere ››
generatis, nullam tamen fieri mentionem ››
occultæ qualitatis vel antidoti, latente ra- ››
tione agentis. Ex quibus uerbis, antidotum
latente ratione agentem videtur contra di-
stinguere ab occulta qualitate de qua prius
meminit, sed antidotus a tota substantia a-
gens, contra distinguitur ab alia occulta
qualit. nisi tãquam remedium a malefico.
Ergo videtur Mass. negasse in superiori-
bus verbis, aut de maleficis aut de eorũ re-
mediis a tota substantia agẽtibus uerba fa-
cta fuisse. Sed præterea Massariã negare
in illis prioribus verbis contineri aliquid
quod occultæ qualitatis veneficæ naturã
describat, sequẽtia illius verba declarãt,
inquit enim Galenum cum scribit, cæte-
rum

,, rum quoniam utilitates, & noxæ &c. tũc primum tractationem incipere de iis quæ agunt à tota substantia, cum antea solum ea tractata sint quæ simplicibus qualitatibus operantur, & hæc veluti ex aduerso posita esse iis quæ antea dicta fuerant: si ergo res sic habet arguo hũc in modũ: ex Mass. sententia Gal. per hæc verba cæterum utilitates & noxæ &c. proponit agentia à tota substantia omnia: & hæc ex aduerso posita iis quæ superius fuerãt declarata: ergo, in superius declaratis nulla facta fuit mentio veneni. probatur cõsequẽtia, quia in iis ultimis verbis ex aduerso positis superioribus proponitur venenum inter cætera tanquam unum ex illis, quod à tota agit substantia: sed si de nullo à tota substãtia agente ut inquit Mass. hactenus uerba facta fuere, ergo neq; de ueneno. Cũ tamen hoc sit ita falsum quam quod falsissimum: unicuiq; enim certissimum esse debet per illa uerba quatuor uenenorum caussas describi: quã veritatẽ si Massaria quoq; confiteatur in illis inquã verbis. Exoriũtur enim &c. De

omnibus

omnibus maleficis a tota substantia agenti bus verba fieri, hoc saltem habeo, quod mi hi probãdum proposueram, ex succis etiam ob improbum victum genitis & aere pestilenti, venenatas & occultas gigni qualitates à tota substantia agentes, maleficas & deleterias, vt propterea nostrum antecedens nunc & aliàs propositum, proprium robur & firmitatem obtineat, pestiferas febres esse venenatas. Qua in parte vt obiter hoc dicam, non possum summam Massariæ mihi ipsi contradicendi cupiditatem nõ publicam facere, qui quod alibi pluries etiam fecit, hoc quoque loco non prætermittat, vt quod nunquam cogitaui, aut dixi tam facile mihi imponat: inquit enim me voluisse Galenũ loco citato proposuisse ex Hipp. sententia salẽ tanquã agentẽ contra venena à sola substantia; illumque tam calidis, quàm frigidis venenis cõuenire. Ex quibus duobus dictis, secundum admitto, & verum esse fateor, primum autem ex meis verbis, quæ hunc in modum habẽtur nequaquam colligi potest: Omnibus siue „

,, calida siue frigida fuerint, conuenire salē,
,, & ea quæ agunt a tota substantia qualia
sunt Theriaca & alexipharmacca: si vo
luissem salē agere à tota substātia, quis nā
esset hic dicēdi modus, Conuenire salē, &
ea quæ agunt à tota substātia? oportuisset
legere, omnibus siue calida siue frigida fue
rint, conuenire agentia à tota substantia,
qualia sūt, sal, Theriaca, & Alexiphar-
maca. sed cum agentia à tota substantia tā
quam à sale contra distincta proposuerim,
plane me fugit, vnde nam collegerit Mas
saria me uoluisse salem agere à tota substā
tia. Si id collegit, quia dixerim, salē & fri
gidis & calidis prodesse, hoc certè non con
cludit salē agere à tota substantia quando
quidem non modo salis, sed exsiccantium
omnium, hæc est propria facultas, vt humo
rem quemcumque siue calidum siue frigi-
dum, quandoque prorsus absumant, ali-
quando autē pauciorē reddant. Neque
enim ignis, eo quod calida, frigida, humi-
da ac sicca corpora indifferēter consumat,
à tota substantia agere dicitur. imo vero
per

per manifestas qualitates sicut & sal ope-ratur, vt absque caussa Mass. mihi impo-suerit, me voluisse salē agere à tota substā tia. Quod si ille hoc saltem sibi sufficere exi stimet ut ostendat, me male (vti ipse iis pro priis verbis vtitur) nec bona fide Galeni sententiam attulisse, & interpretatum, dum dixi, salē & calidis & frigidis vene nis prodesse, audiamus Galenum loquen-tem, eo enim audito cæteros postea iudices esse uolo, vtrum ego male nec bona fide Ga leni sententiam attulerim, & sim interpre tatus, an potius, ille non benè (vt modestia vtar) mihi hanc falsitatem imposuerit. In-quit Gal. ab Hipp. pro doloribus illis male ficis hæc omnia remedia fuisse proposita, lac, allium, vinum ferue factum, acetum, & salem. Docet deinde Gal. quomodo sin gula singulis succurrant, & inquit lac ve nenis erosione interficientibus aduersatur; allium vehimenti frigore lædentibus resi-stit: Vinum mediocriter frigidis: Acetum ut glutinosos quales fungorū esu creantur, succos dissecet, vel etiam refrigerādi caus-

ſa ſicut aduerſus Thapſiam requiritur. Poſt quæ ſubdit hæc uerba; Poſtremo ſalē: ad quid quæſo ò Galene, propoſuit Hippocrates ſalem; propter calida? an propter frigida venena alteranda? ſubdit Galen. ipſe nec propter calida, nec propter frigida, ſed vt totam maleficorum humorum medicamentorumq; ſubſtantiā conſumere poſſet: ſi ſal prodeſt ad conſumendam ſubſtantiam & maleficorum humorum & medicamentorum, cur quæſo non poterit, tam calidis, quam frigidis ſuccurrere? nonne experientia quotidiana nos docet, exſiccātia medicamenta à nobis, interius & exterius adhibita, calidos & frigidos humores conſumere? quamobrem igitur idipſum ſal etiam præſtare nō poterit? Sanè ſi Gal. ipſe dixiſſet ſalē humorum tantum aut medicamentorum frigidorum ſubſtantiā diſſipare, quamquam ratio perſuaderet, illud poſſe eundem effectum in calidis præſtare, Maſſaria tamen legitimam habuiſſet occaſionem dicendi, nos malè nec bona fide Galeni ſententiam attuliſſe. Sed cum

nulla

nulla primarum qualitatum facta mentione, dicat, sale totam maleficorum humorum & medicamentorum substantiam consumere (qui fortè etiam est intelligendus, de illis ipsis humoribus, & medicamentis, calidis & frigidis, de quibus paulo ante mentionem fecerat.) certe ego nescio, quam habuerit occasionem Mass. dicendi, nos malè hanc Galeni sententiam attulisse. Sed hæc obiter dicta sint; nobis autem in præsentia, illud ex hoc loco descripsisse sufficiat, quod Massariam minime effugere posse video, venenum scilicet ex prauis succis in nostro corpore gigni, vt hac ratione minimè inconueniat, febres pestiferas, in quibus omnium maximè isti praui succi redundant, tali etiam uenenata qualitate donatas constituere. Videamus modo vtrum hoc quoque Mass. in proprio suo libro concesserit nec ne.

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM

An Massaria in suo lib. de Peste, veneni & occultæ qualitatis in Pest. mentionem fecerit.

PVTABAM sanè in illa mea priore disputatione, Massaria rem gratam facturum, si illum inter tot celebres viros reponerem, & eiusdem testimonio (quod apud me semper magni faciendum esse volo) confirmarem, febres pestiferas ex occulta & venenata qualitate prodire. Idcirco illum quoque huius ueritatis testem citaui. Cum tamen ille se ex talium numero fuisse neget; imo uero afferat, me vt id efficerem, nullam omnino occasionem habuisse, qui potuerim eius disputationem contra Fernelium & Mercurialem pro hac re institutam videre, in qua oppositam huic sententiam tueri conatur: propterea hic locus postulat, vt videamus, nūquid Maß. huius venenatæ qualitatis mentionem fecerit, occultamque qualit. in

pestiferis concesserit; vel non. Itaque quod ad hanc partem attinet, ego certè minime vereor, me illum inter venenata, & occultæ qualitatis pestiferarum febriũ propriã essentiam constituentis, assertores, summa cum ratione reposuisse; id quod vnicuique eius loca legenti patere poterit. Nam quod ad venenum spectat, ille libro secundo sic scribit: Cuiusmodi fortè est venenum pestiferum. Et paulo post subdit: At uero an natura probè agat, transmittente illa putrescẽtes ac uenenatos humores ad alias &c. Qui hanc rem tanquam indubitatam accipiens, eo ipso libro nullam ferè prætermittit antidoti à tota substantia agẽtis descriptionem, quam libentissimè non proponat. Quod si Alexipharmacum in pestiferis collaudat, quamquam dicat siccatione iuuare: attamen etiam à tota substantia prodesse, minime negare audet. Si igitur tam aperte de veneno loquitur, quamobrẽ quæso miratur, me illum Mercurialis & cæterorum comitem constituisse? At ille inquit, se ita huius occultæ qualitatis & ve-

neni

neni hostem fuisse, vt etiam contra venenatæ qualit. assertores disputarit. Sed quid inde? disputauit sanè, at disputatio nil aliud concludit, quam pestiferas ex occulta & venenata qualitate prodire; quod ut vnicuique constet, eius verba legantur, quæ
,, *sic habent: Nos contra verius, & magis,*
,, *ni fallimur, ad Galen. mentem, putridam*
,, *aeris constitutionem pestilentiam perpetuo*
,, *generare existimamus, quotiescunque ad*
,, *talem illa ac tantam putredinem peruene*
,, *rit, quæ tãto malo sit satis. Requirebat hic locus vt Massaria, qui viros tam præstantes de occulta hac qualitate impugnauerat, nobis etiam manifestam, sibique fortè uni cognitam explicaret. Neque enim sufficit illam describere per summum quendam gradum, qui tanto malo producendo sit satis. Ego enim petam, quid per hunc summum gradum intelligere possimus, an fortè humoris putredinem vsque ad elementa; neque enim vlterius putredo perue nire potest, quam vbi mixtum corpus vsq; in elementa dissolutum fuerit, hanc tamẽ*

putredinem

putredinem pestilentiam non constituere, ratio & experientia docet. Ratio quidem, quia quæ corrumpuntur vsque ad elementa sicciora fiunt, in terram & fimum desinunt, consequenter nulli putredini amplius sunt obnoxia. Experientia quoque docet à Gal. pluribus in locis confirmata, in singulis intermittẽtium febrium accessionibus, humores in cinerẽ transire, quam incinerationem puto nil aliud esse, quam humoris illius putrescentis, vsque in elemẽta corruptionem, quam tamen sine pestilẽtia, maiori ex parte cõsistere iã vnicuique constat. Quid igitur dicet Massaria esse hanc summam putredinem, quæ tanto malo sit satis, fortè insignem caliditatem, & humiditatem? at hoc similiter superius falsum demonstrauimus, quando in corporibus obesis calidis, & humidis, febres synochi putridæ sine vlla pestilentiæ suspitione non raro constant: alia vero multa corpora sicciora biliosis, aut pituitosis, vel melãcholicis febribus laborãtia, imo vero quod magis refert hecticis, pestilentiæ sint subie-

cta. Non est igitur corruptio vsque ad elementa, non est insignis caliditas, & humiditas, quid ergo erit hoc manifestum apud Massariam, quod ad efficiendam pestilentiam sit satis? Ipse quoque (vt ingenuè dicam, quod credo,) rem hanc omnino occultam, non autem manifestam censuit, propterea hæc verba statim subiungit, quod si
„ huiusmodi terminum, & gradum putre-
„ dinis quem fortè nemo satis explicare potest &c. Non possum certè hoc in loco non satis mirari virum Excell. qui in improbando Fernelio & Mercuriali de hac occulta qual. quasi manifestam ipse deprehẽderet, talis ac tantus fuit, postea vero ipsum quoq; concludere neminem hanc satis explicare posse, proptereaque subiungare, quod si aduersarii occultam illã aeris
„ qual. intelligere velint iam nullã amplius esse litem. profectò ego minimè vereor, omnes Massariæ facilè esse concessuros, venenatam qual. quæ ex putrida aeris constitutione generatur, vltimum quendam esse terminum, & illius putredinis gradum,

hanc

hanc uero veneficam qual. semper ad summam vel humorum vel aeris putridam cõstitutionem consequi, neque ego facilè consentio, neq; Mercurialem, vel cæteros hoc ipsum libenter accepturos scio. Mihi vero hoc vnum in præsentia, quod demonstrandum assumpseram, ex Massaria accepisse satis esto, illum saltem qual. hanc occultã, siue putredinem consequatur siue non consequatur, minimè negare potuisse, quam pluribus verbis confirmans inquit, quandoquidem omnibus in rebus natura constitutæ sunt postremæ quædam differẽtiæ, atque definiti quidam termini, qui propriã formam, atque vt loquũtur philosophi, proprium esse vnicuique largiuntur, quos propterea proprietatem temperamenti nonnulli appellant, qui certè à nemine satis intelligi, aut explicari posse videntur, ad quem certè modum hunc quoque putredinis gradum efficiendæ pestilentiæ accommodatũ, occultum esse, neque facilè diiudicari posse fatendum est. Si his verbis Massaria & cumulatè, et lucidè, occultæ huius qua-

litatis non meminit, ego sanè absque caussa illum inter cæteros huius opinionis assertores connumeraui: si vero res cõtra se habet, vt vnicuique est in propatulo, certè nõ debebat Mass. hanc veritatem, quæ ab eodem in secundo suo libro apertissimis verbis expressa fuit, & ab omnibus facilè deprehendi poterat, dissimulare, imo vero & in illo priore suo libro, vbi contra cæteros de hoc veneno disputat hæc habet: Præterea vero quid prohibet quo minus aliqua de causa, de qua posterius tractabitur malitiosi quidam, & venenati humores aggregari, putrescere, & corrũpi possint &c. Acceptum igitur sit propriam pestiferarũ omnium essentiam, in occulta hac qualitate consistere, hanc esse maleficam & venenatam, quia citò & maiori ex parte interficit, & Massariam illius impugnatorẽ, eam quoque libenter accepisse, ac plenissimis verbis descripsisse: quanquam in hoc tantum à nobis differat, qui volumus illã ex humorum putredine plerumque quidẽ generari: (Quod ipse quoque concedit;)

nonnunquam tamen, etiam ſine tam magna, aut manifeſta humorum putredine fieri: imo verò ita occulta, & incognita, vt in parte noſtri corporis apprimè ignobili, abſque humorum corruptorum argumẽto & diu lateat. Sed de his ſatis ad indicationes & ſcopos modo trãſitum faciamus.

183

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM De Peſtilentium indicationibus & ſcopis.

L*ONGVM ſanè & tædioſum valdè caput hoc cunctis euaſurum eſſe ſcio, ſi in eo Peſtilentium omnium ſcopos ad vnguem proponere voluero. cum enim iam luce clarius demonſtratum ſit, peſtiferam febrem ad omnia febrium genera & ſpecies pertinere, profectò tot eſſent proponendi ſcopi, quot in ſingulis febrium generibus & ſpeciebus conſiderari ſolent: vt propterea hoc in loco hecticarum, ephemerarũ, putridarumque omnium ſynochorum, ac*

per

per circuitũ repetẽtium, cum inflãmatione & citra inflammationem contingentium indicationes recensere opus esset.

Ne igitur frustra hunc laborem suscipiamus in illis tantum versabimur, quæ magis dubia videbuntur, cæteras manifestiores ex toto dimittentes. Primum autem illud pro comperto apud omnes haberi volo, reuulsionis scopum semper quidem in pestiferis esse accipiẽdum, omnium vero maxime in putridis, vt pote quas minime vereor ex Gal. & cæteris probatis medicinæ scriptoribus, valida & continua ferè reuulsione ac deriuatione egere, quanquam nullum habeant ex illis sympt. adnexum, quod hanc ipsam reuulsionem exquirat.

Adde præterea in Pestiferis scopum refrigerandi, & humectandi à febre desumptum, vt plurimum ita inferiorem locum obtinere, vt ferè ex toto spernatur. Scopum autem à veneno desumptum in pestiferis omnibus, & perpetuum & principem, & quandoque vnicum locum obsidere profiteor. Perpetuum quidem, eo quod nulla sit

pestilens

pestilens absque veneno, Principem vero eo quia ex hoc ipso veneno vera cuiusque pestilentis essentia constituatur. Vnicum denique in hecticis pestilentibus, quæ cum neque ad talem deueniant, neque calore sint vehementes, neque humorum putredinem habeant coniunctam, hinc nec refrigeratione quæ multum nos vrgeat, nec humectatione, neque insigni aliqua humorū euacuatione, sed veneni tantum alteratione, vel eductione egent. Iure itaque in alia quoque mea disput. dictum est, pestilentiū scopos esse vario modo describendos, vt propterea & vnus, & duo, & tres, & quandoque plures adduci possint, habito febris genere, specie, eiusdem magnitudine, patientisque robore, aut infirmitate, quibus omnibus venenata hæc qualitas copulatur. Quæ quamuis non apud me tantum, sed & apud alios doctos viros libenter accipi posse sciam, apud Mass. tamen non vsque adeo libēter admittuntur, imo vero omnia tanquam falsa, & à Gal. doctrina valde aliena reiiciuntur. Quomodo

autem

autem singula ab eo refellantur, à nobis au tem protegantur, iam audiamus.

CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM

Quid obijciat Maſſ. Contra indicationum & ſcoporum à nobis allatam diſtinctionem.

QVAE de indicationibus & ſcopis in peſtiferis conſideratis nuperrimè à nobis propoſita, & in alia quoque iam ſuperiore anno impreſſa diſputatione, dicta ſunt, Maſſ. variis modis refellere conatur; qui cum illud publicè profeſſus eſſet, peſtiferarum curationem aliam nullam eſſe, quam quæ cæteris putridis communis eſt, propterea ſui memor, etiam in ea parte quæ ad indicationes pertinet, idipſum affirmare audet: primũ quidem inquit ſcopũ reuellendi in putridis febribus nullũ ferè locũ obtinere, deinde vero ſubiungit, in peſtiferis nullam aliam excogitari poſſe indicationem aut ſcopum, quam à putredine de-

ne desumptum. Propterea cum videat nos hunc ex veneno acceptum proposuisse, imo vero constanter asseruisse hunc vnum esse illum, cui in febribus pestiferis absque periculo satisfieri posse censeamus. Ipse arbitratus hoc esse figmentum, vel fortè quid deterius, eius impugnationem aggreditur. Sed ante oppugnationem, vt est in nos humanissimus, summā hanc falsitatem excusat. Inquit enim, me nimis festinanter scripsisse, nec illam potuisse diligentiam adhibere, quam publica monumenta desiderant. Ego vero primum quidem me volanti, quod aiunt calamo, id quod nunc etiam facio, scripsisse fateor, non tamen talia, quæ excusatione vlla, si Diis placet, indigeant. Quod enim dixi idipsum repetere non verebor: Cæteros omnes scopos, hoc vno, qui à venenata sumitur qual. excepto, quandoque periculosus esse Etenim si hectica pestilens datur (quod iam demõstraui) & Mass. quoque cõcedit, quid est quæso, cur de hac re tantopere miretur? an fortè vt rudes, & indoctos moueat ad cre-

dendum, se aliquid inuenisse, quod nostrā dignitatem infringere posset, in hæc verba prorumpit: quid tum postea? an fortè de nobis vulgares homines, vel potius docti quique iudicium sunt facturi? Ego sanè eruditis tantum, & præstantibus in arte Medica uiris, hanc prouinciam conuenire existimo, qui optimè norunt, in hecticis pestiferis euacuationes omnes, ea vna excepta, quæ venenatam respicit qualitatem parui momenti, aut etiam ex toto esse suspectas. Illam vero, quæ à veneno desumitur, esse ita præcipuā, vt Gal. quandoq; Pestilētias solis istis remediis, quæ totius substātiæ proprietatē respicere videbantur sanatas, scripserit, quod cū (ni fallor) superius abundè demonstrauerim, pluribus in præsentia repetere nolo, sed Mass. tantū obiectiones contra indicationū nostrarū, & scoporū numerum, ac seriē productas examinare, & cūctis palā facere vtrū nouæ aut plures à nobis fuerint inuentæ, quàm ratio, et authoritas persuadeat. Cum itaque ille à putridis vt paulo ante dixi reuulsionis indicationem

tionẽ tollere videatur; ab hac difficultate etiam inchoabimus, & vtrum reuellendi scopus in putridis febribus à symptoris se iunctis locum habet inquiremus. Massaria igitur à putridis feb. absq; symptomatis consideratis hanc reuulsionis indicationem ideo sustulisse videtur, vt nostra hæc vesicantia oppugnaret, cum enim vesicantia existimet ob reuulsionem potissimũ administrari, dum tanquam apud se manifestissimum accipit, reuulsionem in putridis non esse necessariam consequenter vesicantium etiam vsum prorsus refellere videtur: propterea sic scribit. Ac sanè vt hãc ,, quoque validam rationem adiungam, cũ ,, uesicantia potissimum soleant administra- ,, ri propter reuulsionem, constet autem in cu ,, ratione putridarum Gal. doctore huiusmo ,, di reuulsionis indicationem nullum ferè locum sustinere &c. Ad extirpandam igitur hanc hæresim in præsenti loco (quanuis sciã me illud in dubiũ reuocare, quod est omnibus certissimum, ratione & authoritate luce clarius me demonstraturũ con-

fido, nullam esse putridam febrẽ quæ reuulsione & deriuatione non indigeat. Ad hanc autem veritatem comprobandam febrium putridarum distinctionem à Gal. aliquando propositam tanquam disputationis fundamentum accipio. Febrium scilicet alias esse continentes seu synochas vocatas, alias vero quæ certo ambitu accedant. Cui statim aliud fundamẽtum ex 9. Meth. & 2. de diff. feb. desumptum subiungo. Febres omnes quæ per circuitum repetunt ex certis & determinatis locis affectionem aliquam continentibus proficisci; cæteras autem synochos seu continentes vocatas, in omnibus venis, vel in magnis saltem putredinis forum habere. Hac igitur accepta febrium distinctione pro nunc illud tantum, quod apud me multo manifestius esse existimo, ostendere conabor, in febribus videlicet per circuitũ repetentibus hanc reuulsionis indicationem maximè principem locum habere: nam paulo post quando vesicantium vsum confirmabo, hanc ipsam in continẽtibus quoque necessariam

9. Meth. 5.

Cap. 5.
Cap. vlt.

ſariam eſſe demonſtrabo. Itaque quod ad febres proportionatas pertinet, ſi nullam ex locis patientibus excitatam, abſque humorum fluxione produci poſſe cum Gal. demõſtrauero: neſcio quomodo quiſpiam amplius poſt hac affirmare poſſit, in putridis febribus reuulſionis ſcopum, nullum habere locum, quando reuulſio eſt fluentium humorum in non decentem locum retractio; in febribus autem ſemper fluxio circa acceſſionum initia ad indecentes partes impetum habeat. Gal. igitur veritatẽ hãc pluribus quidem in locis demonſtrauit, præcipuè vero in illo ſecundo de differentiis feb. quo in loco multis verbis, optimè demonſtrat, febres omnes quæ per circuitum repetunt, ex loco aliquo patiente excitari, ad quem in principio acceſſionis humorem vel attractione, vel impulſione confluere ſcribit attractione quidem ex calore, & dolore, impulſione vero ob partis impellentis robur & ſuſcipientis infirmitatẽ. Quæ cum clariora ſint, & ab ipſo longa ſatis & eleganti oratione expreſſa, ſuper-

Cap. vlt.

uacaneum omnino existimo ea nunc temporis his meis scriptis potius obscurare, quam lucidiora reddere. Hoc igitur etsi de omni febre, per circuitum repetēte, propterea illas etiam, quæ ab inflammatione prodeunt, comprehendere, veritatem contineat, nihilo minus, aliis etiam in locis à Gal. singillatim de inflammationibus testatum est has omnes ex fluxione ortum ducere, scribit enim 13. meth Ac communis omnium phlegmonorum generatio ex sanguinis influxu est, copiosioris scilicet quam pars postulet. Id quod plenius etiam in libro de tumoribus præter naturam, & lib. de inæquali intemp. significauit, si igitur omnes febres per circuitum repetentes ex determinatis locis, ortum ducunt, & singulæ exacerbationes ex noua fluxione in affectam aliquam partem confluente, excitantur, sanè statim me etiam tacēte, scopū reuulsionis insurgere, vnicuique compertum est. Propterea Gal. non tam obscurè huius reuulsionis mentionem fecit, vt à viro etiam excellentissimo deprehendi non

Cap. 3.

Cap. 2.

Cap. 3.

potue-

potuerit, qui tamen reuulsionem in putridis Gal. minimè cognitã fuisse asserit. Sic enim scribit Gal. 13. meth. De reuulsione, Cap. 12. *iecinoris inflammati exemplo verba faciens, ergo pariter, tum reuellendus, tum ,, educendus, qui ad iecur fluit sanguis est; ,, & primo ad Glauc. quando, vel per ætatem, vel alias id genus causas, patientem nõ liceat venæ sectione curare, Gal. ad frictiones, clysteres, perfusiones, & balnea, omnia sanè reuulsoria, se conuertit, id quod singillatim, in curanda syncopali ex crassis, & frigidis humoribus excitata ad vnguem exequitur: denique generali sermone de omni fluxione siue cum inflammatione excitata, siue absque inflammatione noxam inferente, verba faciens lib. artis* Cap. 91. *medic. inquit, huius influxus sanationem, esse eiusdẽ humoris influxi euacuationẽ, quæ fit duplici ratione, aut quando humor influxus, per ipsammet particulam euacuatur; aliàs vero quando retrocedit. Retrocedit autem vel impulsus, vel attractus, vel transmissus. Impulsus quidem*

reper-

repercutientibus & astringentibus, attra-ctus autem reuellentibus & totum corpus euacuantibus: propterea scribit Gal. ad
„ hæc igitur ambo totum corpus euacuare o-
„ portet, aut omnino ad alia loca attrahere,
„ quod patiẽti particulæ influit. Quid quæso ad has Gal. autoritates respondere poterit Massaria? has esse de fluxionibus inflammationem excitantibus intelligẽdas, sed præterquã quod in primis hoc falsum est, accedit etiam omnes febres per circuitum repetentes circa accessionum initia et incrementa affectionem omnino inflãmationi similem continere. Falsum esse Gal. solas fluxiones, inflammationes excitãtes, retrahẽdas esse censuisse, satis demonstrãt, verba eiusdem Gal. in illo cap. 95. artis Medicin. citato: loquitur enim ibi Gal. de omni fluxione, siue venas tãtum partis repleat, siue etiam in spatia effundatur. Cæterum neminem ignorare puto, humorem adhuc in venis contentum inflammationẽ non excitare, sed illum tantum qui in spatia, & extra venas effusus fuerit, vt ex iis

quæ

quæ de gignẽdarum inflam. modis scripsit Gal. cuique constat. Qui autem Galenũ de vtraque fluxione verba facere certior reddi voluerit, locum illum adeat, neque enim post illius lectionem vllus hac in re scrupulus relinquetur. Has vero fluxiones etiamsi legitimam inflammationem nõ efficiant, saltem effectum inflammationi valde similem excitare posse, docuit Gal. in illo secundo de diff. Feb. vltimo his verbis. Quod igitur in hisce omnibus inspi- „ cere licet, venas quidem in his partibus, „ quæ exacerbantur in tumorem attolli, at- „ que inflammationẽ augeri, ac dolores in- „ tẽdi, ac materiæ inutilis affluxum ad ex- „ trinseca fieri, ita & in interioribus quæcũ- „ que non videntur, seruare eãdem propor- „ tionis similitudinem concipiendum &c. „ Si igitur omnis febris circuitum habens ex fluxione fit de fluxione, quæ affectum inflã- mationi similem efficit, si in omnibus fluxionibus, & in principio inflammationũ ex Galeni præcepto reuulsio est necessaria, profecto in omnibus quæ per circuitum re-

petunt, eamipsam reuulsionem concedere cogimur. Sed de hac re de qua inferius etiam aliqua dicemus, pro nunc satis, ad alia veniamus.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM

In quo examinantur aliæ obiectiones à Maſſ. contra inſtitutam à nobis de Peſt. febrium indicationibus doctrinam.

PLVRA ſanè potuiſſē afferre Gal. loca & rationes, ex quibus, ſi non aliis, ſaltem Maſſariæ conſtaret ſcopum reuellendi in omnibus putridis à ſymptomatis etiam ſeparatis locū habere. Sed hæc pauca volo ſufficere, tum quia rem ſatis conſpicuam, & à cunctis ferè conceſſam eſſe arbitror, tū verò quod paulo inferius optima occaſione hoc argumentum denuo repetere cogar, dum ſcilicet oſtendam, in putridis, non modo reuulſionem eſſe neceſſariā, ſiue ſint ex illis quæ per circuitum repetūt, ſiue

siue ex conclusis, sed eã quoque in cutẽ, & per vesicantia factam, esse administrãdã. Itaque hoc tempore his paucis contentus ad alias Mass. obiectiones me cõfero, quas contra ea quæ de scopo refrigerandi, & humectandi diximus, attulit. Cum enim inter cætera quæ à nobis in recensendis indicationibus dicta sunt, duo hæc præcipua cõtineantur. Primum quidem, scopum humectandi in pestiferis non vsque adeo primum locum habere, vt quandoque ex toto etiam non prætermittatur. Alterum vero ad refrigerationem spectat, diximus enim similiter in pestiferis refrigerationem non esse ita primario intentam, vt quandoque sperni non possit. Mass. igitur qui anxiè omnem oppugnandi occasionem quæritauit, statim contra hæc duo insurgit, & propositionem nostram indefinitam, vniuersalem vniuersaliter efficit, ac si dixissemus, in pestiferis nunquam humectandi, aut refrigerandi scopum, locum habere. Quod reuera nec dixi, nec dicere potui, cum non modo in putridis pestiferis indicationes

omnes à putridine desumptas concesserim, & pestiferam omnibus febribus etiam ardentibus coniungi docuerim: sed etiam in curatione, quando opus sit, sero caprino, & aliis humectantibus vtendum esse subiecerim. Ille itaque propositionem, vt dixi, indefinitam facit vniuersalem vniuersaliter, cum tamen ego de solis illis pestiferis intelligam, quæ minime siccæ sunt, imo vero multa humiditate refertæ, in quibus corpora omnino exsiccanda potius quam humectanda docuit Gal. & Auic. Nec est, quod dicat Auicennam exsiccationis nomine, euacuationem per venæ sectionem & medicamentum intelligere. Etenim, quamuis huic expositioni libenter assentiar, non puto tamen Mass. mihi negaturum, hanc exsiccationem aliis quoque auxiliis perfici posse. Idcirco Gal. omni ratione, nō autem sola venæ sectione, aut purgatione corpora exsiccanda esse scribit. Quod & ratio ipsa à Mass. descripta persuadet, qui existimat, has febres non ex alia caussa, quam ex insigni humorum putredine

In dif. feb. 3.

tredine

tredine oriri. At vero insigni putredini, quæ ex caliditate, & humiditate ortũ ducit, refrigeratio & siccatio conuenit. Sed quid plura? si Mass. tamdiu contra nos cõtendit, bolum Armenum, & Theriacam à Gal. & cæteris pro vnica tantum exsiccatione vsurpari, ad quid tãtopere in hac re laborat, vt ostendat, in pestiferis scopũ exsiccandi non esse, sicuti nos asserimus vsque adeo præcipuum? aut humectandi scopum in iisdem ita reiiciendum? Si enim Theriaca, & bolus Armena pro vnica exsiccatione vsurpantur, sanè cõstat Gal. & cæteros, qui & iis, & aliis fortè sicciorıbus vtuntur, humectandi scopum nõ magnifecisse Itaque humectationem in quibusdam pestiferis biliosis, & ardẽtibus minimè post habendam esse censemus, ibi autem siccitas multum nõ vrgeat, quamquã in putridis non pestiferis, humectandi scopus præcipuũ locum sibi vindicare videatur, dicente Hipp. Humidus victus omnibus febricitantibus conuenit. In iis tamen pestiferis, nemo est, qui libenter ex-

siccatio-

ſiccationem potius quam humectationem non moliatur, qui hac ratione, (nec iniuria) exiſtimat, ſe vlteriorem putredinem cohibere, & veneni generationem arcere poſſe. Itaque nulla hac in parte, in ea noſtra diſputatione apparet falſitas, aut contrarietas. ſed fortè dicet Maſſ. me ſaltem manifeſtæ contradictionis in ea parte conuinci, quæ ad peſtiferarum caliditatẽ pertinet, cum aliquando dixerim, dari peſtiferas ita tepidas, vt nec ex pulſu, aut calore, vel ſiti, aut aliis id genus ſignis deprahendi poſſint; cum tamen paulo poſt, (vt dicit Maſſ.) meiipſius oblitus, febres has peſtiferas vrentes & feruentiſſimas eſſe exiſtimem. Quæ primo aſpectu profectò contraria inter ſe videntur: ſi tamen rectè intelligantur minimè contraria ſunt, ſed Gal. Auic. aliorum denique omnium, imo vero ipſius etiam Maſſ. dictis conſentientia. Nam quod toties dixi, id nunc etiã repetere cogor, peſtiferas febres ad vnicum genus, vel ſpeciem non pertinere, neque vt plurimi exiſtimant, ſynochos tantum eſſe;

dantur

dantur enim pestiferæ etiam in corporibus frigidis humidis pituitosis aut melancholicis excitatæ: dătur etiam hecticæ in quibus, Gal. auctore in illo tertio de præsagio ex pulsibus, nullum febris argumentum apparet. Itaque si quasdam pestiferas frigidas, aut tepidas vocauimus; alias autem calidas, & perurentes, non contradictoriā doctrinam, sed verissimam, experientiæ, auctoritati, et rationi consentientem attulimus. Quam veritatem, minimè credendum est, Massariam lynceis oculis donatū, non vidisse; sed quod iam pluries notaui, hoc etiam loco animaduerto, illū, quando aliter nos impugnare non potest, saltem ad figmenta descendere, vt videat, an si non alios, saltem indoctos homines adducere possit, ad credendum magnam se contra nos disputandi occasionem habuisse. Neque est quod dicat, febres illas quas nos tepidas vocamus, extrinsecus tantum tales esse, cum tamen interiora in illis vrantur. Nam etsi non inficior, magnam pestiferarum putridarum partem, interiora ignea,

Cap. 4.

exterio-

exteriora algida continere, nihilominus certo quoque ſcio, ex Gal. loco citato, atq; aliis locis, dari etiam peſtiferas in internis partibus mitem calorem obtinentes: de quibus loquēs Gal. in illo 9. ſimpl. cap. de Terra ſamia, dicebat, terram ſamiam iſtis mitioribus ex vino eſſe præbendam. Quod ſi internum, Gal. ſuppoſuiſſet, etiam in iſtis abundare calorem, profectò vinum minimè conceſſiſſet. Auicenna quinetiam, (à quo putat Maſſ. ſe deſumere, febres putridas, quas nos tepidas vocamus, interius tantum vrentem habere caliditatem, cū

„ *dicat: Hæc febris eſt quieta exterius, tur-*
„ *bans interius) in fine cap. hæc habet, quæ luce clarius demonſtrant, dari hoc genus peſtiferarū, quæ neque interius, neque ex-*
„ *terius febris formam præ ſe ferūt: Et quā-*
„ *doque eſt de iis febribus peſtilētibus, in quæ*
„ *non percipit æger, nec tangens propinquus,*
„ *multitudinem caloris, & nō alteratur pul-*
„ *ſus, & cum hoc ipſa eſt interficiens veloci-*
„ *ter, & hæſitant medici in eſſe eius. Concluſio igitur omnium, quæ in hoc cap. de-*

claranda

Dar. pestilentes exterius, et interius mites.

1. 4. tr. 4. cap. 2.

claranda propoſuimus, hæc ſit, in omnibus peſtiferis primũ ſcopum ad venenatã qualitatẽ dirigi: in hecticis ad hãc primo, deinde vero ad intemperiem calidã ac vires vitales: in putridis & ad hæc iã propoſita, & ad alios ſcopos omnes, qui putridis conueniunt, tam in genere, quam in ſpecie. Neque enim obſcurum eſſe exiſtimo, alias eſſe indicationes in ſynochis ſeu continentibus, alias in proportionatis, quaſdam in calidioribus, alias in frigidioribus, nonnullas in iis, quæ ex inflammatis locis accenduntur, aliàs vero in iis, quæ abſque inflãmatione excitantur. De quibus nunc longius diſſerere nolo cum hæc tantum in præſentiarum dicta, ſufficere poſſe putem, itaque ab indicationibus ad quæſtionem examinandam me conuertam, utrum ſcilicet veſicantia in hiſce peſtiferis pro reuulſione conueniant.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM

Primæ ratio ad probandum vesicantia in pestiferis conuenire.

MVLTA quidem sunt argumenta, quibus vesicantia in pestiferis febribus pro reuulsione conuenire cōfirmari potest, & hæc maiori ex parte ex præmissis iā in secundo hoc libro propositionibus desumuntur: non est tamen locus in præsentia à Galeno ex libro de humoribus, & reuulsione desumptus vlla ex parte prætereundus. Ex eo enim apertè quidem colligitur ad fluxiones in caput & thoracem tendentes acria medicamenta (quæ nos vesicantia vocamus) manibus & pedibus imposita conuenire: tacitè tamen & ex cōsequēti pestiferis etiam competere omnis ratio persuadet. Etenim pestilentes febres maiori ex parte hanc in cerebrum & cæteras omnes principes partes fluxionem obtinere nemo ambigit, ut propterea si vesicantia à Galeno pro hac tam improba fluxione reuellenda

cap. 2.

uellenda vniuersaliter proponũtur, neque à febribus in genere acceptis, minus verò à pestilentibus excludi possint. Non quidem à febribus; quis enim quæso fluxionem in cerebrũ aut thoracem, quæ acribus medicamentis indigeat, absque febre animo concipere poterit? Nemo sanè, quãtum ego cẽseo, iure arbitrabitur has partes alioquin nobilissimas ita repleri, vt Medicum ad tam validam reuulsionem efficiendam sollicitẽt, nisi aut phrenitim, aut lethargum, pleuritim, vel peripneumoniam, vel aliam consimilem grauem affectionem incurrãt. Si enim horum malorum nulla adsit suspitio, cur ergo Galenus, qui alios plures reuellendi modos acribus medicamẽtis multo mitiores cognouit, hunc omnium efficassimum proposuit? Præterea verò quis est redundantiæ ad caput & thoracem confluẽtis cognoscendi modus, quàm is, qui à grauibus symptomatis circa has partes apparentibus, vigiliis, doloribus, deliriis, sopore, anhelitus difficultate desumitur? Talia autem accidentia ex fluxione absq; fe-

bre excitari posse, ab omni ratione alienum est. Itaque si vesicantia in his fluxionibus conueniunt, ergo & in febribus, quæ fluxionibus necessariò connectuntur, administrari possunt; has autem febres aliquando posse pestiferas esse, nemo iure inficiabitur; sequitur ergo, Galenum locis iã citatis, redundantiam ad præcipua viscera tendentem, vniuersaliter per acria medicamenta curantem, ea ipsa in pestiferis etiam admisisse. Non negauerim quidem, quod puto esse vsque adeo verissimum, has easdem fluxiones etiam extra febres per acria medicamẽta superari posse: verũ hoc mihi etiam concedi peto, Galeni sententiã generaliter ibi prolatam, non esse ad fluxiones extra febres tantum consideratas limitandam; immo verò propter rationes iam propositas à loco affecto, & à medicamenti efficacia desumptas potius ad febres, quã ad alias affectiones extra febres esse referendas. Quibus sic iam constitutis ad potiores rationes me conuerto.

CAPVT VIGESIMVMQVINTVM
Aliud argumentum, ad probandum vesicantia in Pest. conuenire.

QVAECVNQVE hactenus de pestiferarum naturã et indicationibus dicta sunt, ea omnia nemo existimet à nobis extra rem, & præcipuam intentionẽ esse dicta: imò vero cum singula ferè capita singulas nobis demonstrationes constituant, idcirco ad præcipuum nostrum intẽtum confirmandum, in pestiferis scilicet vesicantia conuenire, maximè faciunt. Itaque cum primo capite ad harum febriũ naturam spectante inter cætera decretum sit, pestiferas febres quandoque à peste, nec causis proximis, nec remotis, nec subiecto aut genere differre, alias verò quæ quadantenus differunt, semper tamen in essentiali causa conuenire: sanè ex hoc inferre posse videor, pestiferas vesicantibus esse tractandas. Cum enim in peste Massaria hæc ipsa remedia minimè inualida esse existimet,

met, subinde ob iam dictam rationem à pestiferis, ex quacunque tandem remota causa excitentur, non sunt ableganda. Quòd verò in peste à Massaria cōcedantur, vnicuique ipsum legenti constare posse puto, cuius vnius autoritatem, cæteris omnibus prætermissis, subscribere satis esset, cū quia quod quærimus ex aduersario confessum accipimus, tum verò quia ex antiquioribus & probatis Medicis nullum de Peste librum tam accuratè conscriptum ad nos deuenisse, quales hoc nostro æuo cōditos esse videam; & propterea neque de tali remedio, neque de aliis apud illos tam diligentem factam esse mentionem, qualem apud recentiores habitam esse cognoscam: propterea aut nullam ex ipsis, aut leuē saltem pro vesicant. cōfirmationem desumere possumus: attamen paruula ex illis desumpta non erit præter rationem afferre. Itaq; Rhazes libellum edidit de peste, & hunc medendi scopum, qui scilicet ad exteriora quam primum venenum attrahat, optimè nouit, quod & Ruffum ex Oribasio, Aetiū

Paulum

Paulum, atque Auicennã fecisse video: nullum tamen ex illis Paulo excepto vesicatorii nomen in vsum habuisse fateor. At si Rhazes remedia multo periculosiora, si unusquisque illorum calida omnia ingenia in cutẽ attrahentia proponit, profectò etiam ratio persuadet, ut minus periculosa ac minus molesta, qualia sunt hæc vesicatoria, à Rhaze & aliis libenter accipiãtur. Itaque eorum verba audiamus, & primò Rhazem, qui hæc habet: Aeger operimento contectus incalescat, collũque probè pannis tueatur, deinde aquam feruentem ollis paruis inditam, partim antè, partim retro corpori apponito, vnde vapor in totum euocetur, excepta sola faciè, vt cutem rarefaciat, & recrementum ita perspiret: Præter hæc corpus infricare, & aquam calida fouere oportet, vti diximus, quoniam balnea, solia & labra tali affectui aduersantur &c. Oribasius quoque ex Ruffo hæc scribit: Si verò ardor interiora occupat, extremaque algent, & summa cutis est frigida, præcordia tenduntur, venter colliqua-

Li. sympf. cap. 25.

,, *liquationes partim sursum, partim deor-*
,, *sum mittit, vigiliæ vrgent, deliria fiunt,*
,, *lingua est aspera, iis calefacientibus opus*
,, *est, ut calor per totum corpus diffundatur,*
,, *& ab interioribus partibus ad exteriores*
,, *trahatur, quacunque fieri poterit ratione*
,, *enitendum.* *Aetius: Si vero ardor occu*
,, *pauerit interiores partes, extremitates au-*
,, *tem & superficies frigidæ fuerint, &c.*
,, *addit: his calfactoria fomenta adhibere*
,, *oportet, vt calor ad superficiē corporis tra-*
,, *hatur, & quibuscunque id fieri potest mo-*
,, *dis, conandum est, vt calor ex profundo ad*
,, *externa educatur. A quibus minimè dis-*
,, *sentit Auicenna, qui inquit: Quod si res*
,, *prolongetur ad hoc ut tendātur hypochon-*
,, *dria, &c. tunc necesse est administrare re*
,, *gimen trahens caliditatem exterius. His*
quoque alii plurimi connecti possent, sed
unicum Paulum audiamus, qui tanquā
horum omnium interpres non solius calo-
rifici medicamenti in genere meminit, sed
illius in specie, præ cuius ardore cutis exul
ceretur. Sic enim habet post enumerata

1. Tetrab. 1. cap. 95.

Prima 4. tract. 4. cap. 4.

omnia symptomata pestiferis propria: Qui „ bus eiusmodi adsunt symptomata, calori- „ ficis opus est, quo vlceretur præ ardore un- „ dique corpus, & si qua alia via possibile „ est ex imis corporis partibus ad exteras feruorem euocari atq; subduci. Vtrum quid clarius inueniri possit, ego plane ignoro, quoniam uideo Paulum exulcerantis medicamenti, non extremis tantum partibus ut nos facimus, sed toti corpori adhibendi tam manifestam mētionem facere, vt qui hæc exulcerantia ex hoc loco non colligit, certè ex nullo alio possit colligere. Vtrum verò cutis ulceratione aliud quàm vesicatorii operationem intelligat, cœteros iudices esse volo. Etenim si vesicatorium non audiant, at certè causticū subaudire oportet, quod sanè & multo periculosius esset, neque necessitati satisfaciat. Itaque apud Ruffum, Oribasium, Aetium, Paulum, Auicennam vesicatorii vsum in pestiferis fuisse acceptum, non est in dubium reuccandum. Adderem profectò hic quoq; aliorum quorundam auctoritates; sed vereor, ne

Massaria omnes cõtemnat. Etenim cũ anno elapso Galeni auctoritati Rabbi Moysem superaddidissem, ille se Rabbi Moysem hunc parui facere scribit: propterea si illius hoc quoque tempore mentionem fecero, profectò ipse iterum hunc uirũ reiecturũ scio. Quod si erga hunc id fecerit, quid ergo faciet in Mercurialem, Hollerium, Nicolaum, Massam, Philippum Ingrassiam, Iacobum de Partibus, Nicol. Florentinum, Marsilium Ficinum, Vesalium, Alexandrum Benedictum, Ioannem de Vigo, Sauonarolam, atque Octauianum Roboretum & alios plurimos, qui tantopere vesicantia in his casibus commẽdant? profectò omnes pro nihilo habebit, omnes repudiabit. Quod si fecerit, quid ergo in se ipsum efficiet? certè ne mihi hanc rem gratam faciat, ut fateatur, in uesicãtibus pro pestiferis quid utilis reperiri, etiã se ipsum abnegabit, & falsæ doctrinæ se reum faciet, & palinodiam cantabit, quod in sua illa disputatione fecisse visus est. Scribit enim se in libris duobus de peste

alias

alias conscriptis multa dixisse, quæ sibi minus placent, cupereque non nulla distinctè magis, & accuratè fuisse tradita. Sed ne me de hac re triumphantem relinqueret, quod scilicet, si non in præsenti tempore, at saltem aliàs ille eandem quam ego de vesicantibus opinionem habuerit, statim subiungit, multum differre propriam eius opinionem à nostra; qui dicit, se non alio tempore quā in præseruatione, & post uniuersam tantum corporis euacuationem ea recipienda esse censuisse. Ego uerò quamquam non uereor, illum vesicantia ad præseruationem adhibuisse; attamē certò scio eundem quoque pro curatione eorum utilitatē cognouisse, & recepisse. Etenim cum ipse duobus locis hæc remedia in prærseuatione summoperè laudasset, dum diligenter examinat, vtrum in curatione conueniant nec ne, tandem hæc verba scribit: Si tamen ita ferat occasio, ut post corporis eua„ cuationem illis sit locus, non omnino for„ tasse fuerint contemnenda. Hæc sanè de„ præseruatione inteligi non possunt, quia de

lib. 2. pag. 65.

hac apud Massariam nullà fuit ambiguitas, de curatione verò aliquantulum hæsitauit, denique verò in hac uerba concludit, quæ vesicantiū vsum in pestiferarum curatione admittunt. Et sanè ille qui veritatem à nobis quoque explicatam confessus fuerat, pestis tempore nullum cadauer cauterio aut vesicatorio signatū visum fuisse, debebat quoque confiteri, non minus eos qui ante morbum, quàm illos qui in ipsomet morbo vesicantia habuerāt, illorum ope à pestilenti lue fuisse seruatos. Itaque iam Maſſ. nobis hoc Antecedens admittat, quod certè & rationi, & auctoritati, & experimento consentaneum est. Etenim hoc sic supposito, ad consequentiam probandam me conuertam, quæ sanè ex superius declaratis statim sequitur: Nam si febres pestiferæ aut sunt vnum, & idem cum peste, aut si quæ est distinctio, ea tantum in remoto genere, & remota causa conspicitur, quòd scilicet pestis ex cōmuni causa, pestifera verò ex priuato victu proficiscantur, sanè quæ pro expugnanda pestis proxi-

ma

*ma causa accipiuntur, ea quoque pro ex-
pugnanda proxima pestiferæ sporadicæ ca-
usa vsurpari debebunt, At in peste vesican
tia ob hanc proximam venenatamq; cau-
sam conuenire diximus. Ergo eadē in spo-
radica pestifera administrare oportet. Scio
Massariam hanc consequentiam impu-
gnasse: sed quantum eius obiectio valeat,
paulo post explicabo. nunc autem ad alias
rationes deuenio.*

CAPVT VIGESIMVMSESTVM
Quòd vesicantia in Pestiferis conueniant, quia sunt ex genere putridarum, quæ per circuitum repetunt.

*CVM iam duo hæc superius à nobis demonstrata
fuisse sciam: quorum primum quidem est, pestilen
tes febres ad illas quoque
pertinere, quæ per circui-
tus repetunt, siue loci ex quibus accenduntur, cum inflammatione, siue citra inflam-
mationem*

mationem fuerint. Secundũ verò, easdem quæ per circuitus repetunt, inter cæteros scopos scopũ etiã reuellendi semper requirere; nunc videor ex hisce duobus fundamẽtis tale argumentum inferre posse. Pestiferæ quæ ex harum febrium per circuitum repetentium numero sunt, reuulsorio egent auxilio; Ergo vesicantibus. Antecedens sanè nemo negare poterit, quia si omnes per circuitũ repetentes reuulsione egent; Ergo & pestilentes, quas ex tali febrium specie esse contigerit. Consequentia autem probatur: etenim si reuulsione egent, ergo & reuulsione in cutem, imò uerò præcipuè in cutem. Sed ex reuulsionibus in cutem, nulla vesicatorio est præstantior. Ergo hæc cæteris est præferenda. Video autem hìc duo præcipua mihi esse probanda. Vnum quidem, in his febribus reuulsionem in cutem esse necessariã: Secundum verò, eam quæ fit per uesicantia, cæteris esse vtiliorem. Itaque vtrunque sigillatim confirmabo. Quod igitur ad primum pertinet, reuulsionem ab intro ad foras esse opportunam,

Gal.

Gal. ipse & lib. de humor. Com. 13. & alibi apertè docet, qui omnẽ inquit fluxionem per opportuna loca esse retrahendam. at verò in febribus per circuitum repetentibus fluxiones ad interna viscera, non ad ambitum corporis fieri, ego cùm Galeno semper verũ existimaui, & nunc quoque existimo: propterea necessariò sequitur, talem fluxionem tanquam improbam, à loco nobili ad ignobilem, ab interno ad externum esse deducendam. Itaque reuulsoria in cutem sunt necessaria. Confirmatur autem quia febris morbus est communis, & partes à quibus excitatur, sunt tam variæ & diuersæ, vt nulla ferè sit interna nostri corporis pars, quæ aliquando febris focus esse non possit. Ideo cum reuulsionis locum eligere oporteat, qui cunctis partibus determinatis, & toti corpori sit communis; talem esse solam cutẽ, minimè verò cætera excretionis loca vnicuique cõstat. Etenim Gal. auctore rectum intestinum ab intestinis, ventriculo, mesaraicis, & concaua iecoris; vrinarius meatus à vesica, renibus,

31. Math. 18.

vena

vena caua, arteria magna, gibbo iecoris, omnibus partibus circa Lumbos; Aspera arteria à pulmonibus, & pectore; os & nares à cerebro & inuolucris tantũ reuellare & deriuare possunt, cutis autẽ vniuersa & ab his partibus, & à quibuscunq; aliis sub ea contentis indifferenter educit. Quæ cùm ita sint, & nos plerunq; partẽ, ad quã fluxio fit & à qua incipit ignoremus, consequenter de loco, ad quem facienda sit retractio, vtrum scilicet ea per intestina, an per vrinarium meatum, vel per asperam arteriam, os & nares fieri possit, ancipites simus, idcirco ad cutem reuellere omnino expedit, & eo magis cum cutis ex Gal. lib. de Morb. Caus. omnium aliarum partium extima collocata, nõ absque ratione, totius corporis recipiat excrementa: Hinc Hippocr. etiam 4 acut. 84. sic scribit: Morbi omnes soluuntur vel per os, vel per aluum, vel per vesicam, vel per aliam, quæ talis sit, partem: Sudor autem morbis omnibus est communis. Itaque hoc etiam concesso, conuenienter ad intestina, uentriculum,

cap. 6.

vrina-

urinarium meatum, aliasque propositas vias fieri reuulsionem, & deriuationem, non tamen ex hoc sequitur, cutem sine reuulsoriis esse relinquendam, posteaquam hæc omnium est imbecillior, & ad suscipienda totius corporis excrementa deputata, cum Gal. auctore loco iam citato, neque coctionem, neq; alimenti digestionem, neque sanguinis generationem, neque pulsum, neque respirationem, neque uoluntarium motum, neque omnino operationem aliquam afferat animali. Quibus etiam illud accedit, talem reuulsionem ab intro adforas simul cum aliis iam propositis à Gal. in putridis fuisse institutam, qui 11. Meth. ea quæ putruerunt, non tantum per urinas, aluum, & os ventriculi, quantum etiam per cutem expelli debere consulit. Et in illo de Morbor. causis non obscure ostendit, omnia ea instrumenta, quæ expurgandæ materiæ inutilis gratiã (inter quæ est cutis) natura molita est, in internis morbis duplicẽ ob causam omni studio esse aperienda; primum quidẽ, ut si ipsa propter

c. 8. & 9.

cap. 6.

ter humorum abundantiã non ſuffecerint, arte alia multa aperiri & in cute ipſa excitari poſſint. Secundò autem, ut ſi fortè fortuna illa eſſent ſtipata & impedita, impedimentum ab illis tollatur; hoc autem ſi non fiat, profectò multoties contingere poteſt, nobiles & præcipuas partes multò grauius vexari. Quem locum iiſdem ferè uerbis uel paulò diuerſis, à me in ſuperiori etiam Diſputatione propoſitum, Maſſaria fingit ſe non intelligere, & inquit, ſe bis ac ter ipſum attentè legiſſe, neque talem concluſionẽ haurire potuiſſe, imò uerò pro certo habere, talem in Gal. minimè contineri. Ego verò mihi ipſi perſuadere nolo, virum Excellentiſſimum, in lectitando, & intelligendo Gal. tantopere verſatum, ad cæteros erudiendos inſtitutũ, locum Galeni tam manifeſtum intelligere nõ potuiſſe ſed ita finxiſſe, vel quòd locus contra illũ eſſet, uel propter aliam cauſam aliis fortè quàm mihi ipſi magis conſpicuam. Loci enim eo quo nos propoſuimus modo obſcuritatem, & diuerſam à noſtro ſenſu intelle-

ctionem

ctionem non finxisse, quia contra illum esset, sequentia illius verba declarant, quando id quod negat in Galeno cõtineri postea recusare non audet. Itaque prætermissa huius causæ inquisitione, locũ examinemus.

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.
In quo examinatur locus primo de Morb. Cauſ. 6.

VT videamus. nunquid Caput Sextum primi de Morb. Cauſ. id contineat, quod paulo ante diximus me vel ante omnia, Galeni mentem explicare oportet. Erat autem Galeni intẽtio in eo Cap. Causas compositorum morborum, qui similares partes inuadunt, declarare. Itaque prope finẽ capitis vniuersaliter asserit, omnes morbos à se propositos fieri, naturã subinde ad partes ignobiliores materiam deponente. Hanc uerò depositionem inquit, ex naturalibus facultatibus prodire: etenim robustiores partes superflua semper ad imbe-

cilliores protrudũt. Ne quis verò crederet per imbecillam partẽ semper se ignobilem & à natura pro expellendis ex crementis institutam intelligere, ille statim constituit tres partium imbecillium præcipuas differentias: Prima est illarum, quæ à primordiis generationis propter aliquem errorem imbecillitatem contraxerunt: Secunda est earum, quæ non à natiuitate, sed progressu temporis ex uariis causis non naturalibus, & præter naturam imbecillitatem, susceperunt: Tertia & ultima est earum quæ à natura ipsa imbecillitatem ideo acquisiuerunt, ut totius corporis & nobiliũ partium excrementa euacuarent. Talia quidem multa sunt, nihilominus Gal. ipse eò loci cutis tãtum meminit, quam inquit cœteris esse imbecilliorem; cui ego quoque inhærens non dixi solam cutem esse inbecillem (quod mihi obiicit Massaria) sed hoc tantum volui, (vt habent uerba quæ posui,) cutem cœteris esse imbecilliorem. Verum hæc missa faciamus. Triplici existente partium imbecillium differentia, nemo

ignorat

ignorat imbecillia à natura instituta esse cutem & glandulas, os & nares, rectum intestinum, ac cœteras id genus partes: imbecilles uerò à primordiis generationis, uel etiam post ipsum ortum possunt esse singulæ partes, tam internæ quàm externæ tã principes quam non principes, ut propterea, quæ cunque pars aut calida aut dolẽs, aut laxa & viis amplis donata, siue ab ortu siue post ortum, ista ad recipienda excremẽta, non minus sit apta quam naturalia ipsa instrumenta, imò vero quandoque magis. Duplex autẽ est casus, in quo hæc pars etiam si nobilis, aptior ad suscipiẽda excrementa, quàm naturalia instrumenta, reddi poterit, quando scilicet aut tanta est excrementorum copia, ut ex consuetis locis tota expurgari nõ possit: alter autem, quãdo huiuscemodi naturalia instrumẽta occlusa & impedita fuerint: tũc enim nobiliores partes, aut à natura, aut ex morbo imbeciliores redditæ, excrementa ipsa suscipiẽt. Totum verò hunc sensum non esse imaginarium, sed ex Galeni verbis desumi, facile

cilè vnuſquiſque deprehendere poterit, ſi Galeni verba eo modo quo in textu habẽt, adducantur. In primis verò afferam verba Galeni, quibus triplicem illam imbecillium partium differentiam proponit, ſic enim ſcribit: Nam ſuperfluus humor, ut „ qui à partibus omnibus robuſtioribus expel „ latur, ac nullibi conſiſtere queat, tandem „ ad imbecillimã omnium peruenit partẽ, do cens verò quæ ſit hæc pars imbecillima, „ ſubdit. hæc uerò alia atque alia in diuerſis „ corporibus exiſtit, aut quia in prima animalis formatione eidem parti aliquis error obtigerit. Ecce primam imbecillium partium differentiam, ſecundum quam multi oriuntur claudi, cœci, gibboſi aliiſque etiam partibus internis imbecilles, ut alii conquerantur de capite, alii de thorate; nõ nulli de uentriculo, alii uerò de aliis partibus. Apponit deinde ſecundam, di„ cens: Aut poſtea aliquam ſuſceperit noxã hæc eſt ſecunda imbecillium partium differentia, ſecundum quam ex caſu, percuſſione, nimio inſolatu, potu uini generoſi,

aut

aut aquæ, nimio coitu, uigiliis, aut crapula, uel alia id genus causa, huic una, alii altera pars imbecillior fit, ut ex hac deinde imbecillitate, tot internis morbis præbeatur occasio. Tertia & ultima differentia omnibus manifesta, est partium imbecillium à natura institutarum, quam ipse describit his uerbis: Aut quia talis na-,, tura esse debeat, quemadmodum cutis. His declaratis, postea subiungit duos casus, in quibus naturalia instrumenta non sufficiunt, ut propterea nobiles etiam, & internæ partes cogantur excrementa recipere. Primus casus est, quando humores nimium exuperant, quem ipse his verbis describit. Multa enim ab initio instrumenta ,, expurgandæ materiæ inutilis gratia, na-,, tura molita est, & hæc quemadmodum ,, sola ad tuendam sanitatem sufficiunt, cũ ,, nullam corpori labem is qui nobis circum-,, funditur aer adiecerit, aut delinquens ra ,, tio uictus, humorum vitiosorum redundã-,, tiam immodicam in corpore non effecerit. ,, Nam cùm talis acciderit error, non am-,, plius

plius naturalia hæc instrumenta sufficiunt ad excremẽti multitudinẽ expurgandam. Ex iis Galeni verbis liquidò constat, naturalia instrumenta expulsioni apta, quæ sunt cutis, & alia iam enumerata, sufficere pro conseruanda corporis ualetudine, si magna in corpore vitiosorum humorũ non sit facta coaceruatio. In hoc enim casu, inquit Gal. hæc naturalia instrumenta non sufficere. Si non sufficiunt, ego à Galeno petam, quo nam talia excrementa mittantur: ad emunctoria, & cæteras expulsionis vias mitti non possunt, quia iam dicit Gal. hæc non sufficere, quorsum igitur mittuntur? ille statim locum subiungit, dicẽs
" *Ideoque tunc accidit, ut fluxiones à ualen*
" *tioribus impulsæ partibus, ad imbecilliores irruant. Ego peto, per imbecilliores partes quàs nam intelligat Galenus. Non potest intelligere instrumenta naturalia, quia statim antea dixerat, hæc amplius non sufficere ad excrementi multitudinem expurgandam, propterea mitti à ualentioribus ad imbecilliores. Per imbecilliores*

igitur

igitur ipse intelligit imbecilliores in anima lis formatione propter errorem obtingentes aut etiam illas quæ post formationem, ali quam suscipiunt noxam. Et sanè, ut dixi experientia ipsa hoc etiam docet, partes, quò imbecilliores vel in formatione, vel post formationẽ fuerint, eo prõptius morbos incurrere, ut propterea quidam frequenti ,, pleuritidi, alii peripneumoniæ, alii verò aliis morbis tententur, prout imbecillior huic uel alteri pars vna vel alia euaserit. Secundum casum, in quo nobiliores etiam partes instrumentis naturalibus cõstipatis suscipere coguntur expressit Gal. iis uerbis: Illud quoque nonnunquam vsu euenire so ,, let, vtcum stipati fuerint hi, per quos ex- ,, purgantur, meatus, ad alia confluant lo- ,, ca. Quis quæso in arte. medica etiam mediocriter versatus ignorat, hanc vnã fortè omnium primam esse internarum affe-ctionum causam, quando scilicet consuetæ excretiones, vteri, alui, hæmorrhoidum, oris, & narium, vniuersa cutis etiam im pediantur, quæ significauit Galenus nomi

 ne

Massaria omnes cõtemnat. Etenim cũ anno elapso Galeni auctoritati Rabbi Moysem superaddidissem, ille se Rabbi Moysem hunc parui facere scribit: propterea si illius hoc quoque tempore mentionem fecero, profectò ipse iterum hunc uirũ reiecturũ scio. Quod si erga hunc id fecerit, quid ergo faciet in Mercurialem, Hollerium, Nicolaum, Massam, Philippum Ingrassiam, Iacobum de Partibus, Nicol. Florentinum, Marsilium Ficinum, Vesalium, Alexandrum Benedictum, Ioannem de Vigo, Sauonarolam, atque Octauianum Roboretum & alios plurimos, qui tantopere vesicantia in his casibus commẽdant? profectò omnes pro nihilo habebit, omnes repudiabit. Quod si fecerit, quid ergo in se ipsum efficiet? certè ne mihi hanc rem gratam faciat, ut fateatur, in uesicãtibus pro pestiferis quid utilis reperiri, etiã se ipsum abnegabit, & falsæ doctrinæ se reum faciet, & palinodiam cantabit, quod in sua illa disputatione fecisse visus est. Scribit enim se in libris duobus de peste

alias

alias conscriptis multa dixisse, quæ sibi minus placent, cupereque non nulla distinctè magis, & accuratè fuisse tradita. Sed ne me de hac re triumphantem relinqueret, quod scilicet, si non in præsenti tempore, at saltem aliàs ille eandem quam ego de vesicantibus opinionem habuerit, statim subiungit, multum differre propriam eius opinionem à nostra; qui dicit, se non alio tempore quã in præseruatione, & post uniuersam tantum corporis euacuationem ea recipienda esse censuisse. Ego uerò quamquam non uereor, illum vesicantia ad præseruationem adhibuisse; attamẽ certò scio eundem quoque pro curatione eorum utilitatẽ cognouisse, & recepisse. Etenim cum ipse duobus locis hæc remedia in præseruatione summoperè laudasset, dum diligenter examinat, vtrum in curatione conueniant nec ne, tandem hæc verba scribit: Si tamen ita ferat occasio, ut post corporis euacuationem illis sit locus, non omnino fortasse fuerint contemnenda. Hæc sanè de præseruatione inteligi non possunt, quia de

lib. 2. pag. 65.

hac apud Massariam nullà fuit ambiguitas, de curatione verò aliquantulum hæsitauit, denique verò in hæc uerba concludit, quæ vesicantiũ vsum in pestiferarum curatione admittunt. Et sanè ille qui veritatem à nobis quoque explicatam confessus fuerat, pestis tempore nullum cadauer cauterio aut vesicatorio signatũ visum fuisse, debebat quoque confiteri, non minus eos qui ante morbum, quàm illos qui in ipsomet morbo vesicantia habuerãt, illorum ope à pestilenti lue fuisse seruatos. Itaque iam Mass. nobis hoc Antecedens admittat, quod certè & rationi, & auctoritati, & experimento consentaneum est. Etenim hoc sic supposito, ad consequentiam probandam me conuertam, quæ sanè ex superius declaratis statim sequitur: Nam si febres pestiferæ aut sunt vnum, & idem cum peste, aut si quæ est distinctio, ea tantum in remoto genere, & remota causa conspicitur, quòd scilicet pestis ex cõmuni causa, pestifera verò ex priuato victu proficiscantur, sanè quæ pro expugnanda pestis proxi

ma

ma causa accipiuntur, ea quoque pro expugnanda proxima pestiferæ sporadicæ causa vsurpari debebunt, At in peste vesicantia ob hanc proximam venenatamq; causam conuenire diximus. Ergo eadẽ in sporadica pestifera administrare oportet. Scio Massariam hanc consequentiam impugnasse: sed quantum eius obiectio valeat, paulo post explicabo. nunc autem ad alias rationes deuenio.

CAPVT VIGESIMVMSESTVM

Quòd vesicantia in Pestiferis conueniant, quia sunt ex genere putridarum, quæ per circuitum repetunt.

CVM iam duo hæc superius à nobis demonstrata fuisse sciam: quorum primum quidem est, pestilentes febres ad illas quoque pertinere, quæ per circuitus repetunt, siue loci ex quibus accenduntur, cum inflammatione, siue citra inflammationem

mationem fuerint. Secundũ verò, easdem quæ per circuitus repetunt, inter cæteros scopos scopũ etiã reuellendi semper require re; nunc videor ex hisce duobus fundamẽtis tale argumentum inferre posse. Pestiferæ quæ ex harum febrium per circuitum re petentium numero sunt, reuulsorio egent auxilio; Ergo vesicantibus. Antecedens sanè nemo negare poterit, quia si omnes per circuitũ repetentes reuulsione egent; Ergo & pestilentes, quas ex tali febrium specie esse contigerit. Consequentia autem probatur: etenim si reuulsione egent, ergo & reuulsione in cutem, imò uerò præcipuè in cutem. Sed ex reuulsionibus in cutem, nulla vesicatorio est præstantior. Ergo hæc cæteris est præferenda. Video autem hìc duo præcipua mihi esse probanda. Vnum quidem, in his febribus reuulsionem in cutem esse necessariã: Secundum verò, eam quæ fit per uesicantia, cæteris esse vtiliorem. Itaque vtrunque sigillatim confirmabo. Quod igitur ad primum pertinet, reuulsionem ab intro ad foras esse opportunam,

Gal.

Gal. ipse & lib. de humor. Com. 13. & alibi apertè docet, qui omnē inquit fluxionem per opportuna loca esse retrahendam. at verò in febribus per circuitum repetentibus fluxiones ad interna viscera, non ad ambitum corporis fieri, ego cùm Galeno semper verū existimaui, & nunc quoque existimo: propterea necessariò sequitur, talem fluxionem tanquam improbam, à loco nobili ad ignobilem, ab interno ad externum esse deducendam. Itaque reuulsoria in cutem sunt necessaria. Confirmatur autem quia febris morbus est communis, & partes à quibus excitatur, sunt tam variæ & diuersæ, vt nulla ferè sit interna nostri corporis pars, quæ aliquando febris focus esse non possit. Ideo cum reuulsionis locum eligere oporteat, qui cunctis partibus determinatis, & toti corpori sit communis; talem esse solam cutē, minimè verò cætera excretionis loca vnicuique cōstat. Etenim Gal. auctore rectum intestinum ab intestinis, ventriculo, mesaraicis, & concaua iecoris; vrinarius meatus à vesica, renibus,

11. Math. 18.

vena

vena caua, arteria magna, gibbo iecoris, omnibus partibus circa Lumbos; Aspera arteria à pulmonibus, & pectore; os & nares à cerebro & inuolucris tantũ reuellarè & deriuare possunt, cutis autẽ vniuersa & ab his partibus, & à quibuscunq; aliis sub ea contentis indifferenter educit. Quæ cùm ita sint, & nos plerunq; partẽ, ad quã fluxio fit & à qua incipit ignoremus, consequenter de loco, ad quem facienda sit retractio, vtrum scilicet ea per intestina, an per vrinarium meatum, vel per asperam arteriam, os & nares fieri possit, ancipites simus, idcirco ad cutem reuellere omnino expedit, & eo magis cum cutis ex Gal. lib. de Morb. Caus. omnium aliarum partium extima collocata, nõ absque ratione, totius corporis recipiat excrementa: Hinc Hippocr. etiam 4 acut. 84. sic scribit: Morbi omnes soluuntur vel per os, vel per aluum, vel per vesicam, vel per aliam, quæ talis sit, partem: Sudor autem morbis omnibus est communis. Itaque hoc etiam concesso, conuenienter ad intestina, uentriculum,

cap. 6.

vrina-

vrinarium meatum, aliasque propositas vias fieri reuulsionem, & deriuationem, non tamen ex hoc sequitur, cutem sine reuulsoriis esse relinquendam, posteaquam hæc omnium est imbecillior, & ad suscipienda totius corporis excrementa deputata, cum Gal. auctore loco iam citato, neque coctionem, neq; alimenti digestionem, neque sanguinis generationem, neque pulsum, neque respirationem, neque uoluntarium motum, neque omnino operationem aliquam afferat animali. Quibus etiam illud accedit, talem reuulsionem ab intro ad foras simul cum aliis iam propositis à Gal. in putridis fuisse institutam, qui 11. Meth. ea quæ putruerunt, non tantum per urinas, aluum, & os ventriculi, quantum etiam per cutem expelli debere consulit. Et in illo de Morbor. causis non obscure ostendit, omnia ea instrumenta, quæ expurgandæ materiæ inutilis gratiā (inter quæ est cutis) natura molita est, in internis morbis duplicē ob causam omni studio esse aperienda; primum quidē, ut si ipsa prop-

c. 8. & 9.

cap. 6.

ter humorum abundantiā non ſuffecerint, arte alia multa aperiri & in cute ipſa excitari poſſint. Secundò autem, ut ſi fortè fortuna illa eſſent ſtipata & impedita, impedimentum ab illis tollatur; hoc autem ſi non fiat, profectò multoties contingere poteſt, nobiles & præcipuas partes multò grauius vexari. Quem locum iiſdem ferè uerbis uel paulò diuerſis, à me in ſuperiori etiam Diſputatione propoſitum, Maſſaria fingit ſe non intelligere, & inquit, ſe bis acter ipſum attentè legiſſe, neque talem concluſionē haurire potuiſſe, imò uerò pro certo habere, talem in Gal. minimè contineri. Ego verò mihi ipſi perſuadere nolo, virum Excellentiſſimum, in lectitando, & intelligendo Gal. tantopere verſatum, ad cæteros erudiendos inſtitutū, locum Galeni tam manifeſtum intelligere nō potuiſſe ſed ita finxiſſe, vel quòd locus contra illū eſſet, uel propter aliam cauſam aliis fortè quàm mihi ipſi magis conſpicuam. Loci enim eo quo nos propoſuimus modo obſcuritatem, & diuerſam à noſtro ſenſu intelle-

ctionem

ctionem non finxisse, quia contra illum esset, sequentia illius verba declarant, quando id quod negat in Galeno cōtineri postea recusare non audet. Itaque prætermissa huius causæ inquisitione, locū examinemus.

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.

In quo examinatur locus primo de Morb. Cauſ. 6.

VT videamus. nunquid Caput Sextum primi de Morb. Cauſ. id contineat, quod paulo ante diximus me vel ante omnia, Galeni mentem explicare oportet. Erat autem Galeni intētio in eo Cap. Causas compositorum morborum, qui similares partes inuadunt, declarare. Itaque prope finē capitis vniuersaliter asserit, omnes morbos à se propositos fieri, naturā subinde ad partes ignobiliores materiam deponente. Hanc uerò depositionem inquit, ex naturalibus facultatibus prodire: etenim robustiores partes superflua semper ad imbe-

cilliores protrudūt. Ne quis verò crederet per imbecillam partē semper se ignobilem & à natura pro expellendis ex crementis institutam intelligere, ille statim constituit tres partium imbecillium præcipuas differentias: Prima est illarum, quæ à primordiis generationis propter aliquem errorem imbecillitatem contraxerunt: Secunda est earum, quæ non à natiuitate, sed progressu temporis ex uariis causis non naturalibus, & præter naturam imbecillitatem, susceperunt: Tertia & ultima est earum quæ à natura ipsa imbecillitatem ideo acquisiuerunt, ut totius corporis & nobiliū partium excrementa euacuarent. Talia quidem multa sunt, nihilominus Gal. ipse eò loci cutis tātum meminit, quam inquit cæteris esse imbecilliorem; cui ego quoque inhærens non dixi solam cutem esse inbecillem (quod mihi obiicit Massaria) sed hoc tantum volui, (vt habent uerba quæ posui,) cutem cæteris esse imbecilliorem. Verum hæc missa faciamus. Triplici existente partium imbecillium differentia, nemo

ignorat

ignorat imbecillia à natura instituta esse cutem & glandulas, os & nares, rectum intestinum, ac cœteras id genus partes: imbecilles verò à primordiis generationis, uel etiam post ipsum ortum possunt esse singulæ partes, tam internæ quàm externæ tā principes quam non principes, ut propterea, quæ cunque pars aut calida aut dolēs, aut laxa & viis amplis donata, siue ab ortu siue post ortum, ista ad recipienda excremēta, non minus sit apta quàm naturalia ipsa instrumenta, imò vero quandoque magis. Duplex autē est casus, in quo hæc pars etiam si nobilis, aptior ad suscipiēda excrementa, quàm naturalia instrumenta, reddi poterit, quando scilicet aut tanta est excrementorum copia, ut ex consuetis locis tota expurgari nō possit: alter autem, quādo huiuscemodi naturalia instrumēta occlusa & impedita fuerint: tūc enim nobiliores partes, aut à natura, aut ex morbo imbeciliores redditæ, excrementa ipsa suscipiēt. Totum verò hunc sensum non esse imaginarium, sed ex Galeni verbis desumi, facile

ci lè vnusquisque deprehendere poterit, si Galeni verba eo modo quo in textu habẽt, adducantur. In primis verò afferam verba Galeni, quibus triplicem illam imbecillium partium differentiam proponit, sic enim scribit: Nam superfluus humor, ut
,, qui à partibus omnibus robustioribus expel
,, latur, ac nullibi consistere queat, tandem
,, ad imbecillimã omnium peruenit partẽ, docens verò quæ sit hæc pars imbecillima,
,, subdit. hæc uerò alia atque alia in diuersis
,, corporibus existit, aut quia in prima animalis formatione eidem parti aliquis error obtigerit. Ecce primam imbecillium partium differentiam, secundum quam multi oriuntur claudi, cœci, gibbosi aliisque etiam partibus internis imbecilles, ut alii conquerantur de capite, alii de thorate; nõ nulli de uentriculo, alii uerò de aliis partibus. Apponit deinde secundam, dicens: Aut postea aliquam susceperit noxã
,, hæc est secunda imbecillium partium differentia, secundum quam ex casu, percussione, nimio insolatu, potu uini generosi,

aut

aut aquæ, nimio coitu, uigiliis, aut crapula, uel alia id genus causa, huic una, alii altera pars imbecillior fit, ut ex hac deinde imbecillitate, tot internis morbis præbeatur occasio. Tertia & ultima differentia omnibus manifesta, est partium imbecillium à natura institutarum, quam ipse describit his uerbis: Aut quia talis na-,, tura esse debeat, quemadmodum cutis. His declaratis, postea subiungit duos casus, in quibus naturalia instrumenta non sufficiunt, ut propterea nobiles etiam, & internæ partes cogantur excrementa recipere. Primus casus est, quando humores nimium exuperant, quem ipse his verbis describit. Multa enim ab initio instrumenta ,, expurgandæ materiæ inutilis gratia, na-,, tura molita est, & hæc quemadmodum ,, sola ad tuendam sanitatem sufficiunt, cũ ,, nullam corpori labem is qui nobis circum-,, funditur aer adiecerit, aut delinquens ra ,, tio uictus, humorum vitiosorum redundã-,, tiam immodicam in corpore non effecerit. ,, Nam cùm talis acciderit error, non am-,,

plius

plius naturalia hæc instrumenta sufficiunt ad excremẽti multitudinẽ expurgandam. Ex iis Galeni verbis liquidò constat, naturalia instrumenta expulsioni apta, quæ sunt cutis, & alia iam enumerata, sufficere pro conseruanda corporis ualetudine, si magna in corpore vitiosorum humorũ non sit facta coaceruatio. In hoc enim casu, inquit Gal. hæc naturalia instrumenta non sufficere. Si non sufficiunt, ego à Galeno petam, quo nam talia excrementa mittantur: ad emunctoria, & cæteras expulsionis vias mitti non possunt, quia iam dicit Gal. hæc non sufficere, quorsum igitur mittuntur? ille statim locum subiungit, dicẽs
" *Ideoque tunc accidit, ut fluxiones à ualen*
" *tioribus impulsæ partibus, ad imbecilliores irruant. Ego peto, per imbecilliores partes quàs nam intelligat Galenus. Non potest intelligere instrumenta naturalia, quia statim antea dixerat, hæc amplius non sufficere ad excrementi multitudinem expurgandam, propterea mitti à ualentioribus ad imbecilliores. Per imbecilliores*

igitur

igitur ipse intelligit imbecilliores in anima lis formatione propter errorem obtingentes aut etiam illas quæ post formationem, ali quam suscipiunt noxam. Et sanè, ut dixi experientia ipsa hoc etiam docet, partes, quò imbecilliores vel in formatione, vel post formationē fuerint, eo prōptius morbos incurrere, ut propterea quidam frequenti pleuritidi, alii peripneumoniæ, alii verò aliis morbis tententur, prout imbecillior huic uel alteri pars vna vel alia euaserit. Secundum casum, in quo nobiliores etiam partes instrumentis naturalibus cōstipatis suscipere coguntur expressit Gal. iis uerbis: Illud quoque nonnunquam vsu euenire so,, let, vtc um stipati fuerint hi, per quos ex-,, purgantur, meatus, ad alia confluant lo-,, ca. Quis quæso in arte. medica etiam mediocriter versatus ignorat, hanc vnā fortè omnium primam esse internarum affe-ctionum causam, quando scilicet consuetæ excretiones, vteri, alui, hæmorrhoidum, oris, & narium, vniuersa cutis etiam im pediantur, quæ significauit Galenus nomi

ne meatuum ſtipatorum? Iſtis igitur impe ditis, cū dicat Gal. fluxiones tunc ad alia confluere loca, neceſſarium eſt, per alia lo ca, ea imbecillia intelligere, quæ vel in for matione, vel poſt formationem, etiam ſi interna & principalia fuerint, ex relatis tamen cauſis imbecillitatem contraxerint id quod pluribus verbis nos docuit Gale- nus Com. 5. 2. de Nat. hum. Rectè igitur à nobis & Galeno dictum eſt, cute & cœte ris naturalibus inſtrumentis, excrementa vel quòd plura fuerint quam vt omnia ex- cerni poſſint, vel quòd ipſa inſtrumenta ſint conſtipata & impedita, non ſatis ſu- perque expurgantibus, tunc humores intrò ſecedere, in partes principes irruere ac per- nicioſorum morborum originem ſubmini- ſtrare. Ex quibus omnibus concludendum eſt, quod à principio demonſtrandum pro- poſui, omnia ſcilicet naturalia inſtrumen ta in putridis febribus eſſe omni ex parte aperienda. Cùm enim internæ & principes partes inſigniter afficiantur, ſiue id ex hu- morum copia, ſiue ex meatuum ſtipatione

contingat,

contingat, certè illas omni auxilio aperire, non solum vtile, sed & necessarium est existimandum, vt propterea ab Hipp. 2. in 6. Epid. scriptum sit. Transitus aperiri, vt nares & alia quibus opus est, & vt cōuenit, & qualia, & vbi, & quando, & quantum oportet, vt sudores, & alia planè omnia. Quæ etiam si in cunctis morbis cuncta sanè non sint aperienda in pestiferis tamen, in quibus ex tot symptomatis, tot partium læsiones insignes deprehendimus, non hæc modò sed & alia quoq; in cute potissimum, tam accommodato loco, excitare, omni auxilio debemus. Id quod Paulus significauit, qui sic scribit: Neque minus emolumenti affert illa quæ per urinas fit expurgatio, & quæcunque aliæ, quæ per vniuersam possunt fieri corporis molē. Conclusio igitur sit, cutem, & vt partem externam, & eo quòd sit omnium partium nostri corporis imbecillior, ad suscipienda viscerum, & internarum partium excrementa, donata, consequenter aptissimam esse, ad quam in pestiferis fiat

T.33.

reuulſio. Sed hic duo dubia occurrunt diſſoluenda.

CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM.

In quo diſſoluuntur duæ rationes, quibus probatur, reuulſionem in cutem non eſſe ſemper in Peſtiferis neceſſariam.

DVO ſunt quæ iam explicatam à nobis veritatem imbecillã reddere videntur: Primum quidem, non eſſe neceſſariam in omnibus febribus per circuitum repetentibus reuulſionem in cutem illud non parũ confirmare poteſt, quod ſcilicet in huiuſmodi febribus, ſi intermittentes fuerint, materia circa acceſſionum initia mittatur à venis ad extra venas, propterea ab intro ad foras. Itaque ſi hoc tempore reuulſoria in cutem adhibeantur, ea nõ erit reuulſio, imò verò naturæ per eum locum euacuantis imitatio. quod ipſum de continuis etiã uidetur aſſerendum per circuitum ſimiliter repetentibus: etenim in iſtis quoque ma

teria à uenis magnis ad minores transmittitur, propterea ab internis ad externas partes, vt eandem ob causam reuulsoria cuti adhibita, non sint reuulsoria, sed magis per locum affectum euacuantia. Accedit & secunda ratio, quæ uidetur maioris momenti, videlicet pestiferas maiori ex parte esse ex continentibus, ex synochis, consequenter ex illis, quæ à materia in venis quiescente, non autem mota & fluente, excitātur ut proinde in istis nullus sit reuulsioni in cutem locus. Hæ sunt duæ præcipuæ rationes, quæ nostrum hoc fundamentum infringere possent, nisi ex toto reiiciātur. Itaque in hoc capite primam, in sequenti secundam refellare tentabo. Quod igitur ad primam pertinet, in febribus per circuitum repetētibus materiam mitti ab internis partibus ad externas in principio accessionis, in interpolatis quidem extra venas, in continuis in venas minores, ego tam falsum esse puto quàm quod falsissimum. Et quamquā de hac re anno elapso, dum publicè febres docerem, plura dixerim

rim, fortè quod satis erat: nunc tamen il- ceat breuiter unico vel altero Galeni loco hanc veritatem explicare. Nam si circa accessionum initia materia ad extra venas mitteretur, non autem ad uiscera, ego planè ignoro, cur Gal. tandium laborare debuisset, ut doctrinam huic prorsus oppositam declararet, cum in illo secundo de differ. febrium, nil aliud quàm hoc ipsum demonstrare videatur, in accessionum initiis materiam ad viscera cõfugere; in quo tamen loco non obiter, sicuti in aliis, sed ex professo causam & loca febrium per circuitum repetentium proponit. Hoc itaque totum caput nihil magis, imò verò hihil aliud docet, quàm febres omnes per circuitum repetentes, inter quas præcipuæ sunt intermittentes, ex locis internis fluxionem suscipientibus excitari; propterea cum per similitudinem ad hemicraniam & articulares dolores hanc in partes interiores fluxionem describere vellet, non inquit, circa accessionum initia, & augumentum humores in ambitum corporis confluere, sed in

cap. vlt.

interio-

interioribus, exemplo laterum & pulmonis explicatis; quæ vt clariora fierent, ille proprium materiæ motum vnicuique tempori accessionis accommodatum describit, & ostendit, ad quæ loca in principio, ad quæ in augumento, statu, & declinatione confugiant. Si itaque inueniamus, Gal. ex professo de hac re disserentem affirmare, circa accessionis initia materiam in ambitum corporis mitti; sanè eo ipso iudice vniuersa hæc lis est dirempta. Sed si oppositum ille docet, & apertissimis verbis insinuat, circa initia humores ad interiores partes declinare, & eas quasi obruere, planè ignoro, cur quispiam multis fortè auctoritatibus, sed non rectè intellectis, adnixus totam hanc veritatem confundere velit. Audiamus ergo Galenum, qui hũc in modum loquitur: Sed & retro ostendimus, vbicunque accenditur, atque augetur caliditas, isthuc ab aliis partibus sanguinem solere confluere. Ecce in primis ex fluxionis natura reuulsionis intentionem. Postea effectum ex huiusmodi fluxione obortum describit,

,, *scribit, dicens. Quo verò tempore confluit,*
,, *illas quidem refrigerari priuatas sangui-*
,, *ne est necessariũ, quod uerò patitur mem-*
brum grauari ac distendi. Hic duo propo-
nuntur, vnius partis refrigeratio, alterius
verò grauitas, & distensio. Refrigeratio
quidem in partibus externis, grauitas, &
distensio in internis. Si igitur externæ par-
tes, quòd sint exinanitæ; refrigerantur
vnde nàm, quæso, constat, in principio
accessionis humores ad ambitum corporis
demitti? Et si demittitur, quomodo verũ
erit, partem, internam exfluxione ad ip-
sam facta grauari, & distendi? tantum
enim abest, si fluxio tunc in ambitum cor-
poris fiat, partem internam grauari & di-
stendi, vt potius ex transmissione ad ambi
tum corporis ea debeat subleuari. Adde,
quod si in principio accessionis humor à ve-
nis extra venas mittitur, quomodo febres
per circuitum repetentes, ex locis determi-
natis patientibus ortum ducere poterunt?
Velimus igitur nolimus, confiteri cogimur
in pincipio accessionũ humores in interna
viscera

viscera confluere, ea grauare & distendere, calorem natiuum suffocare, & hoc esse accessionis principium. Sic enim scribit ,, Gal. quò fit, ut instar lignorum humido- ,, rum, quæ pauca super flammam vniuer- ,, sam iniiciuntur, succedantur, atque hoc tempus accessionis principium nūcupatur. Augumentum verò fit, ubi calor natiuus iam materiam ipsam suffocantem, in parte illa interna existentem conuicerit, quo tempore etiam nihil ferè humoris ad internas decumbentis, ad externas perduci potest. V bi etenim iam per vniuersum corpus humores in internis partibus accensi; ad summum feruoris deuenerint, tunc primū transmissos esse humores, cum Gal. in intermittentibus febribus à venis ad extra venas subaudire oportet, qui si tenuiores fuerint, potentia robusta & corpus rarum maxima eorum pars in sudorem euacuatur, sicque intermissio subsequitur. Itaque non in intermittentiū febrium initio, vt cō muniter omnes censere uidentur, sed in sta tu tantum & declinatione humores ab in-

 ternis

ternis visceribus ad ambitum vniuersi corporis transmittuntur, & per eundem euacuantur, id quod non multum dissimilibus verbis docuit etiam Gal. 3. de præsag. ex puls. quando inquit: Quæ igitur pulsuum mutationes fiunt, cum cordis calor augetur, uel confluunt intro humores, apertè hæ uidebūtur accessionis initium annuntiare &c. Ex quibus sane uerbis, & sequētibus quoq; vnicuiq; in propatulo esse potest, Galenum reuera minime existimasse, in accessionū initiis materiam à uenis ad extra venas demitti: imò ad internas partes, & illas quidem præcipuas confugere, effectum inflammationi similem excitare, partem distendere & grauare, eiusdem caliditatem quasi obruere, ut propterea etiam intermittente febre uexatos, aliquando propter hanc causam in initiis accessionū succubuisse, ego aliquando experientia ipsa doctus fuerim. Etenim quæcunque sit pars interna, ad quam fit fluxio, semper tamen cor illis omnibus mirificè consentit, & suffocationis periculū incurrit. Sic enim scribit

cap. 7.

3. de præ-

bit Gal. loco iam citato: Ita finge in febribus, vbi aceruus materiæ humidæ initio accessionis ad cor preuenerit, primũ mortis periculum esse, quod periculum maxima mutatio pulsuum in raritatem, tarditatẽq; prænunciet. Nam si insignis remissio successerit, extemplò peribunt. Ex quibus iam apertum esse puto, in intermittentibus minimè mitti humores circa accessionum initia à venis extra venas, imò verò aut à uenis aut ab ambitu corporis, aut alia parte determinatá, ad interna viscera, ut ex tali fluxione uera constituatur causa principii, accessionis, & omnium symptomatum, quæ circa illud tempus occurere solẽt. Quod autem de intermittentibus dixi, id ipsum de continuis per circuitum repetentibus dictum esse volo, illas scilicet non sẽper fieri transmissa materia in principio à venis magnis ad paruas vel minores, sed ipsa quoque circa initia à uisceribus maiori ex parte suscepta: transmissionem verò à venis magnis & visceribus ad uenas minores, existimo potius in declinatione

fag. ex pull. 7.

 fieri,

fieri, si febris declinationem aliquam habeat, qualem omnes continuæ subingredientes uocatæ habere solent, uel manifestam, uel obscuram. Sed de hac re iam satis, cum hic non sit præsentis disputationis locus; puto enim me hoc argumentum, quantum opus erat, præterito anno publicè tractasse: propterea redeo vnde diuerti.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

Quo colligitur conclusio dictorum, & ostenditur, in Synochis & reuulsionem, & deriuationem esse necessariam.

CVM & ratione & auctoritate iam cōstet, febres omnes quæ per circuitus repetunt, siue cum inflammatione siue etiam citra partis inflammationem fuerint eas humorum fluxionem à parte ad partem supponere, hancque panem in principiis accessionum esse internam & nobilem, nō autem corporis ambitum, ex hoc sequitur conclusio à nobis intacta & proposita, hūc

humo-

humorem qui fluxionem efficit, partem nobilem aggrauantem, distendentem, inflammationem uel affectum inflammationi similem efficientem, caloris uitalis & spiritus, ob nimiam copiam, & prauam qualitatem, suffocationem inferentem, omni arte & studio, eo potissimum tempore, quo maxime fluit & nocet, esse reuellendum, atque per eam partem, quæ fluxioni sit opposita, uidelicet ab internis ad externas esse retrahendũ cum fluxio ab externis potius ad internas, uel saltem ab internis ad easdẽ internas fieri consueuerit. Quod cum in illis febribus quæ per circuitus exacerbantur, indubitatum sit, superest ut ostendamus, in synochis etiam & reuulsionem, sed magis ad cutem deriuationem esse necessariam. Etenim quod ad reuulsionem pertinet, verissimum est, maiori ex parte humores in synochis ortum & incrementum putredinis ex venis maioribus, aut fortè omnibus ducere; hoc tamen non est (quo ad initium attinet) usque adeo perpetuum, vt etiam aliter esse non possit. Etenim

nim ardentes seu causonides veræ (quas ego inter continentes biliosas reponere consueui) Hippocr. auctore, aliquando fiunt attractis aut transmissis prauis ichoribus ab vniuerso corpore, aut alia parte ad venas maiores, vt propterea in eo casu reuulsio in cutem maximè opportuna esse possit. Accedit quòd supposita etiam humoris putrescentis prima origine in venis communibus, absq; ulla fluxionis suspicione, reuulsio saltem ob vapores qui cor continuo petunt & opprimunt, est ita necessaria, ut si non tentetur, grauissima mala immineant. Sed esto, nullam omnino in synochis ab accidentibus separatis necessariam esse reuulsionem, profectò saltem deriuationem nullus improbare poterit. Galenus enim hanc in febribus continentibus in cutem factam, minimè ultimam existimauit, imò verò in synochis præter vrinas, deiectiones & aliquando etiam uomitum, sudores, & rarefacientia medicamenta extrinsecus adhibita commendauit. Itaque in omnibus reuulsio, & denique in cutem deriuatio

4. Acut. text. 1.

tio utilis est, imò necessaria. Nunc ad reliqua pergamus nam aliqua de hac re etiam superius adduximus, quæ iis adnexa integrum hanc ueritatem dilucidare valent.

CAPVT TRIGESIMVM.

Quod in febribus putridis vesicantium reuulsio in cutem sit maximè opportuna.

SI quæ profectò est disputatio quæ omni sinceritate & animi candore acrique iudicio indigeat, illa sanè est, quæ ad medicamenta in acutis & pernitiosis morbis administranda pertinere uidetur. Cum enim hominis status in tam ancipiti casu constitutus, leuioribus remediis minimè cedere possit, profectò in grauioribus administrandis vnumquemque decet, non modò Christianum religiosum, & probum uirum, sed etiam inhumanum ferisque non dissimilem, summam exquisitamque adhibere

hibere

hibere cautionem, ne uel quidquam temerè fiat, uel quod necessarium sit, vlla ratione relinquat. Quod si quispiam egregium aliquod remedium in desperatis ferè morbis expertus fuerit, æquum est, illud quidem libenter cæteris communicare, eiusdéq; vsum non experientia tantum, sed & rationibus comprobare, ita tamen vt cætera auxilia ad id genus curationis accommodata minimè prætermittantur. Quod in præsenti etiam de vesicantibus sermone pro reuulsione & deriuatione in putridis pestilentibus molienda, faciendũ esse iudico, qui minimè censeo, tantum esse hisce remediis tribuendum, vt cæteris reuulsionibus alioquin vsitatis quicquam detrahatur, & illud totum vesicantibus tribuatur: imò uerò singulas suis loco & tempore administrandas esse uolo; vesicatoriis tamen proprium etiam honorem & fructum minimè derogandum esse puto. Hoc igitur maximè supposito, cæteras reuulsiones, quæ per venæ sectionem, scarificationes, hirudines, cucurbitulas, clysteres, purgationem

tionem, atque alia id genus tentari solent vsu sic postulante, minimè prætermittendas esse; id vnum mihi probandum assumo, etiam vesicantia inter hæc esse reponenda, imò verò nunquam in propositis casibus relinquenda. Ratio quæ ad hoc dicendum me mouet, triplici præcipuè fundamento innititur: primum desumitur ex loco, ad quem fit fluxio, consequenter à quo facienda est retractio: secundum à tempore: Tertium, & vltimum à modo, secundum quem reuulsio fieri debet. Quod igitur ad locum pertinet, certum est in omnibus febribus ex humorum putredine excitatis, siue cum symptomatis, siue sine symptomatis existant, præter reuulsionem, quæ fit à supernis ad infernas partes, omnium maximè necessariam esse illam, quæ fit ab internis ad externa loca, id quod in præsentia pluribus non explicabo. cum illud fusè satis paulò antè declarauerim, vt propterea ex hoc vnico fundamento colligi possit, vesicãtia in istis febribus esse admittenda, cum sint vnum ex illis auxiliis, & ma-

 ximè

ximè præcipuis, quæ reuulsionem hanc efficere possunt. Sed quia dicent aduersarii alia mitiora sufficere; propterea ad secundum & tertium argumentum subiungam aliud quidem ex tempore, quo in febribus magis necessaria est reuulsio, aliud aũt ex reuulsionis modo desumptũ: In qua utraque speculatione ostẽdã, nos cogi ad reuulsionem citam, tutã, facilem, minimè iniucundam instituendam: Vesicantia omnino eligere. Rem itaque aggrediamur.

CAPVT TRIGESIMVMPRIMVM

In putridis febribus reuulsionis tempus præcipuè principium, & augmentum esse debere, deriuationis autem perpetuum.

M*IRATVS sum aliquãdo cur medici in administrãdis reuellẽtib. medicamẽtis, quæ ad febres putridas uel cũ symptomatis uel sine accidentibus consistunt, conuenire solent, tẽpus huic operationi fortè minus opportunũ plerũq; eligere videantur, cõsuetudo enim (cui occasionem Auic.*

præ-

præcipuè præbuisse (credo) ita inualuit, ut hoc tempore nefas esse uideatur reuulsoria medicamenta in febribus per circuitum repetentibus in die & hora maioris afflictionis, in continentibus autem hora, in qua grauius vexantur patientes, admouere, cum tamen ratio, & veterum authoritas persuadeat, eo maximè tempore, quo grauius ægri cõflictantur reuulsiones quascunque esse moliendas. Si enim tempus agendi ab indicantis præsentia desumitur, quãdo nã existimabimus nos indicãtis reuulsoria medicamenta, præsentiam subsistere? cum omnia iam placida, & tranquilla euadunt, an potius dum exacerbantur & patientem in maxima discrimina deducunt? Sanè vnum quemque statim dicturum arbitror, eo maximè tempore humores ad loca nobilia confluere, quo patiẽs cardiaca, syncope, doloribus capitis, vigiliis & delirio, insigni refrigeratione, horrore, & rigore, aliisq; id genus symptomatis grauiter cõflictatur. Si itaq; reuulsio est fluentium humorum retractio, eo maximè

adhibet vessicatio in principio, et augmento febris.

 tem-

tempore hanc fieri debere, quo potissimum humores in loca præcipua præcipites etiam ruunt vnicuiq; in confesso esse deberet. Tale tempus esse principium, & augumẽtum docent, vt dixi, iam enarrata symptomata, docuit etiam Gal. in illo secũdo de diff. Febr. cap. vlt. vbi abũde docuit, in accessionum initiis, externarum, quæ inflammantur partium exemplo, interna loca paulatim excrementa suscipere, in tumorem attolli, ruborem contrahere, in declinatione vero, humorem paulatim digeri, partemq; ipsam subsidere. Scio, hac medendi rationem non sine caussa tam longo temporis spatio fuisse receptam, & in vsu habitam, vt scilicet horis quietioribus Venæ sectio, scarificatio, aut hirudines, medicamentum, vel clysteres, potius quam accessionis hora administrentur. Neq; ideo hæc dixi, vt hic veterem curandi modum in hac parte innouarem, sed tantum, vt summam ostenderẽ reuulsionis tẽpore principii & augmenti necessitatem; cui dum non licet grauioribus remediis iam proposi-

tis

tis satisfacere, quibus sanè nemo ignorat, agrũ duplici nominè grauiter conflictatum non leuè incommodum subire. At saltem licebit, imò vero omnino necessarium erit saltem aliquod remedii genus administrare, quod sine vllo incommodo aut periculo, abq; vlla patientis molestia, possit saltem reuulsionem perficere. Scio quidem leuiora quædam in hac summa necessitate tentari, suppositoria, frictiones, ligaturas & balnea calida, cucurbitulasq; inanes, quæ omnia, vel inefficaciora sunt, quam satis symptomatis sufficiant, vel etiam periculosiora quam vt ita familiariter accipi debeant: id quod inferius latius etiam sum demonstraturus. Vesicantia igitur in hoc casu primas obtinent partes, hæc enim validissimè à quocunq; affecto loco reuellunt, nec solum reuellunt, sed & deriuant & toto eo tempore quo grauissimè patientes conflictantur reuellunt ac deriuant, quod alioquin & opportunum, & necessarium est. Cum enim illa perpetuo agant, in febribus sanè per circuitum repetentibus to-

to accessionis tẽpore retrahere, in declinatione autem deriuare & euacuare, in conclusis autem semper vtrumq; præstare poterunt; propterea dixi vesicantia, etiam cucurbitulis vel scarificationibus esse anteponenda, quandoquidem, cucubitulas & scarificationes, in ipso accessionis tempore nullus libenter adhibebit, vel si adhibeat, tam longo temporis spatio, in earum vsu non insistet, quod necessitati satisfacere possit. Ideoq; vesicantia & ex loco à quo reuellunt, & ex loco in quem, & ex reuulsionis ac deriuationis tẽpore cæteris reuulsoriis remediis sunt præferenda.

CAPVT TRIGESIMVMSECVNDVM

Modum reuulsionis vesicantium cœteris omnibus esse præferendum.

ETIAMSI in vnaquaq; administranda operatione illud sit obseruandum, quod aliquando ab Hippocr. dictum est, vt scilicet iuuamentum præstemus, nec quicquam lædamus, vt propterea

rea operatio quæ cito tuto, & cum iucundi tate perficitur, cæteris omnibus sit præferen da, in reuulsione tamen hoc potissimum expeti posse videtur. Cum enim ad reuellandas vehementissimas fluxiones valentissimo etiam remedio sit opus, quod quidem & calore & dolore potissimum agere ex Gal. iam satis docuimus, profectò difficile admodum est reuulsionum remedium inuentre, quod simul, citò tutò & cum iucunditate operetur, propterea experientia quotidiana docet, quam dolorosæ sint scarificationes, ac cucurbitulæ scarificatæ, frictiones autem ligaturæ & balnea calida, quamuis cum prædictis in doloroso sensu minimè sint comparanda, attamen ipsa quoque si in vehementibus fluxionibus, aliquam vtilitatem præstare debent, dolores non cōtemnendos afferunt, vt propterea ex calido balneo in vniuersis pedibus talis rubor excitetur, qualem ex uesicatorio in vnica particula fieri conspiciamus, Arctæ autem ligaturæ, præterquam quod satis dolorosæ sunt etiam mortificationis periculū infe-

inferunt, de qua re infra latius dissseram. Nullum itaque reuulsorium remedium, minus iniucũdum, quod cito & tuto agat vesicatorio excepto inueniri potest, & nisi quotidiana experientia id manifestaret, vllum scilicet inueniri, qui sinapismate ad hibito talem sentiat dolorem, vt ille, nec leuem querelam de hac re faciat: certè hoc ego latius comprobare tentarem. Sed quando neminem adhuc inuenio, qui aliud ex phœnigmo; quam (per longa etiam interualla) leuem quandam punctionem se sentire dicat, audeo etiam affirmare inter omnia reuellentia hoc vnum remedium esse placidissimum, quod si hactenus quibusdam dolorifici suspitionẽ non absq; caussa intulit, id non ex sinapismatis materia sed ex vnguento sacro, post sublatam epidermida importunè imposito totũ contigit, vt propterea hoc tempore, quo vsum istius medicamenti ego quoq; reformido, nullum inueniam, qui præ nimio doloris sensu ab his remediis abhorrere audeat, imò verò plerosq; video, qui dum

ægrotant sibi ipsis hoc remedium quam primum commouendum persuadent, & medicos ad illius vsum inuitant. Accedit quod cum reuulsio, vt nuperrime docuimus non tantum pro symptomatum præsentium vehementia, quantum pro futurorum periculo in particularibus accessionũ initiis humoribus scilicet ad internas partes confluentibus omni ex parte sit necessaria, quis quæso ille erit, qui febricitantes iam frigore, aut horrore vel rigore tentatos in calidum balneum imponere velit aut illius crura vel alias partes scarificare aut cucurbitulis onerare? nemo sane vt ego censeo; Quod si dicat se saltem oleo calido posse inungere, profectò si caliditas tãta fuerit, ut necessitati sufficiat, iam sinapismati æquabit itaque etiam sinapismus conueniet. Quod si inferior fuerit, nihil sanè proficiet. Frictionem validã dicet quispiam se administraturũ. Sed quæso quid ægrotanti in accessione existenti minus molestum futurum arbitramur? an corporis partes calidas detegere. musculos dolen-

tes diu perfricare, in toto deniq; crure calorem ruborem, ac dolorē inducere, an potius acri medicamento ante accessionis aduentū imposito illi deinde uniuersum reuellendi opus absq; ullo fere ægrotantis sensu dimittere? mihi profecto ita agendum esse videtur. Nec est quod quispiam dicat posse has reuulsorias frictiones aut alias post frigoris recessum administrari, quia iā eo ipso tempore fluxionem in viscera non amplius, sed magis ad corporis ambitum fieri ostendi. Nec est quod dicat, ea quidem ut frictiones in principio etiam sed sensim & paulatim fieri, etenim hac ratione nullam omnino reuulsionē efficient. Itaque quoquo nos ipsos vertamus tādem inueniemus modum agendi vesicantium cæteris omnibus tutiorem ac minus iniucūdum esse. De cucurbitulis scarificatis, et scarificatione nō est quod amplius aliquid dicam, nam præterquam quod non obscurum esse existimo scarificationes omnes vesicantibus omnibus quamquam ualidissimis longe maiorē patiētibus molestiam ob balneum calidū,

corporis

corporis incommodum, percussionem, longam, profundam, ac multiplicem incisionem inferre posse, accedit etiam quod tempore inuasionis (quo tamen vesicantia coueniunt) nec scarificatio, nec cucurbitula scarificata à nemine vsurpabitur. Itaque modum agendi uesicantium, propter has caussas cæteris omnibus superiorem cõstituo. & eo magis quod nullum aliud auxilium reuulsorium minorem exigat apparatum, & consequenter minorem ægris timorem incutiat, quam vesicat. Etenim sub nomine cerati, omnibus facile tam pueris, quàm mulierculis hoc remedium persuadere possumus. Sed vt hæc ipsa veritas clarius elucescat iterum sequentibus capitibus rem hanc considerabimus.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM

Reuulsionem ratione symptomatum in putridis febribus esse necessariam.

TANTA est symptomatum pathognomonicorum, & assidẽtium, quæ putridis accidunt efficacia, & peri-

culum; vt neminem ferè medicinæ scriptorem inuenias, qui, dum harum curationem sibi diligenter pertractandam assumit, propriam quoque curandorum symptomatum rationem non proponat. Id fecit Gal. fecerũt etiam Aetius Paulus Auicenas cæteriq; omnes Græci Arabes, & Latini prisci, & recentiores qui omnes apertissime ostenderunt, magnam eorundẽ symptomatum partem, reuellentibus præsidiis tractari. Etenim in nimio sopore, lethargo, phrenitide, uigiliis, delirio, cardiaca affectione, Lypothymia, & syncope, fluxionibus immodicis, nimia extremorum refrigeratione, reuulsoria multa remedia, frictiones inquam, ligaturas cucurbitulas calidum balneum, aliaq; id genus nõ raro proposuere, vt propterea, (quãtum ego censeo) caput hoc nullam omnino vsque ad hunc terminum contineat difficultatem. Vtrum vero talis reuulsio acribus etiam medicamentis tentari possit, in dubium reuocari video, quod tamen quia paulo inferius diligentissime discutiendum est pluribus non

Primo ad Clau. ca. 14.

confir-

cõfirmabitur. sat aũt fuerit illud in præsentia collegisse, putridas febres, nõ minus ex propria sui ipsarum natura, (quod in superiori capite ostendi,) quam ex symptomatis, imò vero multo magis, reuulsionem desiderare. Etenim quamquam non ignoro mitiores febres, superuenientibus symptomatis plerumque carere, pathognomonica tamẽ, quæ vniuscuiusque febris essentiam constituunt, & illam, sicut umbra corpus, insequuntur, minimè à propria febris idea seiungi possunt; vt propterea in quibuscunque febribus saltem concomitantium symptomatum ratione, reuulsio non sit improbanda. Quod si contentiosus propriam in febribus istis intermittẽtibus symptomata pathognomonica, reuulsionem quidem exquirere concesserit, eam tamen nõ necessario propter eorundem symptomatum leuitatem et facilitatem moliendam minime esse contendat, ille in primis sciat, plerasq; intermittentes ratione symptomatũ, quandoq; lethales existere & sub accessionis initio ob vim symptomatũ aliquando nonnul-

febris intermittẽs
ẽe rõe symptomatis
necat

los

los interfeciſſe. ſed eſto in intermittentibus reuulſionem tantopere locum non habere, & ſaltē mihi concedant, continuas & ratione concomitantium & ſuperuenientiū accidentiū ſine reuellētibus auxiliis minime ad ſanitatē perduci poſſe, hoc enim mihi ſufficiat ad ea cōfirmanda, de qbus paulo poſt ſum dicturus. Neque enim (quod antea quoq; ſignificaui,) eam quæ per veſicātia fieri poteſt reuulſionē, in omnibus febribus moliendā eſſe uolo. ſed in continuis malignis ac peſtiferis tantum, ad quam demonſtrandam concluſionem, hæc duo iam ſuppoſita mihi ſummopere, conducere exiſtimo, febres putridas ex propria natura, & magis ſymptomatum ratione reuulſoriis, præſidiis eſſe tractandas.

CAP. TRIGESIMVMQVARTVM veſicantia ad refrigerationem externarum partium in peſtiferis primum locum obtinere.

INTER cætera, quæ magni momenti in peſtiferis febribus exiſtimantur, ſymptomata, eſt potiſſimum ipſa

sa extremorum, & externarum partium refrigeratio. Sic enim superius ostendi Aetium, & Paulum in grauissimorum accidentium, quæ pestilentes ipsas consequuntur, catalogo extremarum partium refrigerationem posuisse; ut hac ratione nõ semel Hipp. & Gal. febres illas in quibus interiora urũtur, & exteriora frigent, ad summum lethales esse ostẽderint. Et idem Gal. 4. acutorum, ex ardentibus febribus illas multo deteriores, imo malignas existimat, in quibus externæ partes sunt refrigeratæ, quam eas, quæ præ nimio ardoris sensu, totum corpus conflagrare videtur. Propterea Hipp. variis quidẽ in locis, in quibus Epidemicas affert constitutiones, præcipuè verò in illa tertii in tertium omniũ pestilentissima, extremorum frigiditatem tanquam deterrimum symptoma recẽset. & 7. aphor. 1: in acutis inquit frigus partium extremarum malum. Est autẽ in pestiferis hæc refrigeratio tam frequens, & consueta, ut Gal. ipse, variis in locis has febres malignas a magnis & vehementibus

Com. 16.

hoc

hoc vno videatur distinguere, quòd maligna nec magna, nec per vrentes, sed potius exterius mites, & placidæ nec calore vehementes existant; & Auic. in describenda hac febre, hanc dicat esse quiete tã exterius, turbantem interius. Idcirco, quamquam minimè negandum sit, aliquando pestiferas febres exterius & interius calidas, & exurentes reperiri, fortè tamen maior est illarum numerus, quæ refrigerationem habent conuixam; quam earum quæ insignẽ feruorem, contineãt. Ratioque ipsa persuadeat, illas quæ exterius mites apparent vrẽtibus deteriores esse, ut ex Gal. paulo ante ostendi. Etenim ubi in pestiferis febribus caliditas extra non apparuerit, necessariũ est, vniuersam illam caliditatem, circa viscera colligi. Hinc scribit Hipp. in illo secundo prognost. Caput manus, & pedes frigidos esse, ventre costisque, calentibus, malum esse; eo quod (vt ait Gal. in comm. summis partibus refrigeratis, costis, autem ac ventre calidis, in visceribus inflammationis magnitudo significatur: Idcirco idem

3. de crisib. cap. 4.

Cap. 14.

Gal.

bus cochry vel Adarcen vel castoreum admisceantur, frictiones fieri consulit, sed & dropaces & sinapismata proponit, dum hunc in modum scribit: At si per ,, hæc rigor non possit excalfieri, valentiori- ,, bus quoque ex his factis acopis, nec nō dro ,, pacibus & sinapismis, vti consilium est a- ,, liaq; fomenta rite admoliri. cui consentiēs ,, etiā Auic. in iisdē symptomatis curandis, ,, inquit: In forti autem quando perseuerat, ,, siue sit in febribus, siue sit in aliis, oportet ,, ut ligentur extremitates in locis plurimis ,, & inunctio fiet cum oleo camomelino & ,, radicis lilii, & sunt de hominibus, qui cō- ,, fortant illos cum eis, quæ sunt sicut corda- ,, monum & castoreum, ex ruta, & ita & ,, calamentum & baurac, & piper & pyre- ,, thrum, & quandoque concedunt admini strationem linimenti ex sinapi & assa fœti da, quibus inhærens Auic. paulo post sub scribit uarias olei calidi in hunc usum con fectiones et aquam calidam, calidioribus etiam alteratam, ex quibus iam satis constare puto, non modo, summam antiquorū

tempore hanc fieri debere, quo potissimum humores in loca præcipua præcipites etiam ruunt vnicuiq; in confesso esse deberet. Tale tempus esse principium, & augumẽtum docent, vt dixi; iam enarrata symptomata, docuit etiam Gal. in illo secũdo de diff. Febr. cap. vlt. vbi abũdè docuit, in accessionum initiis, externarum, quæ inflammantur partium exemplo, interna loca paulatim excrementa suscipere, in tumorem attolli, ruborem contrahere, in declinatione vero, humorem paulatim digeri, partemq; ipsam subsidere. Scio, hanc medendi rationem non sine caussa tam longo temporis spatio fuisse receptam, & in vsu habitam, vt scilicet horis quietioribus Venæ sectio, scarificatio, aut hirudines, medicamentum, vel clysteres, potius quam accessionis hora administrentur. Neq; ideo hæc dixi, vt hic veterem curandi modum in hac parte innouarem, sed tantum, vt summam ostenderẽ reuulsionis tẽpore principii & augmenti necessitatem; cui dum non licet grauioribus remediis iam propositis

tis satisfacere, quibus sanè nemo ignorat, agrũ duplici nomine grauiter conflictatum non leue incommodum subire. At saltem licebit, imò vero omnino necessarium erit saltem aliquod remedii genus administrare, quod sine vllo incommodo aut periculo, abq́ vlla patientis molestia, possit saltem reuulsionem perficere. Scio quidem leuiora quædam in hac summa necessitate tentari, suppositoria, frictiones, ligaturas & balnea calida, cucurbitulasq́ inanes, quæ omnia, vel inefficaciora sunt, quam satis symptomatis sufficiant, vel etiam periculosiora quam vt ita familiariter accipi debeant: id quod inferius latius etiam sum demonstraturus. Vesicantia igitur in hoc casu primas obtinent partes, hæc enim validissimè à quocunq́ affecto loco reuellunt, nec solum reuellunt, sed & deriuant & toto eo tempore quo grauissimè patientes conflictantur reuellunt ac deriuant, quod alioquin & opportunum, & necessarium est. Cum enim illa perpetuo agant, in febribus sanè per circuitum repetentibus to-

to accessionis tẽpore retrahere; in declinatione autem deriuare & euacuare, in conclusis autem semper vtrumq; præstare poterunt; propterea dixi vesicantia, etiam cucurbitulis vel scarificationibus esse anteponenda, quandoquidem, cucubitulas & scarificationes, in ipso accessionis tempore nullus libenter adhibebit, vel si adhibeat, tam longo temporis spatio, in earum vsu non insistet, quod necessitati satisfacere possit. Ideoq; vesicantia & ex loco à quo reuellunt, & ex loco in quem, & ex reuulsionis ac deriuationis tẽpore cæteris reuulsoriis remediis sunt præferenda.

CAPVT TRIGESIMVMSECVNDVM

Modum reuulsionis vesicantium cœteris omnibus esse præferendum.

ETIAMSI in vnaquaq; administranda operatione illud sit obseruandum, quod aliquando ab Hippocr. dictum est, vt scilicet iuuamentum præstemus, nec quicquam lædamus, vt propterea

rea

rea operatio quæ cito tuto, & cum iucundi tate perficitur, cæteris omnibus sit præferen da, in reuulsione tamen hoc potissimum expeti posse videtur. Cum enim ad reuellandas vehementissimas fluxiones valentissimo etiam remedio sit opus, quod quidem & calore & dolore potissimum agere ex Gal. iam satis docuimus, profectò difficile admodum est reuulsionum remedium inuenire, quod simul, citò tutò & cum iucunditate operetur, propterea experientia quotidiana docet, quam dolorosæ sint scarificationes, ac cucurbitulæ scarificatæ, frictiones autem ligaturæ & balnea calida, quamuis cum prædictis in doloroso sensu minimè sint comparanda, attamen ipsa quoque si in vehementibus fluxionibus, aliquam vtilitatem præstare debent, dolores non cõtemnendos afferunt, vt propterea ex calido balneo in vniuersis pedibus talis rubor excitetur, qualem ex uesicatorio in vnica particula fieri conspiciamus, Arctæ autem ligaturæ, præterquam quod satis dolorosæ sunt etiam mortificationis periculũ

infe-

inferunt, de qua re infra latius dissseram. Nullum itaque reuulsorium remedium, minus iniucundum, quod cito & tuto agat, vesicatorio excepto inueniri potest, & nisi quotidiana experientia id manifestaret, vllum scilicet inueniri, qui sinapismate ad hibito talem sentiat dolorem, vt ille, nec leuem querelam de hac re faciat: certè hoc ego latius comprobare tentarem. Sed quando neminem adhuc inuenio, qui aliud ex phœnigmo; quam (per longa etiam interualla) leuem quandam punctionem se sentire dicat, audeo etiam affirmare inter omnia reuellentia hoc vnum remedium esse placidissimum, quod si hactenus quibusdam dolorifici suspitionẽ non absq; caussa intulit, id non ex sinapismatis materia sed ex vnguento sacro, post sublatam epidermida importunè imposito totũ contigit, vt propterea hoc tempore, quo vsum istius medicamenti ego quoq; reformido, nullum inueniam, qui præ nimio doloris sensu ab his remediis abhorrere audeat, imò vero plerosq; video, qui dum

ægrotant sibi ipsis hoc remedium quam primum commouendum persuadent, & medicos ad illius vsum inuitant. Accedit quod cum reuulsio, ut nuperrime docuimus non tantum pro symptomatum præsentium vehementia, quantum pro futurorum periculo in particularibus accessionũ initiis humoribus scilicet ad internas partes confluentibus omni ex parte sit necessaria, quis quæso ille erit, qui febricitantes iam frigore, aut horrore vel rigore tentatos in calidum balneum imponere velit aut illius crura vel alias partes scarificare aut cucurbitulis onerare? nemo sanè vt ego censeo; Quod si dicat se saltem oleo calido posse inungere, profectò si caliditas tãta fuerit, ut necessitati sufficiat, iam sinapismati æquabit itaque etiam sinapismus conueniet. Quod si inferior fuerit, nihil sanè proficiet. Frictionem validã dicet quispiam se administraturũ. Sed quæso quid ægrotanti in accessione existenti minus molestum futurum arbitramur? an corporis partes calidas detegere. musculos dolen-

tes diu perfricare, in toto deniq; crure calorem ruborem, ac dolorẽ inducere, an potius acri medicamento ante accessionis aduentũ imposito illi deinde uniuersum reuellendi opus absq; vllo fere ægrotantis sensu dimittere? mihi profecto ita agendum esse videtur. Nec est quod quispiam dicat posse has reuulsorias frictiones aut alias post frigoris recessum administrari, quia iã eo ipso tempore fluxionem in viscera non amplius, sed magis ad corporis ambitum fieri ostendi. Nec est quod dicãt, ea quidem ut frictiones in principio etiam sed sensim & paulatim fieri, etenim hac ratione nullam omnino reuulsionẽ efficient. Itaque quoquo nos ipsos vertamus tãdem inueniemus modum agendi vesicantium cæteris omnibus tutiorem ac minus iniucũdum esse. De cucurbitulis scarificatis, et scarificatione nõ est quod amplius aliquid dicam, nam præterquam quod non obscurum esse existimo scarificationes omnes vesicantibus omnibus quamquam ualidissimis longe maiorẽ patiẽtibus molestiam ob balneum calidũ,

corporis

corporis incommodum, percussionem, longam, profundam, ac multiplicem incisionem inferre posse, accedit etiam quod tempore inuasionis (quo tamen vesicantia cõueniunt) nec scarificatio, nec cucurbitula scarificata à nemine vsurpabitur. Itaque modum agendi uesicantium, propter has caussas cæteris omnibus superiorem cõstituo. & eo magis quod nullum aliud auxilium reuulsorium minorem exigat apparatum, & consequenter minorem ægris timorem incutiat, quam vesicat. Etenim sub nomine cerati, omnibus facile tam pueris, quam mulierculis hoc remedium persuadere possumus. Sed vt hæc ipsa veritas clarius elucescat iterum sequentibus capitibus rem hanc considerabimus.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM

Reuulsionem ratione symptomatum in putridis febribus esse necessariam.

TANTA est symptomatum pathognomonicorum, & assidẽtium, quæ putridis accidunt efficacia, & peri-

culum; vt neminem ferè medicinæ scriptorem inuenias, qui, dum harum curationem sibi diligenter pertractandam assumit, propriam quoque curandorum symptomatum rationem non proponat. Id fecit Gal. fecerũt etiam Aetius Paulus Auicenas cæteriq; omnes Græci Arabes, & Latini prisci, & recentiores qui omnes apertissime ostenderunt, magnam eorundẽ symptomatum partem, reuellentibus præsidiis tractari. Etenim in nimio sopore, lethargo, phrenitide, uigiliis, delirio, cardiaca affectione, Lypothymia, & syncope, fluxionibus immodicis, nimia extremorum refrigeratione, reuulsoria multa remedia, frictiones inquam, ligaturas cucurbitulas calidum balneum, aliaq; id genus nõ raro proposuere, vt propterea, (quãtum ego censeo) caput hoc nullam omnino vsque ad hunc terminum contineat difficultatem. Vtrum vero talis reuulsio acribus etiam medicamentis tentari possit, in dubium reuocari video, quod tamen quia paulo inferius diligentissime discutiendum est pluribus non

Primo ad Clau. ca. 14.

confir-

cõfirmabitur. sat aût fuerit illud in præsentia collegisse, putridas febres, nõ minus ex propria sui ipsarum natura, (quod in superiori capite ostendi,) quam ex symptomatis, imò vero multo magis, reuulsionem desiderare. Etenim quamquam non ignoro mitiores febres, superuenientibus symptomatis plerumque carere, pathognomonica tamẽ, quæ vniuscuiusque febris essentiam constituunt, & illam, sicut umbra corpus, insequuntur, minime à propria febris idea seiungi possunt; vt propterea in quibuscunque febribus saltem concomitantium symptomatum ratione, reuulsio non sit improbanda. Quod si contentiosus, propriam in febribus istis intermittẽtibus symptomata pathognomonica, reuulsionem quidem exquirere concesserit, eam tamen nõ necessario propter eorundem symptomatum leuitatem et facilitatem moliendam minime esse contendat, ille in primis sciat, plerasq; intermittentes ratione symptomatũ, quandoq; lethales existere & sub accessionis initio ob vim symptomatũ aliquando nonnul-

febris intermittẽs ęt rõe symptomatis necat

los interfecisse. sed esto in intermittentibus reuulsionem tantopere locum non habere, & saltē mihi concedant, continuas & ratione concomitantium & superuenientiū accidentiū sine reuellētibus auxiliis minime ad sanitatē perduci posse, hoc enim mihi sufficiat ad ea cōfirmanda, de qbus paulo post sum dicturus. Neque enim (quod antea quoq; significaui,) eam quæ per vesicātia fieri potest reuulsionē, in omnibus febribus moliendā esse uolo. sed in continuis maligni sac pestiferis tantum, ad quam demonstrandam conclusionem, hæc duo iam supposita mihi summopere, conducere existimo, febres putridas ex propria natura, & magis symptomatum ratione reuulsoriis, præsidiis esse tractandas.

CAP. TRIGESIMVMQVARTVM. vesicantia ad refrigerationem externarum partium in pestiferis primum locum obtinere.

INTER cætera, quæ magni momenti in pestiferis febribus existimantur, symptomata, est potissimum ipsa

sa extremorum, & externarum partium refrigeratio. Sic enim superius ostendi Aetium, & Paulum in grauissimorum accidentium, quæ pestilentes ipsas consequuntur, catalogo extremarum partium refrigerationem posuisse; ut hac ratione nō semel Hipp. & Gal. febres illas in quibus interiora urūtur, & exteriora frigent, ad summum lethales esse ostēderint. Et idem Gal. 4. acutorum, ex ardentibus febribus illas multo deteriores, imo malignas existimat, in quibus externæ partes sunt refrigeratæ, quam eas, quæ præ nimio ardoris sensu, totum corpus conflagrare videtur. Propterea Hipp. variis quidē in locis, in quibus Epidemicas affert constitutiones, præcipuè verò in illa tertii in tertium omniū pestilentissima, extremorum frigiditatem tanquam deterrimum symptoma recēset. & 7. aphor. 1. in acutis inquit frigus partium extremarum malum. Est autē in pestiferis hac refrigeratio tam frequens, & consueta, ut Gal. ipse, variis in locis has febres malignas a magnis & vehementibus Com. 16.

hoc

bus cochry vel Adarcen vel castoreum admisceantur, frictiones fieri consulit, sed & dropaces & sinapismata proponit, dum hunc in modum scribit: At si per ,, hæc rigor non possit excalfieri, valentioribus ,, quoque ex his factis acopis, nec nō dro ,, pacibus & sinapismis, uti consilium est a- ,, liaq; fomenta rite admoliri. cui consentiēs ,, etiā Auic. in iisdē symptomatis curandis, ,, inquit: In forti autem quando perseuerat, ,, siue sit in febribus, siue sit in aliis, oportet ,, ut ligentur extremitates in locis plurimis ,, & inunctio fiet cum oleo camomelino & ,, radicis lilii, & sunt de hominibus, qui cō- ,, fortant illos cum eis, quæ sunt sicut corda- ,, monum & castoreum, ex ruta, & ita & ,, calamentum & baurac, & piper & pyre- ,, thrum, & quandoque concedunt administrationem linimenti ex sinapi & assa fœtida, quibus inhærens Auic. paulo post subscribit uarias olei calidi in hunc usum confectiones et aquam calidam, calidioribus etiam alteratam, ex quibus iam satis constare puto, non modo, summam antiquorū

ſcriptorum in tollenda nimia externarum partium in febribus refrigeratione, diligẽtiam & ſollicitudinem, ſed eam quoque non niſi calidiſſimis medicamentis ex eorundem ſententia perficiendam, ſiue ſint balnea fomenta, calidæ inũctiones, frictiones, ſiue dropaces & veſicantia. Ex quibus omnibus nullum video minori periculo, aut ægrotantis moleſtia, patientibus dropace ipſo aut ſinapiſmate adminiſtrari poſſe. Etenim vt ex Celſo & cæteris iam collegimus, reliqua ferè omnia remedia, ſi aliquam hac in re vtilitatem præſtare debẽt, toti corpori ſunt adhibenda, veſicantia uero ſufficit extremis partibus apponere, vt hac ratione cum a grauioribus etiam medicinæ ſcriptoribus ſint propoſita, in tali ſymptomate cõuenire, nemini dubium eſſe debeat hæc nedum vtilia, ſed & ſummopere neceſſaria fore. Quod ſi talia in earum febriũ quas benigniores exiſtimamus adminiſtratione iudicemus. quid quæſo de iis erit ſentiendum in ea refrigeratione adminiſtratis, quæ peſtiferas febres maiori ex

ri ex

Gal.ſuper textu. 27. 5.in ſextum epid.vbi inquit Hipp. Refrigeratio, quæ in ventre ſunt, durat, oſtendit Gal.de externa refrigeratione ſermonem eſſe, quã inquit ideo ea quæ in ventre ſunt indurare, quod calorem intro coerceat, iuxta illud Hipp.ventres hyeme, & vere calidiores, propterea idem Gal.4.de tuẽda val.4.externis partibus refrigeratis ſuccos omnes intro ſe recipere ſcribit.Si itaq; tot & tanta mala refrigeratis partibus in omnibus febribus cõſequũtur, quid quæſo in peſtiferis fieri poſſe exiſtimabimus, in quibus nõ modo copia & putredo, ſed & venenum interiora petit omni igitur ſtudio ſatagendum eſt ut calor ad exteriora euocetur, futurum hac ratione ut interna uiſcera a copia putredine, & venenata qual. liberentur. De qua re video quoq; grauiores medicinæ ſcriptores etiam ſine tam magna veneni ſuſpitione, valde fuiſſe ſollicitos ut propterea Hipp. omnia refrigerata ſcribat eſſe calefaciẽda exceptis iis, ex quibus ſanguis fluit aut fluxurus eſt, & 4.acut.in ventre fluido laboranti

5. aphor. 19.

40.

& tunc necesse est administrare cooper- ,,
turam trahentem caliditatem exterius. ,,
Non est igitur vsque adeo obscurum in ,,
omni uitiosa febrium refrigeratione, præcipuè autem pestiferarũ, calorifica omnia auxilia externa, inter quæ primum locum obtinent vesicantia, ratione & vniuersa antiquiorum medicorum schola duce, esse ab omnibus quis citam & tutam curandi rationem instituere volũt, quam primum administranda sed iam ad alia symptomata nos ipsos conuertamus.

CAP. TRIGESIMVMQVINTVM

Vesicantia in pestiferis febribus ratione cardiacæ & syncopes conuenire.

EX symptomatis, quæ non raro sed omnium grauissimè, febre pestifera tentatos inuadere et infestare solent, est cardiaca affectio & syncope, quamquam enim etiã sine malignitate, vtrumq; symptoma febricitantes inuadere possit, cum tamẽ vt paulo ante demonstraui, febris pestifera ad

vnũquodq; genus & speciẽ pertineat, propterea, si venenata hæc qualitas illi caussa, quæ spontè sua syncopen, & cordiacen efficere possunt, copuletur, deteriorem adhuc ægrotantis cõditionem reddiderit. Itaque non ad præsentis symptomatis tãtum curationem, sed ad præseruationem maxime animum dirigere oportet, futurum sanè, vt patientes, multò melius ab imminenti mortis periculo, preseruatoriis, quã curatoriis auxiliis liberari possint. Ad arcenda igitur & prohibenda hæc accidentia, reuulsiones omnes, de quibus iam ante memini magnam vtilitatem præstare possent, in vesicantibus autem omnem ferè salutis spem reponere oportet. Etenim cum neque in cardiaca aut syncope euacuantes reuulsiones validas nisi summa cum temeritate experiri possimus: neque enim ullus syncope tentatos euacuationibus vnquam tractare audebit nisi quando, ex summa humorum repletione eam, contingere cognouerimus, quam si crudorum humorum esse contingua Gal. & cœteri, non

medica-

ri ex parte consequitur. profectò nemo negabit in aliis febribus non pestiferis hæc tantũ esse vtilia. in Pestiferis omnino necessaria. Idcirco Gal. 1. ad Glau. ad tales febres siue ob inflammationem, siue etiam ob malignitatem refrigeratas inquit, iis artus fricare fortiter & calefacere &c. Et ne quis id tantũ frictione aut balneo, aut alio simili remedio à vesicante distincto hoc præstari debere patet, audiat oribasiũ qui in tali casu ex Ruffi sentẽtia ita scribit. si vero ardor interiora occupat extremaque algeat, & summa cutis est frigida, præcordia tenduntur, venter colliquationes, partim sursum partim deorsum mittit vigiliæ vrgẽt, deliria fiunt, lingua est aspera, iis calefacientibus opus est, vt calor per totum corpus diffundatur, & vt ab interioribus partibus, ad exteriores trahatur, quacunque fieri ratione poterit innitendũ: Si quacunque ratione fieri potest, enitendum, ut calor ab internis ad externas partes decumbat, ergo non modo frictionibus & inunctionibus, sed & vesicantibus ut propterea

Cap. 14.

*medicamentis, sed assidua magis fri-
ctione curare volunt. Si verò fuerit sangui
nis ego quidem in tali syncope, quæ ad spi
rituum tantum suffocationem consequi ui
detur, secutus Hippocratem & Gal. in il
lo 4. acut. venam in cubito secari posse &
debere consulo, non tamen vt ego censeo,
prius quam patiens ab actuali syncope libe
retur. In cæteris autem casibus, in quibus
talis venæ sectio non conuenit, imo vero
nec alia quæpiã valida euacuatio tam in
accessione, quam extra accessionem; ad
frictiones. balnea, ligaturas, inunctiones
calidas & vesicantia quoque confugere
oportet. Et quod ad cæteras pertinet reuul
siones vesicantibus exceptis, sanè Gal. in
illo primo ad Glauc. in istis proponendis
tam multus est, vt eius verba in medium
proferre minimè sit opportunum. Sed quod
ad vesicantia ipsa pertinet, ratione &
auctoritate confirmatur, in cardiaca &
syncope, quæ à succorum vel calidorum,
vel frigidorum aut multitudine aut praui
tate contingunt, nihil melius vesicantibus*

inueniri aut excogitari posse. Duo tam in syncope quam in cardiaca affectione sunt adprimè necessaria, è directo inter se pugnantia, quæ nullis aliis auxiliis melius quã vesicantibus perfici valent, primum quidem est, vt cutis ipsa constipetur, & sudor cohibeatur, etenim nemo ignorat, in huiuscemodi affectionibus cutem relaxari sudoresque multos simul cum natiuo calore excerni ac confertim digeri. propterea

Cap. 14. *Gal. in illo primo ad Glauc. in huiuscemo-*
" di casu, inquit, statim igitur ipsos corro-
" borabis, si aqua frigida sparseris & flabel laueris, &c. Et clarius paulo ante in syncope ex sudore, balneas calidas & ligaturas omnino prohibet, & adstringẽtia ac refrigerãtia cõmẽdat, propterea inquit: Ac
" uẽtis refrigerãtibus aditũ parare, aerẽ quo
" que domus alterare frigida atq; adstrin-
" gente qualitate myrtorum frondibus, vi-
" tium capreolis, ac rosis pauimentum consternentes. Si igitur in syncope ex sudore refrigerantia & adstringentia hac ratione coueniunt, in cardiaca etiam id ipsum

esse

esse præstandum Gal. testimonio comprobari potest, qui lib. de Ther. ad Pis. de cardiacis hæc scribit: Nam cum multis & continuis sudoribus corpus diffluat atque ita vires dilabantur &c. In tali igitur casu euacuationes non conueniunt, balnea & frictiones vel ligaturæ à Gal. improbantur & tamen summa adest reuulsionis necessitas, quando humores ad os ventriculi & cor præcipites labuntur & extremæ partes in imo rifrigerantur, in hoc igitur casu uesicantia extremis partibus adhibita cæterorum adstringentium & refrigerantium vsum minimè impediunt, ipsa uero maxima cum utilitate administrantur. Propterea Aetius tertio tetrabibli, quamquam ipse quoque ad sudores reprimendos, & stomachum roborandum cataplasma imponat, ventri & thoraci, ex palmis, Orenanthe, Acatia, Rosis, & cæteris id genus, nihilhominus reuulsionis, et extremorum incalescentiæ necessitatẽ considerans, inquit; Extremæ vero corporis partes, siue ad genua vsque & cubitos, siue vsque ad

cap. 15.

Cap. 1.

,, *locum ſub alis, & inguina ſint refrigera-*
,, *ta, face vſta, & ſulphure viuo conſpergen*
,, *da aut pyrethro aut piperide aut bulbis tri*
tis, cum pipere illinendæ, à brachiis vſq;
ad digitos, & à femore vſque ad extremos
,, *pedes gracilibus linteolis ſimul circumpo-*
,, *ſitis; idem præſtat, Synapi & Pyrethrum*
ac Adarce. Gariopōtus etiam medicus ve
tuſtiſſimus poſt frigida & adſtringētia pro
coercendo ſudore adminiſtrata, inquit.
,, *Articulus quoque eorum oleo cucumera-*
,, *rio vel nimis vetuſto, mixto puluere nitri,*
,, *vel piperis, pyrethri, adarcis, aut vrticæ*
,, *ſeminiſque defricabis, infundens calore*
,, *ignito, morientem calorem reparare qua-*
,, *tenus valeamus. Ex quibus ſatis conſtat,*
quod cum in Cardiaca, hæc calefacientia,
toti corpori admouere minimè liceat, ſed
extremis tantum partibus, ea profectò, niſi
calidiora fuerint, qualia iam ex propoſitis
medicis eſſe debere conſcripſimus, veſican
tia ſcilicet, aut nullam, aut ſaltem tā infir
mam facultatem obtinebunt, ut tanto ſym
ptomati nihil vel parum præſtare poſſint.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVMSEXTVM

Quod veſicantia in peſtiferis, quæ fluxiones in caput habeant omnium maximè conueniant.

NVLLVM eſſe ſymptoma ex illis, quæ ad cerebri & capitis actiones læſas pertinent, vigilias inquam, vitioſos ſomnos, deliria & capitis dolores, quod reuellentibus auxiliis tractari non debeat, in arte medica ita manifeſtum eſſe exiſtimo, vt nulla indigeat probatione. Vtrum verò talis reuulſio, ſolis frictionibus, ligaturis, calidis balneis, cucurbitulis, vt cætera reuulſoria euacuantia prætermittam (ſcarificationes inquam, hirudines, venæ ſectionem, purgationem, clyſteres, ſuppoſitoria) perficienda ſit, an potius etiam ueſicantia iis connectere liceat, & vtrum hæc magis, an potius cœtera ſint eligenda, inquiſitione indiget. In primis autem illud tanquã apud antiquos medicos acceptum ſuppono, in affectionibus frigidis, quæ reuulſio-

uulsionem exquirunt, uesicantia vltimum sibi locum non vindicare. hoc iam, ex Oribasio, Aetio, Paulo, & Arabibus, satis superque superius comprobaui. Nam vt cœteros omittam Paulus in lethargicis, catoche, & cataphora oppressis, à principio morbi, cruribus, & brachiis sinapismata adhibet, id quod apud alios multos etiam videre licet. Quod autem in dubium vertitur, illud est. Vtrum ad reuellendum humores calidos consequenter ad tollendas vigilias; deliria, doloresque capitis, ab huiuscemodi caussa calida excitatos in febribus prodesse possint. Dico prodesse possint. Etenim, vesicantia calidos etiam humores reuellere minime videtur in dubium reuocãdum, posteaquam si frigidum humorem retrahunt, qui difficiliori negocio propter sui lentorem, & crassitiem ad contrariam motionem diuerti posse videtur, multo magis calidos ad vnumquemq; motum paratissimos retrahere poterunt. Non est igitur dubium. Vtrum id possint nec ne: sed vtrum calida existente affectione,

5. 7. c. 19.

Vesicatio reuellunt a capite et humores calidos; et Ideo adhibentur ad tollendos vigilias delirio, dolores capitis!

ctione, & in febribus ipsis assumi debeant. Et quanquam video multas hic adduci posse rationes, quibus ipsorum administratio in febribus ipsis impugnari possit, istis tamen pro nunc dimissis, quas omnes posterius diligenter considerabo: primum quidem resolute decernendum esse existimo, vesicantia pro symptomatis in febribus à caussa etiam calida excitatis, tale commodum præstare posse, quod cæteris reuulsoriis non cedat, imo fortè superius fiat: quã rem etsi puto magna ex parte illis locis, & rationibus fuisse confirmatam, quibus superius ostendi vesicantia in calidis affectionibus, pro reuulsione ab Aetio, Paulo, & Galeno fuisse usurpata, mihi tamen liceat, quædam ex istis altius repetere, alia vero innouare. Igitur quod in primis pertinet ad ea Galen. loca, in quibus ipse scribit, acria medicamenta artubus imposita, succos ad caput ventrem confluentes, & redundatiam ipsam ad contrariam partem reuellere posse, hæc sanè non modo calidas fluxiones, sed eas quidem cũ febre horum

medi-

medicamentorum beneficio retrahi posse ostendunt. Et sanè, de calida fluxione à Gal. his locis verba fieri iam fuit demonstratum: hanc verò febrem etiam supponere nunc quoque probabitur. Probatio autem triplici innititur fundamento, quorum primum ex materia fluente, secũdum ex loco ad quem fluit, tertium ex medicamento reuellente desumitur. Quod fluit, est sanguis, vel pro quarto humore, cæteris superabundante, vel pro tota massa sanguinea ex æquo redundante acceptus, quæ Gal. nomine rrdundantiæ significauit. Locus est caput & venter, partes sanè præcipuæ & nobilissimæ, ad quas si sanguis immodicè confluat, ex morbis inflammationes, ex symptomatis vigilias, dolores, deliria, aliaque id genus multa inferre potest Galenum verò hanc redundantiam in caput fluentem prædicta symptomata inferre voluisse, minimè est dubitandum, qua enim quæso ratione quispiam redundantiam in caput confluentem deprehende re potest, nisi ille ex dolore, vigiliis aut de-

lirio

lirio vel iis omnibus simul illam interno-scat? sensibus talis fluxio minime patet, cō-iectura autem illam fieri assequemur, quā do prædicta apparuerint signa. Vbi vero prædicta hæc symptomata capitis inflāma-tionem inchoantem consequuntur, sine fe-bre minime possunt consistere, propterea ex redundantia fluente, ex membro suscipien te fluxionem & calidam & febri adnexā Galenum constituere oportet, quod magis confirmatur ex medicamenti administra-tione, certum est enim extremis morbis ex trema conuenire remedia, vesicantia vero maximū esse remedium nemo vnquam in dubium reuocauit, vt propterea Gal. qui optimè fluxiones minoris momēti cognouit, & paulo ante in eo commento 13. lib. de hu moribus, ad retrahendam materiam a tho race & stomacho, leuiorem noxam inferen te, manus ac pedes vinculis excipi iussit, minime hoc tam graue remedium, recepis-set, nisi grauissimum etiam affectum ex ta-li in caput & ventrem redundantia, expe ctasset. Itaque siue dolor seu vigiliæ aut de-

 lirium,

lirium, quæ maximi fuerint momenti, in febribus cõtingant, reuulsionem per acria medicamenta cum Galeno tentabimus: quando redundantia in caput confluens quam Gal. horum acrium appositione uult reuelli necessario prædicta semper symptomata inferre potest; confirmatur adhuc magis hæc opinio, quia ex aliis reuulsionibus in hoc casu acceptis & usitatis nulla videtur esse magis conueniens vesicantibus ipsis. Video enim apud Gal. Oribasium, Aetium, Paulum, Auic. et cœteros omnes pro somno, vigiliis, ac dolore capitis, ligaturas extremarum partium libentissimè adhiberi, quæ sanè ligaturæ, si diligentius earum vires expendamus, uidebimus illas nõ modo periculosas esse, sed quod magis refert easdem potius caput replere, quam ab eodẽ reuellere, esse autem periculosas in primis quidem ex Galen. colligi potest, primo ad Glauc. 14. qui ligaturas cruribus pro fluxione reuellẽda admoliendas, moderatas esse iubet. Nam si nimiũ tendantur ex hoc membrum fatigari, & nihilominus irritari, quam

ligaturæ ad reuellendũ moderatæ sint

ri, quam

ri, quam irritetur membrum, a quo fit reuulsio. sed quod magis refert, illud est, huiuscemodi ligaturas valentiores etiam mẽbri subligatura consistentis plerumq; mortificationem inferre. Sic enim scribit Gal. lib. de morb. causis & vincula quadam violenta ipsi aliquando particulæ circum posita corrumpent ipsam, ac frigefacient, ob id quod eam separant atque seiungunt, a communicatu membri in animali praecipui, a quo calor emanat naturalis, atq; inde vim sui motus recipiunt arteriæ. Si itaque valida sit ligatura partem exasperat, & mortificat, si imbecillis fuerit, summæ necessitati non satisfacit: sed esto etiam particulam ex ligatura valida nullam incurrere noxam, tãtum abest, vt quantum ego censeo ligatura diuertat etiamsi partibus inferioribus adhibeatur, vt potius caput ipsum immodicè repleat. Etenim ligaturã, ad se sanguinem violenter attrahere, minimè tamen euacuare, quotidiana docet experientia; duplicem igitur ob caussam, partes supra ligaturam constitutæ immoderatius

Cap. 3.

tius fluxionem suscipiunt, prima est, quia quo tempore ligatum est membrum, eũ sanguinem, qui ad inferiores ligaturæ partes confluere deberet, ad superiores impellit, quam ueritatem cum cognosceret et Hipp. & Gal. 3. de officina medica, ad restituendam maciem unius membri, non ob alium finem, quam ob iam propositum, aliud mẽbrum ex aduerso ligari præcipiũt. Secũda caussa & fortior est, quia quamprimũ soluitur ligatura; ille sanguis, qui violentèr in parte ligata continebatur, tanquam effrenis redditus summo quodam impetu in imbecilliores partes irrumpit, ut propterea reuulsioni momentaneæ repletio continua succedat. Hanc veritatem cognouit Oribasius a quo acceperunt Paulus, Auic. & cæteri, qui in vigiliis, vincula, non ut caput ab humoribus liberent, sed magis ut ipsum repleãt, præcipere solent. Quid enim aliud quæso existimamus hos summos viros voluisse quando uigilantibus ad conciliandũ somnum arctas ligaturas extremis partibus fieri, & postea momento temporis solui uoluerunt,

voluerunt, quam vt confluente affatim copioso in caput humore, cerebri substantia ex febre siccior reddita, irroraretur, atque humectaretur? futurum hac ratione, vt somnus subsequatur. Oportet igitur reuulsorium medicamentum, si in prædictis symptomatis, quæ maxima in pestilentibus, & perpetua sunt, & præcipue circa initia, augmenta, & status accessionum manifestantur & exacerbantur, iuuamentũ præstare debet euacuare, idque perpetuo efficere & absque virium iactura & ægrotãtis molestia reuellere. Venæ sectio, scarificatio, hirudines purgantia, & clysteres, ac cucurbitulæ scarificatæ, euacuant quidẽ, sed horis accessionis administrari non possunt. Frictiones, ligaturæ, balnea calida, cucurbitulæ siccæ, reuellunt quidem, sed absque euacuatione, neque ipsa perpetuo agere possunt. Igitur vesicantia tanquam euacuantia quocunque tempore sine vlla ægrotantis molestia, aut periculo agentia, ad reuellendas etiam calidas in caput fluxiones, quamquã febris, non modica adne

xa

xa fuerit accommodata debebunt omnino libenter a quibuſcunque adminiſtrari. Et hac de veſicantibus pro peſtiferarum ſymptomatis reuellendis ſufficere uolo, quando mihi adhuc multo maiora ſuppetant argu mẽta, pro illorum in peſtiferis adminiſtratione confirmanda; de quibus nunc ſubiungam.

CAP. TRIGESIMVMSEPTIMVM.

Quæ ſit præcipua occaſio adminiſtrandi veſicantia in peſtiferis, & quæ ſit vera curandorum venenorum ratio.

MAGNAM profecto poſſunt veſicantia vtilitatem in peſtiferis adferre, quamquam ſine vlla venenatæ qualitatis ſuſpicione fuerint; cum reuulſionem in locum tam congruum & commodum, eo potiſſimum tempore efficiãt, quo maior vrget neceſſitas, quando cœtera reuulſoria vel adminiſtrari non poſſunt, vel periculoſiora ſunt. Ipſa vero veſicantia cito tuto, & ſine vlla ferè patiẽtis moleſtia operentur; perpe-

tuo agant, fluxionesq; omnes ad interna vi scera repentes distrahāt. Hac enim ipsam febris exacerbationem siue cum symptoma tis, siue sine symptomatis fuerit aut impedi re. aut saltem imminuere possunt vt hac ra tione, & insignes refrigerationes, & synco pes, & cardiacās affectiones, & deliria, & dolores capitis, et comata atque alia id genus plurima prohibere valeāt. Quæ quā uis in omnibus putridis sint grauia cum ta men in pestiferis profecto perniciosiora red dantur maior erit pro his scopis perficien- dis in pestilentibus vesicantium vtilitas, quam in alia ulla febre. Cum igitur ta- lis, ob dictas caussas sit vesicantium fru- ctus; qui tamen nunc subsequitur cæteros omnes longe, lateque superat: In posterum enim de horum vsu pro venenata qualita- te expugnanda erit sermo, ad quod præstā- dum tantopere & Gal. & cæteri omnes probati medicinæ scriptores eā valere cen- sent, vt venæ sectio, ac purgatio in horum comparatione periculosa, uomitus, clyste- res, diuretica, frictiones, cucurbitulæ, cau-

teria,

teria, inunctiones. atq; alia id genus plurima leuiora, ac infirmiora. iudicetur. Quae ne gratis dixisse videar, singillatim quoq; explicare conabor. Primum quidem de ueneno in genere, deinde vero singillatim de Pestiferarum veneno verba faciendo.

CAP. TRIGESIMVMOCTAVVM

An venæ sectio, purgatio, vomitus clysteres diuretica in veneno conueniant & quomodo.

ARDVA sanè, non tamen noua est difficultas vtrum ad venenum superandum uena sectio conferat nec ne; in quaetsi variæ propemodũ afferũtur hinc, inde rationes & loca, ego tamen qui ex professo venenorum tractationẽ minime instituo, sed illud tantum, quod ad pestiferarum, febrium rectam curationem facere potest aggredi volo, paucis verbis, quæ ad huiuscemodi quæstionem, & cœteras etiam subsequentes pertinent perstringam, vt ad principale in tantum deinceps me conuertam.

tam. Itaque ſicuti in omni veneno venam ſeçare, ego non modo ſuſpectum ſed & pernitioſum eſſe exiſtimo, ita hãc ipſam a quibuſcunque venenis ablegare, inconueniẽs, & periculoſum eſſe iudico. Sectam venam humores quidem in venis cõtentos euacuare, ſed alios etiam vel ab ambitu corporis vel a viſceribus in eaſdem venas perducere, ego (quantum ſit ex me) pro cõperto habeo; ita vt non modo, (quod communiter vnuſquiſque ſentire videtur,) libenter accipiam, ſanguinẽ ſcilicet ex uena ſecta ab ambitu corporis in venas ipſas deduci; Verum & a viſceribus in venas illum tranſmeare credam, ſic enim ſcribit Gal. 4. de tu. val. cap. 5. ,, Quippe inciſa vena bonum ,, ſanguinem emittit; malum qui in primis ,, maximè venis, circa iecur. & quod meſenterium vocant colligitur, in totum attrahit corpus. Itaque vena ſecta, non tantum a circumferentia ad cẽtrum vt dici ſolet, ſed & a viſceribus in venas ipſas deducit quod & ratio ipſa perſuadet. Exinanitis etenim venis, multo facilius eſt, illas a vi-

sectio venæ sanguinẽ ex [illegible] exhaurit [illegible] in totũ [illegible] corpus

sceribus præcipuè iecore tanquam sanguinis officina, quam à musculis totius corporis sanguinem exhaurire, & ideo in iecoris inflammatione scribit Gal. sectã in cubito venam, non solum reuellere, sed & a iecore sanguinem educere. Quibus sic constitutis, siue venenum recens intro assumptũ, siue etiam nuperrimè extrinsecus morsu inflictũ fuerit, ego planè existimo, propter eã quam modo adduxi rationem, satis periculosam esse venæ sectionem: quod scilicet venenum siue in centro, siue in circumferẽtia existens, in venas deductum, vniuersam sanguinis massam inficere possit: vbi vero contingat, huiuscemodi venenum iam ad venas ipsas confugisse, in tali casu diligenter considerãdum, an magnam venenum in sanguine effecerit corruptionem, an potius adhuc nullã uel fortè exilem: quæ duo ex virtute ipsa vitali languida vel robusta dignosci poterunt: magnã etenim corruptionem virtus exoluta, exilem autem vel nullam robusta demonstrabunt. In tali igitur casu uirtute languida existente, consequenter

ter in magna sanguinis ex veneno corruptione uena sectionẽ aggredi minimè oportet; uiribus autem robustis existentibus, calido & plethorico corpore, non inconuenit, aliquam per venam sectam sanguinis euacuationem moliri, idque libentius in uenenatis morsibus, quam in assumptis faciendũ esse reor, eo quod morsus venenati quãdo maiores extiterint, dolores atque inflammationes maximas excitare valeant, ad quas sedandas, non parum venæ sectio conferre potest. Propterea Paulus lib. 5. ad hæc omnia respiciens venæ sectionem minime improbauit, inquit enim. Quod si virus iã corpus subiecit, sanguinis detractione quã celerrimè vtendum est, atque in primis si morsus videatur corpulentus. Ex quibus verbis conditiones a nobis iam explicatas ad unguem exponit, detractionis celeritatem consulens, ne humores nimium corrumpantur, morsum corpulentum proponens, propter inflammationis periculum. Quæ omnia vt dixi, in corpore plethorico calida intemperie, & veneno calido cum

Cap. 2.

 liben-

libentius sint administrāda, idcirco in his casibus Rhases & Auicen. quoque libenter uenæ sectionem admittunt; vbi verò uenenum frigidum fuerit, aut vires ex insigni humorum corruptione infirmiores effecta, a secanda vena ex toto abstinēt. Quod si intro assumptū, aut extrinsecus illatū sit cuius facultatē ad uenas ipsas adhuc minime peruenisse cōiectura assequi possimus, neminē video qui venæ sectionem proponere audeat, imo vero nuper assumptum vomitu, et clysteribus acrioribus, inflictū autem uariis attrahentibus, quamprimū educere tentāt. Quid igitur de venæ sectione sit sentiendum, quid etiam de uomitu & clysteribus, iam breuiter dictum est. De diureticis etiam paucis rem expediēs cū Aetio, Paulo, ac cæteris dico, venenum vbi ad vrinæ vias descenderit, etiā diureticis esse expurgandum. Sed quæ ad attrahētia in cutem spectāt, longiore oratione a nobis paulo post declarabuntur, paucis quibusdā de purgatione explicatis: Etenim de hisce quoq; nō leuem esse difficultatē satis antiquorū scri-

pta

pta declarāt, ex quibus colligere possumus, nō uarios tātum sed vnum & eūdem Auctorem quādoq; uenenatis purgātia medicamēta propinare, eūdem vero tanquā de remedio noxio; vel minime vtili in cōmunibus praeceptis; aut curandis singularibus venenis ne verbū quidem facere. Vt tamē aliquid certi hac in re (quod ad me pertinet) proferam, purgātia medicamēta uenenis tunc tantum noxia esse posse puto, quando aut uenenū ex ictu inflictum adhuc in interiores partes non secesserit, vel si fuerit ex assūptis, illud aut ex 4. gradu calidis, & causticis, ut Arsenico, uel ex electiua nimiū ducētibus, vt elaterio antimonio, aut albo Veratro, aut ex illis quae iam aegri vires deiecerint, esse cōtingat. Caetera vero si adhuc in ventriculo & intestinis cōtineatur, magis uomitu, & clysteribus: quae purgante validiore educēda sunt, si etiam ad vias vrinae impetum habeant; diureticis ex Aetio ueniunt expurganda. In aliis uero casibus istis exceptis, constantibus uiribus, purgantia leuiora sunt quidem

concedenda, et Agaricus potiſſimũ, quem omnes ferè medicinæ ſcriptores, non pro purgante tantum, ſed magis pro alexipharmaco in venenis omnibus libenter admittere ſolent, grauiora vero nequaquam. His igitur ſic declaratis (quæ paulo poſt nõ extra rem propoſita fuiſſe oſtendã,) ad vltimum euacuationis genus omnium præſtantiſſimum me confero, cuius vſum in genere vbi comprobauero; ad peſtiferarum venenum me conuertam.

CAPVT TRIGESIMVMNONVM.

Ad expugnandum omne venenum euacuationem, quæ deducentibus in cutem fit, cæteris eſſe anteponendam.

INTER tot & tam varias quæ circa humanum corpus tentari ſolent, ad expugnanda venena euacuationes, nullam uideo aperte medicos, quæ frequẽtius aut maiore cum fructu vſurpari conſueuerit, ea quæ in vniuerſam cutem virulentiam ipſam perducere poteſt. Nam etſi

venenis

venenis nuper assumptis antequam in uniuersum corpus distribuantur, talis per cutem euacuandi modus, nõ solum importunus, verum etiã periculosus esse uideatur, utpote qui uenenum uomitu potius aut clysteribus uel lenientibus medicamẽtis antequam in uiscera uel totũ corpus distribuatur, expurgandum, in ea ipsa uiscera & uenas attrahere possit, si tamen talis distributio iam fortè fortuna contigerit, nemo sanè amplius refragabitur, quo minus, etiã tale uenenum, vel alexipharmacis aut in cutem attrahẽtibus, quam primum perduci possit. Quod si in uenenis per os assumptis, (quæ certum est primam suam sedem circa uẽtriculum & intestina collocasse) id faciendum est, quid quæso in illis uenenis, quæ uniuersum corporis habitum iam obsederũt, aut post animaliũ morsũ relicta sunt, præstandum iudicabimus? Profectò, nemo etiam artis ignarus nõ nouit quam primum uniuersum hoc virus in cutem esse deducendũ, in quem finem, tot sunt proposita simplicia & composita medicamenta,

ta, omnia calida a tota substãtia agentia, intrinsecus & extrinsecus vsurpanda, de quibus diligenter in primis a Diosc. in 6. lib. scriptum est, deinde vero et a Gal. Aetio, Paulo, Actuario, Rhase & Auic. caeterisque Arabibus, imo & recentioribus variis, qui sanè in proponendis internis & externis auxilis pro veneno in cutim ducẽdo satis prolixi fuerũt, cum tamen nullum videam, qui paucioribus verbis uniuersam hãc doctrinã cõplexus fuerit, praeter Gal. idcirco huius doctrinã in praesẽtia recipio. Gal. itaq; in lib. de const. artis. 13. meth. et 5. simpl. ad duo praecipua capita hãc ipsam breuiter reducit, alterationem scilicet & euacuationem. Vtrumque uero membrum in duas partes subdiuidit prout haec ipsa alteratio, & euacuatio aut qualitatibus manifestis aut occultis perfici potest. Caeterum quae ad alterationem pertinent, siue ea per manifestas debeat qualitates fieri siue per occultas, in praesentia dimittantur, & ad euacuantia pertrãscamus. Euacuationis igitur nomine, Galenum vnicam in cutẽ

cap. 19.
cap. 5.
cap. 18.

attra-

attractionem intelligere, clarissimis uerbis significauit dum inquit, euacuari venenũ attractione in cutem vel caliditate vel substantiæ similitudine. Et quamquam non ignoro, posse aliquem Gal. verba de morsibus tantum venenatis interpretari, attamen, quod superius ostendi, idipsum etiam nũc confirmare audeo, Gal. uerba nõ modo de uenenatis ictibus, sed & de quocũq; veneno siue intro genito, siue per os assumpto, dũmodo illud in uniuersum corpus fuerit distributũ, etiã intelligenda, quandoquidẽ pro superficiali veneno, tot & tam ualida attrahentia ne dum necessaria sed neque vtilia forent. Quæ enim ad eiuscemodi operationem moliendam a variis scriptoribus proponuntur, sunt in primis varii ad sudores excitandos inuenti modi per vesicas bubulas, oleo aut aqua calida refertas, aut tegulas similiter calefactas, uel sacculos herbis calefacientibus, igne etiam calefactis refertos, sub axillis & aliis corporis partibus repositos, hypocausta etiam seu laconica, ad hæc cucurbitulæ, &

vt dicit Gal. caua cornua, animalia etiã minora vt gallinæ deplumatæ, podex, & maiora exenterata, ut muli vel mulæ: quæ corpori ita calida imposita quamprimum omne virus in cutem perducere posse aiunt & hac ratione Ducem Valentinum Alexandri Borgiæ P. M. filium a ueneno liberatum scribunt: frictiones præterea & suffimenta, inunctiones, adhæc acria medicamenta, atque exulcerantia variis corporis partibus admota, scarificationes denique cauterium, & ignis. Tam grandem certè medicamẽtorum apparatum, ars medica pro vnico expugnando superficiali veneno non instituisset, imo vero ad profundum in cutem deducendum, animum conuertit, siue illud post animalis puncturam intro se receperit, siue per os assumptum in corpus distributum fuerit, siue etiã, ex aere venenato susceptum, aut ex improbo victu genitum extiterit. Hæc igitur veneni in cutem euacuatio tanti momenti apud omnes existimatur, vt non modo tot auxiliis, tot medicamontis internis & externis, tentetur,

sed

ſed aliis etiam ingeniis adiuuetur, vt propterea Gal. aliquando ne venenum ad viſcera conuertatur ſomnũ ex toto prohibeat cui inhærens Auic. vigilias & hilaritatẽ ipſe quoque imperat, vt a profundis partibus lues uenenata quamprimum in cutem erumpat. Poſſem hanc ipſam veritatem ſingulorum ſcriptorum uerbis amplius illuſtrare, ſed cum illam vſque adeo apud omnes acceptam exiſtimem, vt noua confirmatione non egeat, propterea ſermonem ad ea conuertam, quæ meæ diſputationi inſtitutæ proximiora videntur.

2. de antidot.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

Quod ex venenum in cutem ducentibus, veſicat. nihil ſit præſtantius.

OSTENDI ni fallor hactenus quantum ſatis fuit, venenum omne medicamentis in cutem attrahentibus multo melius, quam cœteris omnibus auxiliis curari poſſe. Cum uero varia fuerint attrahentium propoſita auxilia, frictiones, vncluſiones alia exenterata, cucucbitulæ,

cauteria, acria medicamenta, atque alia id genus plurima; succedit in præsentia vt illud quoque comprobemus, ex hisce remediis in cutem ducentibus, vesicatorio nihil esse præstantius. Id quod & autoritate & rationibus me demonstraturum confido.
,, *Galen. itaque primo de sectis hoc scri-*
,, *bit; quæ igitur recta curatio est? An si ve-*
,, *nenum extrahere, quod vna cum ictu cor-*
,, *pori percusso inhæsit, ideoque ad cicatri-*
,, *cem perducere claudereue quæ huiusmo-*
,, *di sunt, non accelerant, sed contra agũt, in*
,, *super minutim admodũ sæpe concidunt, iã*
,, *iisdem quoq;, quæ calida acriaq; sunt, qui*
,, *busq; attrahi venenũ, siccarique possit, me*
,, *dicamentis ob eandem caussam utuntur.*
Et 2. de Antidotis, de omni veneno extrin secus illato sermonem faciens, inquit.

,, Vnusq; idcirco est omnium curæ modus,
,, Omnibus carnem vulneratam protinus
,, Scalpello circuncide, vel igne amputa,
,, Ventosam post hæc ni locus vetet, infer,
,, Acutisque & vrentibus medicinis
,, Vulnus seruabis latum multo tempore.

Cæterum

Cæterũ hanc curandi rationem, quæ vene no extrinſecus illato accommodatur, a cũ ctis de eiuſdem veneni regimine uerba facientibus, ita acceptam eſſe video, ut nemi nem inuenias, qui acria hæc medicamenta, commorſo loco infigi non iubeat. Quod igitur non undequaq; perſpectum eſt, neq; ab omnibus libẽter accipitur, illud fortè eſ ſe poterit, nunquid propoſita medicamẽta, quodcunq; venenũ in profundioribus etiã partibus ſubſiſtẽs, in ſummã cutim attrahe re poſſint. Quãquã enim ratio ex ſuperiori bus demõſtrationibus deſũpta id confirma re uideatur, hæc ſcilicet medicamenta omniũ maximè internas partes a quibuſcũq; prauis humoribus liberare, ex profundis in ſummã cutẽ deducere; nihilominus apud omnes fortè hæc ratio nõ ſufficiet, niſi & for tiore demõſtratione, & aliis Galeni locis, (quod nũc me facturũ ſpero,) confirmetur. In primis autẽ illud puto nõ mediocriter cõ probare, veſicãtia venenũ quoduis ſiue epo tũ, ſiue ſponte in corpore genitũ, in ſummã cutẽ educere poſſe, quod ſcilicet, primũ & præcipue,

præcipuè, humorũ, ichores ad affectã partẽ retrahant. Etenim siue rationẽ, siue autoritates spectemus, sanè (quantùm ego cẽseo,) venenum quamquam solidis nostri corporis partibus sit infensum, et illa etiam absque ichorum, & humorum putredine quãdoque propagetur, vbi tamen curã admittit, neq; tam facili negotio, in solidis putredine induxit, ex humoribus autẽ primo & magis ichores 2. minus utiles depascitur. Natura enim hoc cõparatũ est, vt quæ ad indiuidui conseruationem faciunt, ea quoque maiore eiusdem naturæ studio & solertia conseruentur. Propterea, si venenũ, uel intro sumitur, vel generatur, illud non statim solidas corporis partes corrumpit, aut probos humores nutriendo corpori accõmodatos inficit, sed magis ichores, serosam portionem, vt hãc ob caussam venenum in corpore subsistens, non modo hominem semper non interficiat, sed & quandoque (vt iam superius docui, & paulo infra iterum breuiter explicabo) per plures dies, & menses, sine ulla hominis labe, aut actionum

noxa in corpore lateat, quando non alia ratione fit quam quod circa inutilem illam humorum serositatem corruptio ut plurimum uersetur, a qua, si deinceps in humores transeat, malum fit grauius, si in solida medelam amplius non suscipit. Porrò serosas has humiditates, magis propriam ueneni sedem, antiquitus quoq; fuisse existimatam mihi inter cœteros Aetius & Hippoc. persuadent. Aetius enim lib. 9. hæc scribit. Cap. 10.
" *Prædictum autem etiam antea est, quod si tenues humores, & venenati exiſtāt, quos etiam Græci: ἰχῶρας, hoc est serosos appellant. Per quæ sanè uerba apertissimè demōstrat Aetius, ichorosos humores, præcipuā esse veneni sedem. Propterea etiam Hipp. 2. in 6. epid. textu 38. sic scribit,* " *de sangui- ne ichoride quod in pauidis talis, aut in uigilātibus, & siue malus siue bonus. Inquit Gal. in Comm. non simpliciter tenuem, &* " *aqueum sanguinem ab ipso ichoroidea vocari, suspicandum est, sed eum, qui venenosa aliqua & maligna facultate præditus sit. Si igitur Gal. uult Hipp. sanguinis*

ichoroidis

ichoroidis nomine, venenatum intellexisse arbitrari etiam oportet, ideo Hipp. ipsum venenatum sanguinem ichoroidem vocasse, quod cognouerit, in ichoribus primam fieri veneni sedem, & impressionem, ideoque 2.epid. secto primo, de constitutione illa admodum uenenata & pestilenti, verba faciens, in qua, tot carbunculi, & alia circa cutem, pestilentis morbi argumenta apparebant, venenatam hancqualitatem ichoris nomine describit, inquit enim: Et sub cute ichores creabantur, inclusi autem calescebant, & pruritum excitabant, deinde pustulæ ut ambustis exurgebant, et sub cute vri se putabant: quæ videns Gal. de venenatis ichoribus proferri, in eo Comm. 38.21.in 6. epid. hunc locum Hipp. a me nuper citatum ipse quoque adducit, ut confirmet, ichoris nomine venenatum quid ab Hipp. significari. Itaque cum & ratio, & auctoritas persuadeant, ichores citius & facilius quam solida, aut humores corrumpi, ac potissimum primas veneni vires experiri, vesicantia vero omnium maximè

ichores

ichores extrahere vnusquisque concedat hac ratione, in quocumque ueneno educendo primas partes occupare debent. sed hæc quoq; minoris sunt momenti. Quod autem certo demonstrare potest, vesicantia venenum quoduis ex intimis partibus attrahere, illud est quod ex Gal. uariis in locis desumitur, præcipuè vero 5. simpl. & libro de const. artis, quibus locis scribit, venena omnia curari & alteratione & euacuatione. Euacuationem vero, potissimum perfici attractione eorum medicamẽtorum, quæ extrinsecus adhibentur, attractionem vero & caliditate, & substantiæ similitudine. Hæc si vera sunt, vt verissima existunt, talem conficio rationem. Nullum inueniri, aut excogitari potest medicamentũ, quod simul & semel caliditate, & substantiæ similitudine attrahat, nisi vesicatorium. Igitur, si in ueneni suspitione hoc prætermiserimus, cætera omnia, aut nihil omnino præstabunt, aut saltem inefficaciora existẽt. antecedens autem, non multo labore comprobari poterit. Si enim, quæ venenum ex pro-

Cap. 18.
Cap. 19.

fundis attrahunt, caliditate & substantiæ similitudine agũt, hæc sanè nemo ignorat, venefica quoque esse debere; substantiæ etenim similitudo nulla est alia, quam veneni cum alio veneno, & quamuis hanc substantiæ similitudinem Gal. primo de nat. fac. non in genere tantum, sed & in specie reperiri docuerit, ut propterea & vipera, & pastinaca marina, & alia id genus plurima propria habeant venena a quibus extrahantur, sufficit tamen pro vnoquoq; veneno extrahendo substantiæ similitudo venefica in genere. Nolo enim negare fortè vnumquodque venenò in specie, proprium habere venenum, à quo substantiæ similitudine trahatur, maiorem tamẽ istorum partem a nobis ignorari, nemo vnquam in dubium reuocauit. Cum igitur substãtiæ similitudo in genere accepta, pro veneno quocũque extrahendo satis esse possit, oportet profecto, tale venenum aut esse ex septicis, aut ex Escharoticis, aut ex istis quæ nòs vesicãtia appellamus. Quæ cũ ita sint, si luce clarius demonstrauero neque septica, neque

Cap. 14.

Escha-

Escharotica hanc veneni attractionem efficere posse, inductio ipsa statim manifestabit, totum opus vesicantibus relinqui. Duplici autem ratione caustica et in 4. gradu calida minimè ad veneni extractionẽ (si temperatioribus non moderentur) sunt accommodata. Prima ratio est: quia quæ ex alto attrahere debent, tenuium quoq; partium esse oportet, & sensum partis minimè corrumpere, imo vero eundem & calore & dolore excitare. Escharotica uero crassarum sunt partium, & carnem ipsam statim exurunt. septica autem momento temporis putrefaciunt, vt propterea sensum etiam destruere, consequenter attractioni nullum amplius locum relinquere possint. Secunda & fortior ratio ex Galen. etiam 5. simpl. desumitur, qui scribit uenenata hæc medicamenta venenum ipsum attrahentia, non debere esse deleteria, sed media inter corpus et medicamentum, septica autem & Escharotica omnino deleteria sunt, statim corpus exurunt & putrefaciunt. Itaque ad attrahendum

Cap. 18.

venenum ob has caussas non sunt accommodata.

CAP. QVADRAGESIMVMPRImum proponitur quædam obiectio contra iam dicta, & dissoluitur.

QVAE nuperrime a nobis de causticis pro ueneno extrahẽdo ineptis dicta sũt, doctrinæ Gal. minime consentire vidẽtur qui 7. simpl. & 13. meth. oppositam tueri sententiam videtur, dum ad huiusce ueneni extractionem, & cauteria, & medicamenta escharotica maximè valere scribit; inquit enim. Huc sanè pertinet, & cauterium & medicamenta, quæ cauteriis similiter escharam efficiunt. Quibus tamen non obstantibus proposita a nobis resolutio non est immutanda. Etenim caustica vt exurũt attractionẽ minimè moliuntur, sed tunc primum attractio incipit, cum primũ eschara seu pars ipsa iam omnino corrupta a sentientibus partibus recesserit: ita, ut attractio, non a caustico, vt crustam, aut corruptio-

Cap. 6.

ruptionem inferente, sed magis vt ulcus in parte sensu prædita relinquente, incipiat & perficiatur. Hinc iure dici potest, caute ria uel actualia uel potentialia attractionis occasionem, vesicantia vero, non occasionem, sed proximam & immediatã causſam esse, ideoque cauteria, non statim, sed sublata tantum eschara operationem hanc perficere, vesicantia uero, quamprimũ ad mota partem calefacere cœperint, attractionem moliri. Et ideo quando Galen. 5. simpl. apertissimis verbis docet Escharotica crassam in se essentiam continere, propterea eòdem lib. Escharotica, & sep티ca ab huiuscemodi veneni propria & immediata attractione excludit dicens. Nã si aduersissimũ foret corpori, in ipsum ageret potius ceu deleterium haud euacuaret venenũ. Facilis sanè est horum locorũ cum veritate proposita conciliatio; Gal. locis ex 7. simpl. & 13. meth. desumptis de veneno morsu, aut ictu illato verba facit, in cuius curatione duplex scopus insurgit, vnus quidem vt venenatum virus in parte cutanea

Cap. 15.

Cap. 18.

tanea subsistens funditus eruatur, alter uero, vt quod iam in profundum secessit, in cutem iterum deducitur. Itaque pro veneno extrinsecus adhuc existente penitus superãdo scarificatio, ustio actualis & escharotica maxime valent. At vero ad profundũ extrahendũ, suctio, cucurbitula, caua cornua, & denique acria hæc nostra medicamenta, seu uesicatoria multo melius facere possunt. quam veritatem doctiss. Fracastorius his uerbis expressit. Vrentibus autem vti tum solum licet, cum contagio extra est, & ea quidem maligna, ac in principio, si enim introrsum sit. contagio adhibere quidem non potes urentia sine maiori periculo; extra uero si sit, apponere quidẽ potes & debes si maligna sit contagio, verum in principio solum iuuabis, si enim iam radices egit, & introrsum sese insinuauit, nihil quidem proficies si extra vrentia appones. hæc sunt Fracastorii verba, quibus aperte significat profundum uenenum a causticis medicamentis consequenter ab actuali ustione non extrahi sed superficiale tantum

Lib. 3. capit. 3.

tum

tum curari; qua autem ratione profunda hæc lues ex eiusdem sententia in cutem deduci possit, sequentia illius verba declarant, in quibus nostra hæc vesicãtia describi, illisque hãc uim tribui pro certo habeo. inquit enim licet tamen quandoque vicina vrentibus applicare, quibus admiscenda erunt pinguia quædam, quæ & intro ferant. Hæc ni fallor aperte vesicatorium describunt, illisq; non autem causticis penetrãdi facultas tribuitur. sunt enim reuera vesicantia vrentibus proxima, vtpote quæ nec sensum corrumpunt, imo vero calorem in parte augent, & dolorem excitant, nec deleteria sunt, sed inter uenenũ & corpus, media, cum ex medicamentis, partim venenatis, partim veneno carentibus conficiantur, idcirco & caliditate & substantiæ similitudine ad cuiuscunque ueneni extractionem, siue illud superficiale, siue profundum fuerit, adprimè accommodata erunt.

CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVMSE-cundum vesicantia à Galeno non pro extrahendo tantum veneno morsu inflicto: Sed pro quocunque interno fuisse proposita.

CVM Galen. (vt paulo ante docui) caustica medicamenta ex vna parte pro venenatis morsibus in vsu habeat, ex alia vero ea tãquam deleteria minime extrahendo ueneno apta esse existimet, sed in hoc casu acria medicamẽta collaudet: sanè ex hoc statim sequitur caustica ad profundum venenum extrahendum non esse apta, sed acribus medicamentis, quæ nos vesicantia dicimus, propria ratione opus hoc conuenire. quam tamen ueritatem vsque adeo certissimam à Mass. tamen negatã esse uideo, qui putat omnia quæ a Galeno de acribus medicamẽtis in veneno ad mouendis proponuntur, ad vnicum extrinsecus illatum uenenum dirigi, ad interius autem nequaquam. cuius sententiam etsi sola

si sola iam proposita ratio refutare posset, attamen volo etiam Gal. verbis eãdem reiicere. Itaque 7. simpl. Galen. hæc de calamintha exterius tanquam acri medicamento vsurpanda docet: Porrò talis cum „ sit, ad venenatarum bestiarum morsus as- „ sumitur, velut etiam cauteria, & quæcun „ que medicamenta calida sunt, & acria, „ tenuiumque partium, quæque facilè ex al „ to circumiacentem omnem humiditatem „ possunt attrahere. Quid dicere poterit Mass. ad hunc locum de bestiarum morsibus tantum verba fieri? Sed hoc ei concesso, constat ne acria medicamenta ex alto in summam cutem attrahere posse an non? Etenim si constat (vt cuique apertissimum est) cur quæso vesicantia venenũm morsu inflictum, intro receptum ex profundis in cutem reuocare poterunt, illud vero quod ex caussa interna producitur non iterum? Profectò ego diuersitatis caussam non video. Sed præterea idem Galenus quinto simplic. non magis venenatarum bestiarum morsus, quam

Cap. 18.

Pp quod-

quoduis aliud veneni genus, horum medicamentorum attractione curari explicatissimis verbis docuit. Inquit enim, omne deleterium venenum a foris impositis medicamētis euacuatur, nempe aut caliditate attractionem molientibus, aut totius substantiæ similitudine. si Gal. vniuersalem cōstituit propositionem, dum inquit, omne venenum &c. non video quomodo quispiam hæc de ferarum ictibus tantum intelligi velit, præterquam quod idem Gal. in fine eiusdē capitis, vt ostenderet, se de quocunque veneno sermonem instituisse, subdit, attamen, si qui ea quæ venenatarū bestiarum ictus, aut uenena sanant, alexiteria nominare uelint, quæ vero medētur deleteriis, alexipharmaca ceu quidam censuere, disceptandum cum his ac pugnandum de nominibus non est. Locutus erat paulo ante Gal. de medicamentis venena curantibus internis, et externis, propterea ne quispiam existimaret, se de vnico tantū veneno verba facere; uaria venenorum genera proponit, consequenter, & remedia illis

lis accommodata, alexiteria, inquam, seu (vt idē 6. in 6. epid. scribit) Theriaca pro venenatis ictibus, alexipharmaca autem pro venenis assumptis. Si igitur attrahētia hæc medicamenta nō minus venenum, ex ferarum morsu extrinsecus relictum, quā potione acceptum, in cutem attrahere possunt, cur quæso etiam venenum uel ex improbo victu, vel ex venenato aere genitum & receptum, ex alto similiter non euocabitur? Etenim nulla maior est ratio unius quam alterius. Quod cognoscens Gal. in illo lib. de constitutione artis cap. 19. nō amplius de ferarum morsibus tantum, sed de omni veneno in communi verba faciens, hoc, inquit, alteratione & euacuatione curari, euacuationem uero fieri per ea quæ attrahendi uim obtinent. Sic enim scribit: Quæ toto sui genere sunt præter naturam, qualia venena, virusque animalium, tū alterentur, tū euacuentur, subdit. Sed euacuatio, per ea quæ uim attrahendi habeāt. imo vero, vt ingenuè dicam, quod sentio, in ferarū morsibus maiori ex parte acria

Cap. 5.

hæc medicamẽta, pro illo attrahendo uene no quod in profundiores partes secessit, non vt illud superficiale virus, vulneri adhærens exsiccetur, vsurpari existimo. Quid enim tot cucurbitulis, scarificationibus, exulcerationibus, suctionibus, lõgo tempore administratis opus esset, si veneni ex internis partibus extrahendi, scopus præcipuus non adesset? nonne extrinsecum illud uenenum vna vel pluribus vstionibus, statim consumeretur? absque dubio. Quod igitur medici, tot prænominatis auxiliis longo temporis spatio efficiunt, in eum tantum finem dirigitur, ut venenum, quod intro se recepit, foras perducatur. sed de hac re satis.

CAP. QVADRAGESIMVMTERtium de veneni febrium Pest. curatione, & primo vtrum venæ sectio conueniat.

QVAE de ueneno absolute considerato hactenus a nobis fuere explicata, maiori ex parte etiam in ueneno ad Pestilen-

tes

tes febres spectante accommodantur. Attamen propter Massar. liceat nobis quædam magis controuersa singillatim examinare. Cum vero hæc omnia de veneno absolute accepto docuerimus, pro eo curando venæ sectionem multas ob caussas minime probari: Purgationem uero multis in casibus suspectam posse: Vomitum & clysteres in illis quæ adhuc circa eas partes continentur, conuenire: diuretica vero in illis quæ ad vrinæ vias deflectere videantur. Denique in cutem attrahentia omnibus quæ vltra ventriculum & intestina sint distributa: hoc quoque loco quid de omnibus hisce remediis sentiendum sit, breuiter explicabo. Primum autem de venæ sectione uerba faciam, vtpote de remedio omnium quidem efficacissimo, in his tamen febribus valde dubio. Neque vero quispiam existimet me in præsentia longa oratione quæstionem hanc esse acturum, nunquid scilicet venæ sectio in Pestiferis conueniat. Etenim ad me hæc quæstio

minime

minime pertinet. sed ad illos qui ex professo Pestilentium tractationem aggressi sunt. Itaque qui plura de hac re legere voluerit Cardanũ, Fracastorium. Susium, Trincauellium, Erastum, Ludouicum Mercatũ atque alios adeat, apud quos rationes hinc inde adductas legere poterit. Mihi vero in eo tantum laborandum esse video, ut controuersam apud Galenum hanc ipsam venæ sectionem fuisse ostendam. Etenim & alias hoc docui, & ad confirmandum vesicantium vsum hæc demonstratio maxime facit. Itaque etiamsi Gal. nullam de pestiferis febribus peculiarem ediderit tractationem, attamen ex iis quæ sparsim ab eo dicta colliguntur, quid circa venæ sectionẽ in pestilenti febre faciendum voluerit, non ita liquido constat. Ex una enim parte uaria sunt loca, in quibus illam potius minime utilem quam admittendam insinuare uidetur: Sic enim 5. de cibis bon. & mal. succi in ea pestilentia quæ suo tempore grassabatur, paucis admodum uenam sectam fuisse scribit, neque eos qui ab ea secanda

Cap. 1.

absti-

abstinebāt ulla ratione improbat, imo uero laudare uidetur. qui sibi ipsi consentiens 9. simpl. nulla alia remedia in pestilētia perficere potuisse docet, nisi unicum bolum armenam, & ut addit Paulus Theriacam. Quod si uerum est, ergo neque uenæ sectio ullum emolumentum huic malo afferre potuit. Accedit humores in uenis contētos ad summum quēdam putredinis et corruptionis gradum perductos ex uena secta nihil commodi, imo vero aliquid mali ægrotātibus afferre posse. Et ideo Gal. recedētibus multum humoribus a sanguinis natura uenam secari prohibet 4. de tuenda val. quine quispiam existimaret cacochymiæ nomine solam humorū à sanguinis natura distātium abundantiam intelligi, sed etiam putredinem ipsam magnam & excellentem sub hoc ipso nomine comprahēdi, 2. aphor. cū de multitudine seu humorum plenitudine, atque eorundem corruptione verba faceret, et plenitudini (quam dicit, omnium humorum æqualiter in corpore existētium esse redundantiam, euacuationem per sectam

Cap. de famia.

Cap. 4.

17.

ctam uenam, corruptioni vero purgationem competere affirmaret: corruptionis nomine nõ tantum vt dixi humores a sanguinis natura diuersos bilem, pituitam, vel melancholiam, in corpore supra sanguinẽ redundãtes intelligit sed ipsummet sanguinem, omnino ad prauam qualitatem mutatum, & ita mutatum, vt ad pristinam naturam amplius redire nõ possit. Etenim in fine commenti exemplo vini pluribus verbis dilucidat prauam hãc qualitatem esse putredinẽ, quæ cũ secta vena ita minimè corrigatur, vt qui relinquitur sanguis ad pristinam naturã amplius redire possit (quod etiam vinis in acetum ex toto mutatis solet contingere) consequẽter cacochymia vocatur, cui ex Gal. sententia non amplius venæ sectio, sed magis purgatio conueniat: Quod ipsum docuit lib. aduersus Iulianum, vbi in sanguinis plenitudine sectã venam morbos etiam maximos breui temporis spatio, curare posse scribit: sanguine autem in uirulentam quandam naturam mutato, id nequaquam effici posse, cũ sanguis

Cap. 7.

guis ille qui corruptus in corpore relinquitur, ex tali euacuatione ad benignum non reducatur, imo vero alimẽtum assumptum quamuis probum corrũpat, sic enim scribit. Nam ut ex cibariis rectè in corpore confectis bonus generatur sanguis, sic periculum est, ne dum idonea cõcedimus alimenta, cum prauo qui prius inerat bonus una corrumpatur. Constat igitur ex iis Galeni locis neque in pestilẽtibus, neque in ea humorum putredine, quæ ad benignũ amplius perduci non possit, venæ sectionem usque adeo conuenire, in quẽ sensum scripsit Gal. 11. meth. putredinem venæ sectione nequaquã curari posse: Intelligebat enim non de illa semi putredine vocata, quæ ad habitum naturalem iterum redire; sed de perfecta & exquisita, quæ nullis remediis præterquam putridum educentibus & ex toto eradicantibus, sanari potest. Quod si quis dicat hanc eradicationem etiam venæ sectione perfici solere, ille omnino decipitur: quandoquidem cum venæ sectio maiorem sanguinis portionem in venis relin-

Cap. 14.

quatquam educat, in valida putredine & valde in totam sangnineam massam progressa, nunquam tantus sanguis vena secta euacuari potest, quin maior eiusdem adhuc putrescentis copia nō relinquatur, qui cum ad statum naturalem amplius reuerti nō valeat, hinc iure a Gal. dictũ est putredinem vena sectione non curari. Itaque non iniuria idem Gal. 9. meth. maximam videtur adhibere diligentiam, vt in synochis non putridis, antequam putredo incipiat aut inualescat, vena ipsa secetur, futurum sanè ex hac tempestiua euacuatione, ut duo maxima commoda consequã tur, alterum quidem reditus sanguinis non putridi, sed tantum ex caliditate ad putredinem parati, ad statum naturalẽ: deinde uerò vasorum sanguinem continentiũ, ne ipsa quoq; ad intemperiem aliquam perducantur, præseruatio. Sic enim scribit ergo festinare ad sanguinem detrahendum oportet, quo venarum natura ex transpirã do, ventilandoque naturalem temperiem seruans, humoribus eo quo inter initia modo

Cap. 4.

do dominetur, quando si ad intemperiem versa laborabit, metuendum est, ne hi putrescant. Si itaque Gal. in perfecta humorum putredine, quæ ad benignū amplius reduci non possit, minimè venam secandā esse consulit; imo vero eam faciendam esse scribat, antequā putredo incipiat, et prius quam venæ ex putredine prauam contrahant intemperiem, neminem puto negaturum in febre pestifera, in qua & venas & cætera solida ad vitiosam intemperiem esse mutata, humores vero excellentem illā & summam putredinem esse assecutos, certissimum est, venæ sectionem non conuenire. Hæc igitur ex vna parte tanquam potiora a me in superiore etiam disputatione collecta fuere, vt ostenderem Galenum in pestiferis febribus non vsque adeo venæ sectionem commēdasse. Cum tamen ex alia etiam parte quædam nō deficiant loca, ex quibus colligitur Galenum in iisdem febribus hāc venæ Sectionem non tantopere formidasse. Etenim quamuis pestilētium propriam curationem non reliquerit, in omni

14. meth. cap. 10. *tamen carbũculo venæ sectionem probare videtur, itaque & in Pestilenti: præterea vero cum magnam pestilentium partẽ ex humorum putredine ortum ducere existimauerit, et illas quatenus ad putridas pertinent (ut Massaria & alii cum eo existimãt) eandem cum putridis curationem subire arbitratus est, consequẽter ut putridas venæ sectione curãdas esse docuit, præcipuè* ap. 15. *vero in illo 11. meth. quem vnum pro omnibus quotquot adduci possent, satis esse uolo, in quo saluberrimũ inquit, in febribus venam incidere non continẽtibus modo, uerum etiam aliis omnibus quas putrescens humor cõcitat. Et ideo 3. in primum epid. in casu Critonis qui febre tã praua & pestilenti detẽtus fuit, ut pustulis nigris apparentibus postridie obierit, Hippocratem mirari videtur qui initio morbi huic uenam non secuerit. Atque aliis etiam locis ex iisdem epidemicis lib. desumptis quid de secãda in Pest. vena sentiat, aperire uidetur dum afferit Hippocratem pluribus a se relatis ægrotantibus secuisse, quamquam illius*

lius nulla sit facta mentio, cum tamen certum sit magnam eorum ægrotantium partẽ, qui ab Hipp. 3. in 3. epid. referuntur, pestifera febre fuisse interemptos. Nonnulli etenim ex illis, sub relatis in pestilenti constitutione symptomatis vt ægrotus primus & secundus, 3, 4, 13, 14, 15, & 16, aut comatosi, aut phrenitici, quidã citius, alii serius periere: quod igitur Galen. ex vna parte, in Pestilẽtibus febribus velit Hipp. (quamquam de venæ sectione mentionem nõ fecerit) illam tamen in vsu habuisse; eũdemque miretur, qui patienti biduum tantum viuenti venam non secuerit, & in omnibus putridis, eandem tantopere celebrauerit, ex alia vero quasi putredinem summopere veritus, in synochis ante putredinẽ incipientem, venam secãdam esse scribat, putredinem venæ sectione minime curari doceat, sanguinis corruptionem purgatione non sectione venæ tractãdam consulat, venarum intemperiem ex putredine excitatam, summopere extimescat, quæ omnia sanè in pestiferis adesse nemo dubitat, pro-

pterea

pterea a vena ſectione abſtinentes collaudat, & peſtem ipſam bolo armena, aut Theriaca tantum, non aliis remediis curatã eſſe ſcribat, hac ſanè mihi inter ſe admodum contraria viſa ſunt. Propterea nõ abſque cauſſa aſſerui hanc de ſecãda in febribus peſtiferis vena determinationem, et propter aliorum auctorum varias opiniones, & propter multa inter ſe cõtraria Galeni loca, plenam difficultatis extare.

CAP. QVADRAGESIMVMQVARtum. examinatur Maſſar. obiectio contra iam dicta & eius ſolutio proponitur.

DIfficultatem de ſecanda in Peſtiferis vena, cum propter varias recentiorum ſententias, tum vero propter varia Gal. loca ita omnibus cõfeſſam eſſe exiſtimabã, vt a nemine negari poſſet. Neque vero propter hanc cauſſam, vllam Gal. iniuriam fuiſſe iniũctam mihi perſuadebam, quod ſcilicet in eo controuerſiæ ſuſpicio excitaretur: Maſſ. tamen hoc controuerſiæ nomen

a me acceptum ita ægro animo tulit, vt in hæc verba eruperit. Ego vero sicuti pluri-,, bus superiore tempore contigit, ita in poste-,, rum spero futurum, vt quicunque a Gal.,, voluerint descissere, illumque uel incõstan,, tiæ, & dissensionis crimine, vel aliter accu,, sare, tandem conuincãtur non solum igno,, rantiæ, sed & amẽtiæ, ac temeritatis. Pro,, fecto dum hæc legerem, meã ipse caussam,, considerabam, cur tam impium existimaret Mass. controuersa Galen. loca adnotare. sciebam enim & Concil. & Cardanũ, Iacobum Peletarium, & Valesium, atque alios plurimos summa eorum gloria, & maxima omnium vtilitate talia loca collegisse. Quod si dicat istos loca iam controuersa collecta etiam conciliasse; idcirco accusandos nõ esse, quinimo collaudãdos, hanc eandem ob caussam contra me nihil haberi posse scio, qui (vt omnes videre poterunt) loca ipsa apud me controuersa pro viribus simul composui. Forte dicet me hæc loca perperam contraria existimasse, cũ re uera non sint, vel si controuersa existimentur,

tur,

,, tur, at saltem minus recte difficultatē esse
,, sublatam. Eius enim verba id significare
,, videntur, quæ sic habent. Ego quidem hæc
,, cōtraria Gal. loca libenter intelligerē, qui
,, sperarem sine multo labore me posse demō-
strare in illis nullam planè repugnātiam,
aut contrarietatem cōtineri. Cæterum, pro
tam grato erga Gal. nostrum Massariæ
animo, ipsi eiusdem Galeni nomine multā
habere volo, & debeo gratiam, nolo tamē
hūc summum uirū hac in re pro eo labora-
re. Etenim ut vnusquisq; apud me legere
poterit, ni fallor, & uera & dilucida satis
oratione, totam hanc apparentem cōtradi
ctionem conciliaui, & nunc etiam eādem
paucis verbis repetere volo: quæ in hoc uno
videtur esse posita, vt scilicet quādo humo
rum putredo ad illum corruptionis gradū
deuenerit, quem ad pristinum habitū am-
plius reuocari nō posse ex Gal. superius do-
cuimus, cum quasi viruletum sanguinem
reddiderit, & venarum naturalem tem-
periem ad uitiosam intemperiem mutaue-
rit, in hoc casu vena non secetur. Vbi uero
venæ

conciliatio, et controversie solutio.

venæ proprium adhuc robur retineant, & sanguis quãquam putridus, ex euacuatione tamen ad pristinum statum reuertatur, tunc uenæ sectionem, quamprimum esse tentandam. Hunc puto esse verum & genuinum hos cõtrouersos locos conciliandi modum, ex eodem Gal. desumptũ. quod si quispiam a nobis petat, quæ sit ratio, et modus hanc insignẽ uenarũ & sanguinis corruptionẽ deprahẽdendi: Ego quod in alia disputatione dixi, nunc etiam repeto, ab infirmis viribus id esse petendum: neque tamen propterea uolo hac in parte Massariæ doctrinam suscipere, qui in propria sua disputatione docet qua ratione facilius ad Hippocratis & Gal. mentem, & doctrinã ex hac difficultate nos extricare potuissemus, talem syllogismum conficiẽtes. In omnĩ morbo magno consentiẽtibus viribus & ætate, semper vena est secãda: In omnibus putridis ex Gal. saluberrimum est venam secare, quando quæ ad vires spectant, & ætatem remedium non prohibẽt. Febres pestilentes fortè omnibus modis sunt magni

 morbi,

morbi, sunt febres ex putredine humorũ orta: Ergo in febribus pestilẽtibus consentientibus uiribus & ætate licet uenam incidere. Magna profectò est Massariæ erga omnes animi gratitudo, posteaquàm etsi contra nos ex professo disputationẽ instituat, quãdo tamẽ aliqua sibi oblata est occasio, ut nos benignè moneret & doceret, illam minime prætermitere uoluit. Doleo autem me huiuscemodi doctrinã ab eo suscipere nõ posse, cum illam nec Hipp. nec Gal. doctrinæ cõsentientem esse arbitrer. In omni morbo magno consentientibus uiribus & ætate uenam esse secandã, non usque adeo apud omnes certũ & determinatũ est: huius incertitudines rationem nõ est meũ in præsentia adducere, cum alii plurimi ante me id cumulate fecerint, proxime uero Annibal de Niccolinis medicus ac philosophus Eugubinus, cuius argumenta & autoritates si Mass. prorsus sustulerit, forte eo tempore illius syllogismum recipere minime recusabo. Nunc autẽ cũ oppugnationes illas adhuc nequaquã ab eo solutas

esse intelligã, imo uero alios quoq; breui cõtra hanc ipsam sententiam scripturos esse sciam, inter cæteros autem Horatium Augenium huiusce nostri Pat. Gymnasii splẽdorem, virum sanè in re litteraria ad miraculum vsque versatum, cuius libros propediẽ in vulgus exituros expectabit Mass. Idcirco in illud vsque tempus huiusce propositionis vniuersaliter acceptæ veritatem assumendam differre volo. Itaque ad rem nostram redeuntes alias propositiones consideremus, nam post hanc primam aliã quoque statim videtur subiũgere, in qua dicit febres pestilentes ex putredine humorum oriundas esse, id si vniuersaliter intelligatur, iam falsum etiam ostendimus, cũ multæ sint etiam hecticæ pestilẽtes sine ulla humorum putredine, quidquid Mont. hac in re senserit. sed quod etiam subiungit in secanda vena totam deliberationem ex viribus pendere, nõ vniuersaliter verum est, quando Hipp. & Gal. viribus etiam ad summum imbecillitatis deductis, dummodo talis imbecillitas humorum copiam cõ-

sequatur, venam quamprimum secādam esse consulant. Sic enim scribit Gal. super textu 23. 4. Acutorum quando Hipp. in-
„ quit. Quod autem quis repente obmute-
„ scat &c. inquit Gal. in comm. venarum
„ ἀπολήψεις id est, interceptiones appellat op-
„ pletiones, quæ a copia exoriuntur. Cum igi
„ tur supra modū oppletæ fuerint venæ, gra-
„ uari virtutem est necesse, atq; in extinctio-
„ nis agi periculum natiuam caliditatem,
„ quæ ob copiam suffocationi cuipiam simile patitur. In tali igitur statu, quid quæso existimamus Hipp. & Gal. effecisse, an forte ad virium imbecillitatem respicientes, venæ sectionem formidasse? id profectò neuter illorum effecit: imo vero Hipp. statim sub-
„ iungit, uenam igitur brachii dextri inter
„ nam secare oportet. Vt propterea in secanda vena non ad virium imbecillitatem tantum, vt consulit Massarias, sed magis ad imbecillitatis caussam animum cōuertere oporteat: vt si imbecillitatis caussa, sanguinis copia extiterit, venam secare necessum sit, si autem defectus, vel insignis

corruptio

corruptio existimetur, in tali casu abstinendum. nos igitur multo melius Galeni controuersiam distinctione putredinis vel insignis vel mediocris dirimere potuimus, quam Massarias ipse fecerit.

CAP. QVADRAGESIMVMQVINtum. An reliqua euacuantia per vomitum clysteres, vrinasque pro pestiferis curandis satis esse posint.

EXPLICAVI iam quid de venæ sectione in Pestiferis sentiendum sit, quam reuera ita dubiam esse ostendi, vt nemo iure aut totã vel etiam maiorẽ salutis partem in hac reponere debeat. Nunc modo ad alias quoq; euacuationes descendo. Neq; enim statim sequitur, venæ sectio in Pestiferis ut plurimum nõ cõuenit: ergo ue sicantia sunt in illius locum substituenda. Alias enim reperiri complures euacuationes præter hãc nõ ignoro, quæ pro hoc expugnãdo veneno satis esse possint, purgationẽ inquam, vomitoria, clysteres et diuretica.

Ego

Ego vero hoc etiam concesso putridas pestilentes purgatione & aliis remediis propositis, vtiliter curari; at saltem ex dictis hoc tanquam iam probatum mihi quoque concedi peto, quod infra diffuse sum probaturus, euacuationem per cutem, præcipue uero per uesicantia factam inter cæteras esse connumerãdam. Cæterũ hoc minime sufficere volo, qui nunc nunc demonstrabo plures esse pestiferas, in quibus talis purgatio non conuenit; plures etiam in quibus uomitoria suspecta sunt, & clysteres vel suppositoria nihil aut parum vtilitatis præstare valent. Primum quidem, Hecticam febrẽ purgatione, aut venæ sectione tentari inauditum a sæculo esse existimo, vt propterea cogar, quod alias etiam dixi, nunc repetere, me summopere Massariã mirari, qui cum in sua illa disputatione ad Galeni mentem hecticas febres pestiferas admittat, ille tamẽ amplissimis uerbis nullas alias se pestiferarum febrium indicationes cognoscere scribat, quã eas quæ a putridis desumuntur. Si enim id verum est, etiam

hecticas

hecticas pestilentes uenæ sectione & purgatione curabit: sinautem id est faciẽdum, et à tali in hecticis operatione ille quoque desistendum esse consulat, quamobrem igitur publicè profitetur, se nullam aliam pestiferarum curandi rationem, quam putridis communem cognoscere? Distincta est igitur putridarũ ab hecticis curatio. quod autem ad pestiferas putridas pertinet, profecto, in illis nullũ esse euacuationis genus existimo, quod aliquando locũ habere non possit, si tamẽ ea cautio adhibeatur, quam superius quoque in tractanda venenorum in genere curatione adhibẽdam esse docuimus, vt scilicet vomitus tunc tantum tentetur quãdo summa quadam appareat ad os ventriculi pro excernendis putridis humoribus propensio. Si enim Gal. in synocho putrida, quæ tamen non sit pestilens, tunc tantum uomitiones consulit, quando materia ad os ventriculi impetum habuerit, ne ex putridis humoribus, os ventriculi lædatur, multo magis, venenatam vim vereri oportet, ne absque naturæ propensione ad os ventri-

11. meth. 9.

ventriculi perducatur, cum multo minus malum sit, vt vel per aluũ uel per urinas, aut sudorem, excernatur. Propterea Gal. 3. de Temper: de quibusdã medicamentis quæ extrinsecus admota, cutẽ exulcerant, intro assumptis verba faciens, inquit, omne quod superuacaneum in illis est, (quasi dicat, quod pro nutriendo corpore minime est aptum,) illud omne aut per aluum, aut per vrinas & sudorem educi: Qui locus, (vt obiter hoc dicam,) maximè nostram de veneno in cutem educendo, confirmat sententiam. Sed ad rẽ redeuntes in pestiferis, vomitu adiuuãda quidem est naturæ propensio, hac vero non existente a vomitoriis desistendum; clysteres & suppositoria siue venenum adsit, siue absit, & in quacunq; parte consistat, nunquã obesse possunt. Diuretica (præmissis aliis uniuersalioribus euacuationibus, quæ virtute permittente & morbi natura indicante, tentari solent,) in pestiferis nunquam sunt improbãda, postea quam uenenata qualitas in hisce febribus semper in venis vltra concauam iecoris partem

Cap. 3.

ris partem

ris partē existentibus continētur, quæ diure ticis et sudorificis superari potest. Quæ uero ad purgantia medicamenta pertinēt, profe cto non minores quā venæ sectio in se continēt ambiguitates, dū ex una parte Aetius, Paulus, Auic. Auenzoar, atque alii recētiores cum illis, varia ad Pestiferas purga tionum genera proponunt, alii vero contra vt Celsus, Rhases, et alii purgationes suspe ctas habent. Quid etiam de Hippoc. & Gal. sentiēdum sit, non vsquequaq; consta re videtur, dum nemini ex ægrotantibus ab Hipp. in epid. relatis purgationem exhibitam fuisse legimus; quinimo ventris vitio omnes periisse scribat Hippocrates: Gal. uero solam bolum armenam nō autem pur gationem in pestilētia profuisse asserat. Ex quibus aliisq; pluribus quæ adduci possent, non obscure ostendunt purgationem in Pestiferis omni ex parte non commendari. Cum tamen idem Galen. in cachochymia etiam ex insigni putredine oborta purgatio nem solam collaudet, & in Pestilētia illos quibus præpurgatum fuisset corpus, ab hoc

An in parte purgā[illegible] dū sit.

li. 3.

3. in tertiū epid. tex. 57.

9. simpl.

2. aph. 7.

morbo liberatos esse scribat Et deniq; tam pro præseruatione quam pro curatione corpora ab excrementis munda esse conseruãda apertissime præcipiat. Verum ad contentiosam huius rei disputationem spectantia qui curiosius intelligere voluerit, Cardanum adeat lib. 2. contrad. med. qui hac in re omnem numerũ adimpleuit. Nobis autem illud tantum quod ad rem nostram fecit tetigisse satis fuit, videlicet in Pestiferis non esse tantum purgationi tribuendũ, vt in hac magnam curationis partem reponamus: quando non raro contingere potest, vt fluxus alui in his febribus circa initia apparens, omnem etiam leniẽtis medicamenti euacuationem prohibeat, quo tamen non impediente, ego euacuantia a Pestiferis minime tollenda esse existimo. Quinimo cum Manardo ea in principio morbi administrari posse consulo. Non tamẽ Paracelsica Antimonii inquam, aut præcipitati puluerem, Turbit minerale vel alia id genus vsurpanda esse volo, sed in imbecillioribus, & calidioribus lenientia

1. de diff. feb. c. 4.

Tracta. vi. contr. 3.

li. 13. epi- sto. epist. prima.

tia

tia refrigerantia duntaxat, in robustioribus uero & frigidioribus etiam purgantia sed moderatiora vt agaricũ, Rhabarbaũ pillulas Ruffi, atque alia id genus accipi posse censeo. His igitur sic breuiter explicatis, cum iam liquido constare sciam, nec venæ sectionem, nec purgationem, nec vomitus in quacunque Pestifera conuenire, clysteres uero pro tali expugnando veneno admodum debiles esse, diuretica quã uis non improbentur, attamen imbecilliora quam ut tanto morbo sufficiunt: superest modo vt videamus nunquid exteriora auxilia in cutem administrata, præcipuè vero vesicantia illum in Pestiferis obtineant locum quem in veneno vniuersaliter accepto ipsa iam continere declarauimus. Erit hoc præcipuum totius nostræ disputationis fundamentum, propterea licet nobis rationes, auctoritates, & loca adhuc examinare, quæ aliquam huic parti lucem, & comprobationem afferre possunt.

CAP. QVADRAGESIMVMSEXtum. Quod hecticæ Pestilentes non possint, alia euacuatione quam per attrahentia in cutem rationabiliter curari.

HECTICAS Pestilentes præter putridas reperiri tam manifestum in Gal. ac cæterorum classicorũ doctrina esse existimo, vt noua non egeat confirmatione. Cæterum quæ sit harum hecticarum natura non vsque adeo omnibus conspicuũ esse puto. Quidam enim solidam cordis substãtiã putrescere existimant, alii uero roridas tantũ illius humiditates, nõnulli vero neutram partem, sed solida tantum venenata hac qualitate infici credunt. Ego vero, in omni hectica Pestilẽti roridam humiditatem putrescere quidem censeo. Et hac ratione Galenum omnes pestiferas ex putredine oriundas scripsisse arbitror, non tamẽ omnes solidæ substantiæ carneæ scilicet, aut seminales corruptione, sed illas tãtum quæ prorsus insanabiles sunt cõtinere uolo.

Itaque

Itaque hiſce iam deſperatis prætermiſſis, quæ reuera nec Veſicantibus nec alio quouis auxilio curari queunt, quod ad alias pertinet pro certo habeo, illas antidotis tãtum, victus ratione, & ducentibus in cutem eſſe tractandas. cæteros autem omnes euacuationis modos multum educentes vt venæ ſectionem, ac purgationem eſſe dimittendos. Idcirco Rhaſes pro hac febre curãda hæc ſcribit. Hac præterea laborantes ,, paſſione aliquid comedere ſunt cogẽdi, plu ,, res enim ex eis nihil ſumere volunt. Et ,, mitte eos in domos frigidas, & regendi ,, ſunt ex omnibus quæ in capitulo de hectica diximus, excepto quod balneum non ,, ſunt ingreſſuri, neque aquam calidam, ne ,, que lac recens in potu ſunt aſſumpturi. cui ,, ſententiæ inhærens quoque Nicol. Maſſa Venet. hæc habet: In hectica uero Peſtilentiali, ſigna cuius ex dictis ante colligi poſ- ,, ſunt, ſufficiẽs eſt regimen ſex rebus neceſſa- ,, riis, ſæpe dictum, præſertim in alteratione ,, aeris, & rerũ quæ per os ſumuntur ut ſunt ,, præſeruantia frigida non ſoluentia ven- ,,

Li. de feb. peſt. trac. 3. cap. 2.

,, *trem, in quibus terram sigillatam, & bo-*
,, *lum armenam cum sirupis ex limonibus, & acore citri libentissime ponimus, &c. Quæ omnia cum in hunc tantum finem instituantur, vt virtus conseruetur, & uenenum expugnetur, ideo vesicātia quæ venenum hoc absque vllo virium dispendio expugnare valent, ab hecticis Pest. non sunt ableganda. Sed quia putridæ pestilentes illæ sunt, quæ maiori ex parte mortales obsident, propterea in his vesicantium vsum confirmare volo.*

CAPVT QVADRAGESIMVMSEptimum. Ex veneni quod in Pestiferis reperitur sede, confirmatur vesicantia conuenire.

CVM superius, dum de ueneno absolute considerato esset sermo, ex omnium sententia decretum sit, medicamenta in cutem ducentia præcipue vero vesicantia pro illo educendo in cutem veneno esse apprime vtilia, quod vltra uentriculum

&

& intestina vires suas iam exercuerit, ideo nemini amplius dubium vlla ex parte superfuturum existimo, quominus etiam in Pestiferis locum habeant: quando pestilentes venenatas esse iam ostendimus: nũc autem paucis, eorum uenenum vltra ventriculum, & intestina residere demonstraturi sumus. Patebit autem vnicuique hæc ueritas, subiectum præcipuum, adæquatum, locumq; ex quo incipit venefica qualitas in Pestiferis consideranti. Etenim præcipuum subiectum est. Cor ipsum, adæquatum uero est totum corpus. Pars autẽ a qua incipit ueneni origo aut semper aut saltẽ maiori ex parte una est ex externis, & a corde ualde remotis; itaq; has omnes ob caussas vesicantia in Pestiferis sunt necessaria. Cæterum quod ad subiectum pertinet, nemo iure negabit in Pestiferis cor, ac uniuersum ipsum corpus ueneni sedem esse. Etenim Pestiferæ febris sedes, & subiectum, est etiã ueneni illi febri adhærentis subiectum: sed febris locus est cor, & totum corpus, ergo & veneni subiectum erit.

Quod

Quod autem in externis & ignobilibus potissimum partibus venenũ sensim, & paulatim augeatur, tam clarum & apertum, ex omnibus Gal. locis superius citatis est, ut iterum eius uerba pro hac re adducere, omnino uanũ existimari possit. Itaq; si uenenũ extrinsecũ & omne intrinsecũ, quod iam ultra intestina sit distributum vtiliter acribus medicamentis extrinsecis tractatur, profecto Pestilentium febrium venenum, quod & cor & totum corpus obsidet, atque in externis & extremis potissimum partibus generatur, vesicatoriis extrahi, & consumi debebit.

6. de loc. aff. c. 5. 2. in 1. prorrh. tex. 17.

CAP. QVADRAGESIMVMOCTAuum. Aliæ quædam rationes & exempla proponuntur, quæ vsum vesicant. in Pestiferis confirmant.

QVAE superius ex Galeno adduximus loca, vsum vesicantium pro veneno extrahendo comprobantia, iterum repetere nolo; sed tamen ea ad vesicantium in

Pestiferis

Pestiferis vsum infirmandum ab omnibus accipienda esse iudico, quando iam demõstrauimus Pestiferarum venenum ad totũ corpus, ad cor, & ad externas partes pertinere, Galenum vero acria medicamenta ad hæc expugnãda venena summopere valere voluisse. Sed qui propriam hac in re cuperet authoritatem, Paulum adeat loco alias adducto, ille enim tam aperte in Pestiferis exulcerantia, non vni tantum parti, sed vniuersæ cuti imposita collaudat, vt nihil clarius dici possit. Itaque iis quæ iam explicata sunt prætermissis, ad reliquas cõfirmationes me conuerto, quibus maiori ex parte in superiore disputatione sum vsus. Vesicantia scilicet in Pestiferis conuenire, eo quia Pestiferæ proprie acceptæ (quales sporadicas esse diximus) a Peste seu Pestiferis epidemicis natura minime distinguuntur, itaque nec curationem diuersam esse debere, at uero in Peste Vesicantia Mass. quoq; cõcedit: ergo & in Pestiferis sporadicis concedi debent. Accedit quod in Peste nõ modo vesicantibus, sed & causticis, &

Li.2.c.3.

 pluribus

pluribus dāis uenenum in cutem ducentibus auxiliis (qualia etiam Maſſ. vſum eſſe oſtendam) venenum extrahere tētamus: ergo in Peſtiferis ſporadicis ſi non eo tam graui, at ſaltem non ſpernendo veneno prææditis ueſicātia tanquam cauſticis mitiora erunt admittenda. Confirmatur, quia ſi hiſce auxiliis venenum hoc in cutem quāprimum nō educatur, quæ omnium noſtri corporis partium eſt ignobiliſſima, nemo ignorat naturam, quæ ſemper excremēta ad imbecilliores partes deducit, tūc temporis eos ipſos prauos & uenenatos humores in uiſcera præcipua miſſuram, vtpote quæ per has febres & calidiora reddita, & forte dolore aliquo affecta ſint. Vt proptereà ſi in omnibus morbis (quod inferius abunde oſtendā) à principio melius eſt malum a profundis, & præcipuis partibus ad ſupremas, et ignobiles tranſmutari, in Peſtilētibus idipſum non modo utile ſed & uſque adeo neceſſarium ſit cenſendum, ut ſine tali tranſmiſſione nullum Peſte aut febre peſtilenti ſporadica laborantē periculo liberari poſſit. Hinc

factum

factum est ut Hipp. & Gal. variis locis Pestium euentus referentes, eos tantum sanitati restitutos esse scribant, quibus talis in cutem transmissio sufficienter facta fuerit. Sic enim 3. in tertium epid. certum est illos potissimum sanatos, quibus vlcera, erysipelata, aliaque id genus plurima, in cute et externis partibus apparuere. Gal. quoq; 5. Meth. eos, inquit, in pestilētia seruatos, quibus in cutem humorum putrescentium, variasque crustas inferentium copia trāsmissa fuit. Lib. de cib. bon. & mali succi nō obscurè ex Galeno constat, eos mitius habuisse, quibus sufficienter natura in cutem aut impetiginis, aut psoræ, aut lepræ, aut alterius similis affectionis cutaneæ forma, quoscunque peccantes internos humores transmitteret. Hoc etiam aliis multis singularibus exemplis confirmari posset, sed hæc in præsentiarum sufficiant. Nam infra aliqua adhuc fortè meliore cum occasione proponemus.

CAP. QVADRAGESIMVMNOnum. Qua ratione Maſſ. noſtras has rationes impugnauerit, & impugnationum ſolutio.

ARGVMENTA uſum veſicantium in peſtiferis comprobãtia hactenus attulimus: Nunc uero Maſſ. impugnationes audiamus.

Primam omitto impugnationem qua negat Peſtiferas eſſe uenenatas, cũ de hac re quantum ſatis fuit, ſuo loco diſputatum ſit. Ad alias igitur tranſeo. Quod itaq; ad rationem ex hecticarum Peſtilentium curatione deſumptam ſpectat, inquit fruſtra harum curationem proponi cum ſint inſanabiles. Ad alias uero quæ circa putridas febres uerſantur, multa dicit. Primum quidem Peſtis, & peſtiferarum non eſſe unam & eandẽ naturam, propterea in Peſte multa a natura & arte utiliter tentari, quæ in peſtiferis minime conueniunt. Addit hoc etiam conceſſo peſtiferarum eſſentiam cum

Peſte

Peste conuenire, nō tamen propterea sequi remedia vnius esse alteri communia, quibus subiungit me quinque conclusionibus propositis ad argumentum pro vesicātibus muniendis efficacissimum tres omnino falsas propositione. Praeterea excretiones omnes a natura in cutem factas & vtiles tēpore coctionis fuisse asserit, caeteras tēpore cruditatis omnes pernitiosas affirmat. Alia multa dicit, sed nūc haec prius expēdamus.

CAPVT QVINQVAGESIMVM
Vtrum hecticae Pestilentes curationem admittant.

SI vera essent quae Mass: cum Veronensi Montano censet, omnes becticas pestilentes eo quod putredinē in solida cordis substantia obtineant, prorsus insanabiles esse, profecto nostra ratio qua plerunque ad confirmandam vesicātium vtilitatem usi fuimus, ex harum becticarum febrium curatione desumpta, penitus corrueret. Sed cum ego hoc si non maiori ex parte, at

saltem

ſaltem aliquando falſum eſſe exiſtimem. Idcirco, rationem meam ac ſimul Maſſ. fundamenta contra illam adducta proponam, deinde vero diſſoluam. Itaque ratio huic potiſſimũ innititur fundamẽto, quod ſcilicet cum hecticis peſtilentibus humorũ putredo minime conuertatur, venenata tamẽ qualitas illis ſit eſſentialis, hinc neceſſario ſequi in hecticis peſtilentibus nullam eſſe meliorem curandi viam, quam venenorum propriam, a Gal. totiens repetitam alterantibus ſcilicet & qualitate manifeſta & occulta, & attrahentibus in cutem caliditate & ſubſtãtiæ ſimilitudine. Maſſaria vero, qui neceſſitate compulſus cogitur hecticas peſtilẽtes, a putridarum curatione ſeiungere, has, inquit, tanquam inſanabiles nullo medicamento tractãdas eſſe, ſed ſolo prognoſtico relinquẽdas, huius ſuæ opinionis auctorem videtur habere Galenum, qui 3. de præſag. ex pulſ. ſatis manifeſtè aſſerit, nullam ad putredinem, quæ in corde ſit, excogitari poſſe medicinam, propterea quem quam mirari non debere, ſi ta-

Cap. 3.

les omnino moriātur. Cæterum, si ad rationem ipsam potius, quam ad Galeni uerba semper animum conuertamus, non est admodum difficile negotium, Galenū & hoc in loco, et aliis etiam pluribus in meliorem sensum deducere: venenata enim qualitas vbi solida cordis apprehenderit, dupliciter considerari potest: videlicet aut quatenus carneam & seminalem substantiam corruptioni & putrefactioni tradidit. Aut quatenus roridam tantum humiditatem occupauit. Vbi malum tandiu progressum est, vt solida cordis putrida sint reddita, iā est immedicabile, quā rem significauit Gal. illis verbis: Ac putredo corpus cordis attigerit, & paulo post, nec si pestilentem respirationem habuerint. Per pestilentem enim respirationem, propriè fœtidam intelligit, summæ putredinis non humorum, (quia de hecticis est sermo) sed solidorum indicium; de qua etiam uerba faciens cap. 4. eiusdem libri, inquit: Vulgus in ferè, si nilū aliud, at expirationem ægrotorum uideas obserua re, quæ si fœteat, peiorem casum expectant.

Igitur

Igitur solida cordis ex veneno putrescētia fœtentem anhelitum inducentia, mortē omnino subsecuturam pranunciant; in quo casu ego quoque a uesicantibus, & omnibus molestis remediis abstinendū esse consulo; sed si solida venenata quidē qualitate oppressa sint, minime vero putrida adhuc effecta, utpote quæ circa cor tantum adhuc venenum habeāt, profecto in tali casu alteratio & attractio in cutem, non est usque adeo contemnēda, imo uero audacter aggredienda, quando illi, qui in tali statu sunt constituti, (quantum ego censeo) in eorum numero sint recensendi, qui si ad cibū assumendum cogātur, ad sanitatem perducūtur, cæteris tamēnon prætermissis remediis, a tota substātia intro & foras ueneno occurrentibus. Neque ullus mirari debet, venenum in solidis subsistens (quod tamen ea minime corruperit) posse antidotis, et attrahentibus superari: quandoquidem hæc qualitas uenefica, cū potius ui, quā copia agat, est quid leuissimum ac tenuissimum, quod & antidotis exiccari & attrahentibus

'*tibus momento etiam temporis in extimas corporis partes deduci potest. Etenim (Galeno auctore) in tenuitate & veloci motu est quasi solaris quidam radius, qui celerrime in omne corpus distribuitur, vt propterea, dummodo altas in solidis radices non posuerit, possit etiã eadem celeritate exstirpari. Nõ quod aut interiora vel exteriora alexipharmaca, propria mole & substantia in totum corpus, & in cor ipsum quoq; distribuantur; (neque enim exigua horum medicamentorum portio tam longè lateq; deduci potest) sed quod ipsa non minus quã venenum, instar radii cuiusdam, momẽto tẽporis in uniuersum corpus diffundantur. Vt qualis est motus, distributio, et actio deleterii ueneni, talis etiã sit motus, distributio, & actio alexipharmaci & alexiterii. Quæ omnia expressit quidẽ Gal. in illo 3. & 6. de loc. affe. sed præcipuè 1. de sem. his verbis: Qua ratione etiã minima particula humoris lethaliũ uenenorũ, quæ δηλητήρια appellant, vbi in animalis corpus ingressa fuerit, totum id momento temporis immutat,*

Primo de sem. cap. 16.

Cap. 5. Cap. 7. Cap. 16.

V v

,, *tat, sibique simili affectione alterat. Postea*
,, *de remediis uerba faciens, subiungit: Non*
,, *tamen quod substantia ipsorum per totum*
,, *penetret corpus, (neque enim potest tam pra*
,, *uus succus, tam breui tempore, corporis interdum maximam molem replere,) sed qualitatis diffusione, qualis & extra nos a solis fulgore, in ambientem aerem, & in nobis tum a corde in arterias, tum a cerebro in neruos fieri conspicitur. Hæc igitur substantiæ veneni tenuitas & mobilitas, quamquam solida aggressa fuerit, dummodo tamen non corruperit, potest adhuc superari, vt propterea ego ausim dicere, me aliquos hectica pestilenti vexatos, sine solidorum cordis putredine sanitati restitutos vidisse. Ex his igitur vnumquemque libenter hecticas febres ad sanitatem quandoque perduci posse admissurum spero, & illarum uenenum non aliis euacuantibus, quam in cutem educentibus esse tractandum.*

CAP.

CAP. QVINQVAGESIMVMPRImum. Examinatur Maſſ. obiectio qua dicit Peſtem & Peſtiferas nec natura, nec curatione conuenire.

QVAE ad Peſtiferarum omnium naturam pertinent breuiter quidem, ſed quantum nobis ſatis eſt, in huius ſecundi libri initio docuimus; dum ex Gal. oſtendimus ſporadicam peſtilentem a Peſte non pernicie, aut veneno diſtingui, ſed hoc tantũ, quod Peſtis ſit morbus pernicioſus, uulgaris febris peſtifera proprie accepta morbus pernicioſus ſporadicus. Itaque cum dicit Maſſ. non valere hanc a Peſte ad Peſtiferas conſequentiam, ego certe negationis rationem non intelligo, qui ſcio curandarũ peſtilentium rationem non ex eo quod communes aut ſporadicæ ſint, ſed ex propria eſſentia eſſe deſumendam. Cum itaque omnium una ſit eſſentia in uenenata qualitate conſiſtens, omnium quoque unus erit curationis modus, ut iam expoſui. Sed ille

inquit, se venenum hoc neque in Peste neque in Pestiferis admittere: præterea uero eo vtrobique etiam admisso, non tamen sequi in pestiferis ea ipsa remedia conuenire quæ in Peste conceduntur, cum agentium a tota substantia vna non sit curatio, imo vero ita diuersa, vt vnumquodque venenum proprias habeat antidotos quibus curetur. Et ideo si valeat consequentia a Peste ad febrem Pestiferam, valebit etiam a Peste ad morbum gallicum: Pestis curatur Theriaca & vesicãtibus, ergo & lues gallica. Pariter è conuerso lues gallica ligno Indico expugnatur, ergo & Pestis, aut febris pestifera eo ipso remedio sanabitur: Hoc igitur argumento putat Mass. se nostram hanc rationem confregisse. Itaq; singula examinemus. Quod primo loco inquit Pestem non esse venenatam, ergo nec pestiferas, longiore nõ eget oratione. Etenim qui hanc veritatem intelligere voluerit, loca & rationes a nobis superius adductas uidere poterit. Quamquam ad huius meæ rationis veritatem comprobãdam nihil referat

siue

siue Maſſ. venenū admittat, uel non: quandoquidem in hoc tantum poſita eſt argumēti efficacia, quod ſi Maſſ. in Peſte veſicantia concedit, ergo & in peſtiferis debet admittere, quia una eſt omnium eſſentia, ſiue venenata, ſeu non venenata conſtituatur. Et ideo illimet habentur vtrobique ſcopi, & auxilia medica. Cum uero ſubiungit non valere conſequentiam eo, quia poſſunt ſub diuerſis generibus comprehendi venenum peſtis, & venenum peſtilentium. Hoc quoque vt ingenue dicam quod ſentio, non ſatis intelligo; Febres peſtilētes ſporadicas nonne unicuique conſtat ideo peſtilentes uocari quod pernicioſæ exiſtant? At ſi ex pernicie tales vocantur, non ne etiam cuiq; patet hanc ipſam demonſtrationem a Peſte deſumpſiſſe? Profectò: ſed peſtis ideo peſtis vocatur, quod ſit morbus pernicioſus. Itaq; peſtilentium a peſte denominatio non ſolius eſt nominis, ſed etiam eſſentiæ: Si enim huius tantum nominis eſſet, cur quæſo etiam morſus venenati, et aſſumpta venefica medicamenta Peſtis nomine donari non poſſent?

Quod autem in externis & ignobilibus potissimum partibus venenũ sensim, & paulatim augeatur, tam clarum & apertum, ex omnibus Gal. locis superius citatis est, ut iterum eius uerba pro hac re adducere; omnino uanũ existimari possit. Itaq; si uenenũ extrinsecũ & omne intrinsecũ, quod iam ultra intestina sit distributum utiliter acribus medicamentis extrinsecis tractatur, profecto Pestilentium febrium venenum, quod & cor & totum corpus obsidet, atque in externis & extremis potissimum partibus generatur, vesicatoriis extrahi, & consumi debebit.

6. de loc. aff. c. 5. 2. in 1. prorith. tex. 17.

CAP. QVADRAGESIMVMOCTAuum. Aliæ quædam rationes & exempla proponuntur, quæ vsum vesicant. in Pestiferis confirmant.

QVAE superius ex Galeno adduximus loca, vsum vesicantium pro veneno extrahendo comprobantia, iterum repetere nolo; sed tamen ea ad vesicantium in

Pestiferis

Pestiferis vsum infirmandum ab omnibus accipienda esse iudico, quando iam demõstrauimus Pestiferarum venenum ad totũ corpus, ad cor, & ad externas partes perti nere, Galenum vero acria medicamenta ad hæc expugnãda venena summopere va lere voluisse. Sed qui propriam hac in re cu peret authoritatem, Paulum adeat loco alias adducto, ille enim tam aperte in Pestiferis exulcerantia, non vni tantum parti, sed vniuersæ cuti imposita collaudat, vt nihil clarius dici possit. Itaque iis quæ iam explicata sunt prætermissis, ad reliquas cõfirmationes me conuerto, quibus maiori ex parte in superiore disputatione sum vsus. Vesicantia scilicet in Pestiferis conuenire, eo quia Pestiferæ proprie acceptæ (quales sporadicas esse diximus) a Peste seu Pestiferis epidemicis natura minime distinguuntur, itaque nec curationem diuersam esse debere, at uero in Peste Vesicantia Mass. quoq; cõcedit: ergo & in Pestiferis sporadicis concedi debent. Accedit quod in Peste nõ modo vesicantibus, sed & causticis, &

Li. 2. c. 3.

pluribus ditis uenenum in cutem ducentibus auxiliis (qualia etiam Maſſ. vſum eſſe oſtendam) venenum extrahere tẽtamus: ergo in Peſtiferis ſporadicis ſi non eo tam graui, at ſaltem non ſpernendo veneno prædit is ueſicãtia tanquam cauſticis mitiora erunt admittenda. Confirmatur, quia ſi hiſce auxiliis venenum hoc in cutem quã primum nõ educatur, quæ omnium noſtri corporis partium eſt ignobiliſſima, nemo ignorat naturam, quæ ſemper excremẽta ad imbecilliores partes deducit, tũc temporis eos ipſos prauos & uenenatos humores in uiſcera præcipua miſſuram, vtpote quæ per has frebes & calidiora reddita, & forte dolore aliquo affecta ſint. Vt propterea ſi in omnibus morbis (quod inferius abunde oſtendã) à principio melius eſt malum a profundis, & præcipuis partibus ad ſupremas, et ignobiles tranſmutari, in Peſtilẽtibus idipſum non modo utile ſed & uſque adeo neceſſarium ſit cenſendum, ut ſine tali tranſmiſſione nullum Peſte aut febre peſtilenti ſporadica laborantẽ periculo liberari poſſit. Hinc

factum est ut Hipp. & Gal. variis locis Pestium euentus referentes, eos tantum sanitati restitutos esse scribant, quibus talis in cutem transmissio sufficienter facta fuerit. Sic enim 3. in tertium epid. certum est illos potissimum sanatos, quibus vlcera, erysipelata, aliaque id genus plurima, in cute et externis partibus apparuere. Gal. quoq; 5. Meth. eos, inquit, in pestilētia seruatos, quibus in cutem humorum putrescentium, variasque crustas inferentium copia trāsmissa fuit. Lib. de cib. bon. & mali succi nō obscurè ex Galeno constat, eos mitius habuisse, quibus sufficienter natura in cutem aut impetiginis, aut psoræ, aut lepræ, aut alterius similis affectionis cutaneæ forma, quoscunque peccantes internos humores transmitteret. Hoc etiam aliis multis singularibus exemplis confirmari posset, sed hæc in præsentiarum sufficiant. Nam infra aliqua adhuc fortè meliore cum occasione proponemus.

CAP. QVADRAGESIMVMNONum. Qua ratione Maff. nostras has rationes impugnauerit, & impugnationum solutio.

ARGVMENTA usum vesicantium in pestiferis comprobātia hactenus attulimus: Nunc uero Maff. impugnationes audiamus.

Primam omitto impugnationem qua negat Pestiferas esse uenenatas; cū de hac re quantum satis fuit, suo loco disputatum sit. Ad alias igitur transeo. Quod itaq; ad rationem ex hecticarum Pestilentium curatione desumptam spectat, inquit frustra harum curationem proponi cum sint insanabiles. Ad alias uero quæ circa putridas febres uersantur, multa dicit. Primum quidem Pestis, & pestiferarum non esse unam & eandē naturam, propterea in Peste multa a natura & arte utiliter tentari, quæ in pestiferis minime conueniunt. Addit hoc etiam concesso pestiferarum essentiam cum

Peste

Peste conuenire, nō tamen propterea sequi remedia vnius esse alteri communia, quibus subiungit me quinque conclusionibus propositis ad argumentum pro vesicātibus muniendis efficacissimum tres omnino falsas propositione. Præterea excretiones omnes a natura in cutem factas & vtiles tēpore coctionis fuisse asserit, cæteras tēpore cruditatis omnes pernitiosas affirmat. Alia multa dicit, sed nūc hæc prius expēdamus.

CAPVT QVINQVAGESIMVM

Vtrum hecticæ Pestilentes curationem admittant.

SI vera essent quæ Mass. cum Veronensi Montano censet, omnes hecticas pestilentes eo quod putredinē in solida cordis substantia obtineant, prorsus insanabiles esse, profecto nostra ratio qua plerunque ad confirmandam vesicātium vtilitatem usi fuimus, ex harum hecticarum febrium curatione desumpta, penitus corrueret. Sed cum ego hoc si non maiori ex parte, at

saltem

saltem aliquando falsum esse existimem. Idcirco, rationem meam ac simul Mass. fundamenta contra illam adducta proponam, deinde vero dissoluam. Itaque ratio huic potissimũ innititur fundamẽto, quod scilicet cum hecticis pestilentibus humorũ putredo minime conuertatur, venenata tamẽ qualitas illis sit essentialis, hinc necessario sequi in hecticis pestilentibus nullam esse meliorem curandi viam, quam venenorum propriam, a Gal. totiens repetitam alterantibus scilicet & qualitate manifesta & occulta, & attrahentibus in cutem caliditate & substãtiæ similitudine. Massaria vero, qui necessitate compulsus cogitur hecticas pestilẽtes, a putridarum curatione seiungere, has, inquit, tanquam insanabiles nullo medicamento tractãdas esse, sed solo prognostico relinquẽdas, huius suæ opinionis auctorem videtur habere Galenum, qui 3. de præsag. ex puls. satis manifestè asserit, nullam ad putredinem, quæ in corde sit, excogitari posse medicinam, propterea quem quam mirari non debere, si ta

Cap. 3.

les

les omnino moriãtur. Cæterum, si ad rationem ipsam potius, quam ad Galeni uerba semper animum conuertamus, non est admodum difficile negotium, Galenũ & hoc in loco, et aliis etiam pluribus in meliorem sensum deducere: venenata enim qualitas vbi solida cordis apprehenderit, dupliciter considerari potest: videlicet aut quatenus carneam & seminalem substantiam corruptioni & putrefactioni tradidit. Aut quatenus roridam tantum humiditatem occupauit. Vbi malum tandiu progressum est, vt solida cordis putrida sint reddita, iã est immedicabile, quã rem significauit Gal. illis verbis: Ac putredo corpus cordis attigerit, & paulo post, nec si pestilentem respirationem habuerint. Per pestilentem enim respirationem, propriè fœtidam intelligit, summæ putredinis non humorum, (quia de hecticis est sermo) sed solidorum indicium; de qua etiam uerba faciens cap. 4. eiusdem libri, inquit: Vulgus in ferè, si nilũ aliud, at expirationem ægrotorum uideas obserua re, quæ si fœteat, peiorem casum expectant.

Igitur

Igitur solida cordis ex veneno putrescẽtia fœtentem anhelitum inducentia, mortẽ omnino subsecuturam pranunciant; in quo casu ego quoque a uesicantibus, & omnibus molestis remediis abstinendũ esse consulo; sed si solida venenata quidẽ qualitate oppressa sint, minime vero putrida adhuc effecta, utpote quæ circa cor tantum adhuc venenum habeãt, profecto in tali casu alteratio & attractio in cutem, non est usque adeo contemnẽda, imo uero audacter aggredienda, quandò illi, qui in tali statu sunt constituti, (quantum ego censeo) in eorum numero sint recensendi, qui si ad cibũ assumendum cogãtur, ad sanitatem perducũtur, cæteris tamẽ non prætermissis remediis, a tota substãtia intro & foras ueneno occurrentibus. Neque ullus mirari debet, venenum in solidis subsistens (quod tamen ea minime corruperit) posse antidotis, et attrahentibus superari: quandoquidem hæc qualitas uenefica, cũ potius ui, quã copia agat, est quid leuissimum ac tenuissimum, quod & antidotis exiccari & attrahentibus

tibus

tibus momento etiam temporis in extimas corporis partes deduci potest. Etenim (Galeno auctore) in tenuitate & veloci motu est quasi solaris quidam radius, qui celerrime in omne corpus distribuitur, vt propterea, dummodo altas in solidis radices non posuerit, possit etiã eadem celeritate exstirpari. Nõ quod aut interiora vel exteriora alexipharmaca, propria mole & substantia in totum corpus, & in cor ipsum quoq; distribuantur; (neque enim exigua horum medicamentorum portio tam longè lateq; deduci potest) sed quod ipsa non minus quã venenum, instar radii cuiusdam, momẽto tẽporis in uniuersum corpus diffundantur. Vt qualis est motus, distributio, et actio deleterii ueneni, talis etiã sit motus, distributio, & actio alexipharmaci & alexiterii. Quæ omnia expressit quidẽ Gal. in illo 3. & 6. de loc. affe. sed præcipuè 1. de sem. his ,, verbis: Qua ratione etiã minima particu- ,, la humoris lethaliũ uenenorũ, quæ δηλητήρια ,, appellant, vbi in animalis corpus ingressa ,, fuerit, totum id momento temporis immu- ,,

Primo de sem. cap. 16.

Cap. 5. Cap. 7. Cap. 16.

V v tat,

,, *tat, sibique simili affectione alterat. Postea*
,, *de remediis uerba faciens, subiungit: Non*
,, *tamen quod substantia ipsorum per totum*
,, *penetret corpus, (neque enim potest tam pra*
,, *uus succus, tam breui tempore, corporis interdum maximam molem replere,) sed qualitatis diffusione, qualis & extra nos a solis fulgore, in ambientem aerem, & in nobis tum a corde in arterias, tum a cerebro in neruos fieri conspicitur. Hæc igitur substantiæ veneni tenuitas & mobilitas, quamquam solida aggressa fuerit, dummodo tamen non corruperit, potest adhuc superari; vt propterea ego ausim dicere, me aliquos hectica pestilenti vexatos, sine solidorum cordis putredine sanitati restitutos vidisse. Ex his igitur vnumquemque libenter hecticas febres ad sanitatem quandoque perduci posse admissurum spero, & illarum uenenum non aliis euacuantibus, quam in cutem educentibus esse tractandum.*

CAP.

CAP. QVINQVAGESIMVMPRImum. Examinatur Maſſ. obiectio qua dicit Peſtem & Peſtiferas nec natura, nec curatione conuenire.

QVAE ad Peſtiferarum omnium naturam pertinent breuiter quidem, ſed quantum nobis ſatis eſt, in huius ſecundi libri initio docuimus; dum ex Gal. oſtendimus ſporadicam peſtilentem a Peſte non pernicie, aut veneno diſtingui, ſed hoc tantũ, quod Peſtis ſit morbus pernicioſus, uulgaris febris peſtifera proprie accepta morbus pernicioſus ſporadicus. Itaque cum dicit Maſſ. non valere hanc a Peſte ad Peſtiferas conſequentiam, ego certe negationis rationem non intelligo, qui ſcio curandarũ peſtilentium rationem non ex eo quod communes aut ſporadicæ ſint, ſed ex propria eſſentia eſſe deſumendam. Cum itaque omnium una ſit eſſentia in uenenata qualitate conſiſtens, omnium quoque unus erit curationis modus, ut iam expoſui. Sed ille

siue Mass. venenũ admittat, uel non: quandoquidem in hoc tantum posita est argumẽti efficacia, quod si Mass. in Peste vesicantia concedit, ergo & in pestiferis debet admittere, quia una est omnium essentia, siue venenata, seu non venenata constituatur. Et ideo illimet habentur vtrobique scopi, & auxilia medica. Cum uero subiungit non valere consequentiam eo, quia possunt sub diuersis generibus comprehendi venenum pestis, & venenum pestilentium. Hoc quoque vt ingenue dicam quod sentio, non satis intelligo; Febres pestilẽtes sporadicas nonne unicuique constat ideo pestilentes uocari quod perniciosæ existant? At si ex pernicie tales vocantur, non ne etiam cuiq; patet hanc ipsam demonstrationem a Peste desumpsisse? Profecto: sed pestis ideo pestis vocatur, quod sit morbus perniciosus. Itaq; pestilentium a peste denominatio non solius est nominis, sed etiam essentiæ: Si enim huius tantum nominis esset, cur quæso etiam morsus venenati, et assumpta venefica medicamenta Pestis nomine donari non possent?

sent? sanè id fieri nihil prohiberet, quando Pestis nihil peculiare significaret: sed quia contra res se habet, dum Pestis veneni speciem exprimit bestiarum morsibus, & ueneficis medicamẽtis minime communem, idcirco hoc ipsum nomen illis tantum morbis accommodatum, qui cum Pestis essentia cõueniunt, non illis qui ab ea valde dissentiunt. Itaque hoc primum suppositum, quod Pestis, & febris pestilẽs ratione essentiæ veneni (non enim in præsentia de caussa remota est sermo) sub diuersis generibus contineantur, apud me ueritatem non cõtinet: Sed demus etiam hæc duo uenenorum genera seu species inter se diuersas esse, non tamen illud inconueniens sequitur quod ipse putat. Quinimo potest & consequentia, & absurditas consequentis pro parte negari: singula explico. Erat autem consequentia talis, ergo Pestis & lues gallica eãdem habebunt curationem. Quod igitur ad consequẽtiam pertinet, ratio negationis est manifestissima. Etenim nullibi apud Gal. reperiemus ea quæ venenata sunt, necessario in

priuatis

priuatis etiã remediis cõuenire: Hoc quidẽ certissimum est, omnia malefica, a tota sub stãtiã agẽtia, occultis etiã remediis tractari: hæc uero occulta remedia eadẽ in omnibus uenenis esse, nemo unquã docuit. Quinimo Gal. & 5. simpl. & 6. in 6. epid. pro venenorũ varietate remedia quoque distinguit, venenatis inquã morsibus Theriaca, cæteris uero deleteriis Alexipharmaca: & eodẽ 6. epid. ex Hipp. varia explicat priuata remedia ad priuata quoq; malefica conferẽtia; lac uenenis erosione interficiẽtibus, Alliũ frigidis, vinũ mediocriter frigidis, Acetũ glutinosis ut fungis, aut etiam calidis ut Thapsiæ. Et vt vno verbo dicã, cum Gal. 1. de naturalibus facultatibus aperte scribat, multa reperiri uenena quæ proprias habẽt antidotos a quibus curãtur, vt de vipera & pastinaca marina dictũ est: idcirco frustra in his relicta propria curãdi ratione, ad genericam confugiemus. Itaq; cum morbus gallicus sit quidem ex occulta caussa ortum ducens, quæ tamen habet proprium remedium longo usu & experien

Cap. 18.
Cap. 5.
Cap. 14.

tia comprobatum, non valet consequentia, morbus gallicus curatur ligno indico, ergo & Pestifera febris: sicuti non valet morsus Tarantulæ curatur cantu, & motu. ergo & Pestis. Nec valet è contra Pestis curatur Theriaca, & Vesicãtibus; ergo & lues gallica: quia sicuti experientia docuit luẽ uenereã ligno sancto recte sanari, ita etiã docuit Pestilentiam, & Pestiferas Theriaca, & uesicantibus curari. itaque consequẽtia minime tenet. Sed hoc etiam concesso quod saltẽ in hac parte valeret, Pestiferæ Theriaca & vesicantibus sanãtur, ergo et lues gallica: nego deinde falsitatem consequentis, qui nunc sum ostensurus vesicãtia & Theriacã in lue gallica quoque adhiberi posse. Etenim quod ad vesicantia pertinet, cum hæc lues gallica sit ipsa quoque veneni species, quid mirum si internis & præcipuis partibus maxime infensa sit, vt propterea auxiliis istis caliditate & substãtiæ similitudine attractionem in cutem molientibus, tractetur? Idcirco non modo pro totius mali cõsumptione omnes probatiores

medicos

medicos hunc mede͂di modum iamdiu institutum suscipere & in frequentiore vsu habere video, vt scilicet lue͂ hāc gallicam, calorificis internis & externis, a vesicantium facultate non longe distantibus accipiant, sed & libe͂ter vbi hæc nō suffecerint, ad cauteria & ad synapismos se conuertant, qua ratione dolores vehemētissimos, tophosque confirmatos superant; deniq; internam & externā virulentiā extrahunt. Quod vero ad Theriacam pertinet, nō defuerunt, qui hunc quoq; morbum Theriacæ vsu se superare posse professi sunt; inter quos Ioannes Almenar Hispanus, in proprio libello, quem ad expellendum morbū gallicum conscripsit, ad alterationem mēbrorum, quæ nihil aliud est, quam perfecta huius luis venereæ consumptio & eradicatio, quoddam genus aquæ describit his uerbis. Ex Radicis Altheæ, Fumiterræ, Lapathii, Enulæ àna lib. s. & minutim incidātur, & ponātur in quatuor libris viri maluatici, ad remolliendum per unam diem et vnā noctem, postea addatur Theriacæ,

,, ætatis decẽ annorum aut plus vnc. 1. 5. & ,, ponatur in alembico, & destilletur aqua, ,, de qua accipiãtur vnc. tres cum vnc. dua- ,, bus aquæ buglossæ, in principio ut dictũ est, ,, & ista stuffa reiteretur omnib. sex diebus ,, transactis. aut septem, bibendo istam aquã ,, quæ est optima et singularis, & in hoc mor ,, bo magnum secretum. Hæc sunt germana huius auctoris verba, quæ ad litteram ex- cipere volui, vt cuncti videant non esse vs- queadeo absurdam hanc Mass. consequen tiã quæ ab aliquo admitti non possit. Quod si rursum obiiciat, ergo etiam lignum indi cum pestiferis conueniet: iam huic satisfa- ctũ esse puto cum dixi, generica remedia a tota substantia agentia omnibus quidẽ ve- nenis accõmodari, ut est Theriaca, ut sunt vesicantia. At quæ iam obseruatio, & ex- periẽtia docuit vnius veneni esse propria, frustra ei inutiliter cæteris adaptantur: ta le igitur cum sit lignum Guaiacum in morbo gallico, non est quod hoc remedium tanquam a tota substantia agens in cæte- ris venenis vsurpemus.

CAP.

CAP. QVINQVAGESIMVMSE-cundum. Examinatur alia Maſſ. contra noſtram rationem obiectio.

VNA ex præcipuis rationibus, quæ in præcedenti diſputatione ſum vſus, vt probarem, in Peſtiferis euacuationem, quæ per cutem fit, cæteris eſſe præſtātiorem (quā ſuperius quoque paucis tamen verbis explicaui) innitebatur huic potiſſimum fundamento, quod ſcilicet niſi quamprimum humores in cutem omnium partium corporis imbecilliorem & ad ſuſcipienda internorum viſcerum excrementa deputatam, perducamus, tunc neceſſario interna loca affici. quam rationem, a me facilioris doctrinæ gratia in quinque cōcluſiones diſtributam etſi Maſſ. falſam eſſe indicat, eo quia tres priores apud illum falſæ ſint, cū tamen duas vltimas, tanquam veras omnino concedat, quando dico: interiores corporis partes, eo facilius excrementa ſuſcipere, quo ex aliqua inflammatione aut ob-

ſtructione aut calida intemperie, vel aliò conſimili morbi genere imbecilliores redditæ fuerint. Et cum ſubiungo. In febribus peſtiferis venenatã et turgentẽ materiam, facillimè ab internis partibus, ſi non ob aliã cauſſam, ſaltem ob inſignem febris caliditatem ſuſcipi ac detineri poſſe. Ex his ſanè duabus conceſſis ſuppoſitionibus mihi intẽtam concluſionem inferre licet. Nam ſi ille admittat, ut iam admiſit, venenatam & turgentem materiam, ab internis & principalibus partibus ſuſcipi, quis quæſo non iudicabit, opus eſſe auxiliis, hoc uenenum, hanc turgẽtem materiã a principalioribus partibus ad imbecilliores deducentibus? Omnium autem imbecillior eſt cutis. In cutem itaque, & potiſſimum ueſicãtibus, ob iam dictas cauſſas noxia deducere oportet. Verum mihi minime ſufficit, Maſſariam has duas tantum ſuppoſitiones concedere, ſed luce clarius oſtendam, in tribus etiam prioribus nos omnino conſentire, neque vllam inter illum, & me, pro earum intellectione controuerſiam extare. Prima

concluſio

conclusio hũc in modum se habet: Vitiatos humores siue copia tantum, siue putredine aut uenenata qualitate infecti fuerint, dũmodo in motu & quasi turgẽtes extiterint, imbecilliores semper nostri corporis partes infestare. Massaria huius conclusionis fal sitatem, ex eo conatur ostendere, quod scilicet humores, non semper imbecilliores & ignobiliores partes, sed robustiores & nobiliores aggredi, & obsidere soleant, qui ex hoc videtur existimasse, me imbecillioris partis nomine, eas tantum intelligere, quæ a natura pro expurgandis excrementis im becilliores sunt cõstitutæ: quem sensum nos minime accepisse, duobus argumentis planè constat. Primum quidem, quia si vitiatos humores semper ad imbecilliores a natura constitutas partes deflectere voluissemus, quomodo potuissemus quartam & quintam conclus. sup● addere? quæ dicit, interiores corporis partes facile excrementa hæc suscipere, ex inflammatione, obstructione, calore, aut alio morbo, & in pestiferis id frequenter fieri, sibi inuicem è directo

hæ duæ

hæ duæ conclusiones pugnarẽt, vitiatos humores semper ad imbecilliores partes, a natura pro expurgandis excrementis effectas confugere, & eosdem humores plerumque in interiores partes recipi. Addo secũdam & fortiorem rationem: si prima nostra conclusio de imbecillioribus a natura constitutis partibus intelligeretur, quomodo possemus nos principale intentũ consequi, quod est, probare, expulsionem in cutem vesicantibus esse adiuuãdam. Si enim natura semper ad cutem adenes, & alia expulsionis loca sponte sua vitiatos humores transmittit profecto nec vesicantibus, nec alio auxilio esset opus. Nunquam enim periculosi morbi excitarentur, si vitiati humores ad deputata expulsionis loca semper confugerent. Itaque per partes imbecilliores, intelligo tã internas, quam externas, dum modo illæ, vel a natura vel ob aliquem morbum imbecilliores redditæ fuerint. In hoc igitur cum Massaria conuenio, non tamen libenter illius dictum accipio, cum inquit, vitiosos humores, etiam robustiores partes obsidere.

obsidere. Neque enim hoc in Gal. unquam reperiet Massaria, robustiores partes ab imbecillioribus suscipere; imo vero tam a ratione & Gal. alienum est, ut ille locis a nobis in priore disputatione citatis, praecipue lib. illo de morborum caussis, hoc dicat esse naturae institutum, ut humores ab una in aliam partem expellat, donec imbecilliorem inueniat. Hanc aliquando contingit, quidem esse principalem, non tamen necessario robustã. Quinimo oportet illam ex aliquo morbo caeteris imbecilliorem effectam esse: Ut generalis haec propositio semper uera existat, partem quae humores suscipit quamquam internam & nobilem, caeteris imbecilliorem eo tẽpore extare. Igitur quae obiicit contra primam conclusionẽ nullius sunt momẽti, sed adhuc inefficaciora sunt, quae contra secundam conclusionem affert. Ego enim dico inter nostri corporis partes cutem a natura ad suscipienda excrementa aptissimam, omnium imbecilliorem fuisse constitutam, ipse ut aliquid obiiciat, uocem comparatiue a nobis prolatam, positi-

Cap. 6.

uam facit, & vbi legimus imbecilliorẽ ipſe interpretatur imbecillam, & propterea contra nos inualeſcens, inquit: ſi hoc intelligamus, ſolam cutem eſſe imbecillam, hoc tã falſum eſſe quã quod falſiſſimum. Quã rem ille pluribus verbis, et Galeni auctoritatibus comprobare conatur; quaſi ego nullam aliam expulſioni viam a natura deputatam cognouerim, præter vnicam cutem.

Cap. 6. *Hoc ego non dico, ſed Galenum imitatus lib. illo de morb. cauſſis, cætera etiã imbecilla loca, inteſtina, vẽtrem, veſicam, vterum, adenes, omnia libenter admitto, cutẽ tamen his omnibus imbecilliorem eſſe, & dixi, & nunc etiam repeto. Quæ vero ad tertiam concluſionem pertinent, quãdo dico, cute excrementa ipſa in corpore redundantia minime ſuſcipiente, interiores tum & magis præcipuas affici, nõ eſſent ſanè in præſentia pluribus examinanda, quando iam ſatis ſuperque alias locum illum Galeni interpretati ſimus, in quo hæc ueritas apertiſſimis verbis videtur deſcribi. Non inficior quidem, id quod contra ipſam*

Libro de mor. ca. 6.

obiicit Maſſarias, in nonnullis caſibus veritatem obtinere poſſe, vt ſcilicet præter cutem etiam reliquæ corporis debiliores & ignobiliores partes, poſſint magis principales ab excrementis liberare: at mihi hoc ſuffeciſſe volo, cutem vnam eſſe ex imbecillioribus, & magis præcipuis, quæ opus hoc perficiant: cæteras uero & Maſſ. & reliquis ego quoque libenter admitto, quamuis cutis nomine etiam adenes & artus comprahendi poſſe, minime pro inconuenienti habeam.

CAP. QVINQVAGESIMVMTERtium. Examinantur aliæ Maſſar. contra noſtra argumenta rationes, & diſſoluuntur.

CVM varia ſint a nobis in præterita diſputatione propoſita exempla paulo ante aliqua ex parte repetita, ex quibus colligebamus in Peſte eos ſanitati fuiſſe reſtitutos, quibus vlcera, aut alia id genus excretiones in cutem facta apparuiſ-

sent, Maſſ. adhac omnia loca triplici ratione ſatisfacit. Primo inquit eas ſi vtiles fuerint, tempore tantum coctionis factas esse. Secundo addit cruditatis tempore apparentes omnes pernicioſas fuiſſe. Tertio & vltimo inquit quaſdam ex iſtis ad noſtrum propoſitum non pertinere, cum ſine febre fuerint. Ego vero id minime negare aut debeo aut poſſum, declinante iam morbo & tempore coctionis excretiones vtiles in omnibus morbis, quandoque etiam in Peſti. factas eſſe: Attamen magnam excretionum partem quæ in Peſte fiunt, & ſalutem afferunt, abſque concoctione fieri ſuo loco, tertio videlicet & poſtremo huius tractationis libro cumulate demonſtrabo. Nunc itaque circa tertiam tantum reſponſionem verſabor. Eam vero adduxit Maſſ. vt locum ex primo de cibis bon. & mal. ſucci deſumptum euerteret: & ideo diligenter eſt nobis hic locus examinandus. In principio eius libelli ſtatim aggreditur declarationem virium ciborum mali ſucci, quas melius explicare non

re non potest; quam docens ex talibus cibis pestem per plurimas Romano Imperio subditas gentes multis annis continuè sæuiisse. Explicans autem morbos & symptomata, quæ in ea Peste apparuerunt, inquit, quosdam vlceribus in cute plurimis correptos fuisse, & aliqua erysipelas, alia phlegmonen, alia herpetem, impetiginem psoram & lepram retulisse, atque hæc, inquit, per cutim efflorescentia, placidissimè vitiosum succum è visceribus profundoque corporis euacuasse. Hic est locus, ex quo ego putabam, (sicuti etiamnum temporis censeo) cumulatè desumi posse, in peste & pestiferis transmissionem in cutem, sufficienter factam, esse valde utilem, posteaquam dicit Galen. in ea pestilentia, excretiones iam connumeratas, placidissimè vitiosum succum è visceribus, profundoque corporis eduxisse. Etenim si talis transmissio a visceribus ad cutem facta non fuisset, nonne illum humorem, circa uiscera retentum, oportuisset multo grauiora & maio-

ra mala inferre? Hoc ſanè nemo negarę poterit. Et ideo in ea Peſtilentia illi omnes, quibus talis ſufficiens excretio facta non fuit, febri tentati fuere. Sic enim ,, ſcribit Galen. At ſine cutaneis affectibus ,, febres plurimæ uiguère. Quid quæſo clarius dici poteſt, cutaneas inquit excretiones placidiſſimè viſcera expurgaſſe, ſinę cutaneis affectibus plurimas febres viguiſſe. ergo ratio perſuadet, in illis etiam, qui cutaneas habuerunt excretiones, oboriri febres debuiſſe, quando transfluxiones cutaneæ non apparuiſſent, & eos qui febre tentati fuerunt ſuperuenientibus cutaneis excretionibus, dummodo ille ſufficiẽtes fuiſſent, potuiſſe liberari. Maſſaria tamen conatur hanc veritatem obſcurare, qui inquit eos, quibus huiuſcemodi excretiones in cutem apparuere, ad noſtrum inſtitutum minimè pertinere, quando iſti non ſolum febris peſtilentis, ſed etiam omnis febris & periculi fuerint immunes. Quamobrem, vir excellentiſſ. iſti non pertinent ad noſtrum inſtitutum?

tutum? quia febre caruerunt? forte ea non apparuerunt, eo ipso pestilentiæ tempore, quo apparuerunt, etiam alii grauiores morbi, qui ægrotantes interficiebant; an potius existimas, vno & eodem pestilentiæ tempore necessarium esse omnes vno & eodem modo grauiter & lethaliter laborare? primum sane minime dici potest, cum certum sit, omnia hæc symptomata tam mitiora, quam grauiora, ineunte uere statim apparuisse, propterea vno & eodem pestilentiæ tempore contigisse. Variam vero fuisse omnium istorum faciem, & quosdam mitius, quosdam grauius laborasse, mirandum non est; cum eos omnes qui peste capiuntur, minime necessum sit interire, aut febre tentari: Id quod cum apud Massariam tam manifestum sit, vt pro hac opinione contra alios acriter disputauerit, obstrupesco qua ratione in præsentia velit, effectus Pestilentiæ mitiores, & sine febre existentes, Pestis tamen tempore apparentes, ad Pestilentem constitutionem

nonpertinere. Etenim iure optimo illius argumenta Pestem sine febre demonstrantia statim corruerent, quia ad locum Hippocratis tertio in tertium epid. qui aliter hac in re sentiunt, dicere possent, eos qui sine febre fuere, ad Pestilentem constitutionem non pertinere. quod si dicat Mass. ideo pertinere quia Pestis effectus sauissimi extrinsecus apparuere, dum caro ab ossibus separaretur; tunc habeo quod volo videlicet excretiones cutaneas sufficienter viscera interna expurgantes, siue maligniores siue benigniores fuerint, ita vtiles esse vt non solum a mortis periculo; sed & ab omni febre patientes liberare & vindicare possint. Itaque excretiones ad exteriora facta, quamquam aliquando carnem corrumpant, membra integra separent, oculos vt scribit Thucidides eruant, iuuant, nec alia ratione iuuant quam quod uiscera expurgant, & quamuis sine febre sint, ad Pestem tamen pertinent: Sed audiamus pulcherrimam Mass. obiectionem, inquit ille.

ergo

ergo in Peste licebit oculos euellere, pedes amputare, carnem ab ossibus separare, quia hæc quandoque profuere. Magna profecto est cupiditatis contradicendi uis. age igitur faciat hæc suis patientibus si vult Massar. Etenim nobis qui vesicantium auxilio opportune administratorum ægrotantes nostros non solum a morte uerum etiam ab his incommodis liberamus & præseruamus, hæc medendi ratio non est ulla ex parte necessaria. Massariæ vero non esset præter rationem id posse contingere, vt dum leue vlcusculum opportune adhibitum reformidat, ad carnis, & pedum amputationem accedere cogatur. Verum quid sibi agendum sit ille nouerit: Mihi vero hunc medendi modum, antiquorum patrum testimonio, ratione & experimento confirmatum accipere, collaudare, & postulante necessitate uti liceat.

CAP.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-quartum. Epilogus omnium rationum propositarum, & curatorum per vesicantia quædam proponuntur exempla.

POTIORA à me hactenus producta argumenta, vsum vesicantium in Pestiferis comprobantia ista fuere. Hæc scilicet medicamenta conuenire, eo quod humorum fluxiones, & febrem, & grauissima symptomata constituentes incessanter, cito, tuto, ac sine multa molestia reuellant, venenatam qualitatem calore & substantiæ similitudine in cutem educant, naturam febres Pestilentes curantem imitentur, in hectica, vbi venæ sectio & purgatio non conueniunt, vsu esse possint, in putridis vero similiter quando cætera euacuantia suspecta sunt, cum fructu semper adhibeantur, eo quod interna viscera liberent, & in cutem omnium

nostri

nostri corporis partium ignobilissimam deducant, idcirco a Paulo sigillatim in Pestilentibus, a Galeno autem in veneno, & cæteris morbis grauia symptomata habentibus comprobata sint. De re igitur tam clara, & conspicua quomodo quispiam ambigere possit, mihi sane mirari licet, qui puto si non aliud, at saltem eorum testimonia qui quotidie ab his curantur, ad hoc probandum sufficere. Et profectò, si mihi quoque pro huius tam præclari auxilii maiore comprobatione, obseruationes, experimenta, curatorum denique insignes historias producere liceret, sperarem sanè me illi non leuem, præter cætera iam proposita argumenta, confirmationem, & dignitatem illaturum. Sed quando excellentissimum Massariam lego, in sua illa disputatione has inanes ineptias, mulierculis, & circum foraneis potius, quam viro philosopho ac medico dignas, vocantem, expauesco, & quid efficiam ignoro. At cum illius libros de Peste

diligenter perlego, iam animum recipio: cum enim illos hisce historiis refertos esse videam, non amplius a mulierculæ aut circulatoris nomine abhorreo, sed potius Massar. imitator euado. Qui si absque calumniæ suspicione quasdam suas Franciscinas, Allegrantias, Bregolatos atque alia id genus nomina, nescio quibus cognita, in suis illis de Peste libris inserere potuit, cur mihi medicamentum hoc Illustrissimorum virorum, iam curatorum exemplis illustrare dedecus sit, non uideo. Itaque in huius veritatis testimonium tres tantum adduco Andreã Mocenicum, Bartholomæum Marinum, ac Petrum Maurocenum, qui huius vnius fere remedii vsu sanitati fuisse restitutos publice confessi sunt. Sed forte dicet Massar. nullum ex istis a vesicantibus auxilium percepisse, imo vero aut a natura, aut aliis forte remediis curatos esse; me uero ita illis persuasisse, vt crederent vniuersam valetudinem ab illis fuisse acceptam: Quod etiamsi

neminem

neminem illorum libenter admissurum sciam, cum vnusquisque ingenio, & iudicio polleat, & subitam fere symptomatum mutationem, post hoc remedium ad melius factam, probe animaduerterit, nihilominus hoc etiam concesso clarissimos istos viros in arte medica minime versatos, morbi mutatio ipsa in melius facta, utrum ne a vesicantium an potius ab alio auxilio fuerit, distinguere non potuisse: Quid tamen obiicere possit si Laurentii Massæ exẽpla attulero, ego planè ignoro. Laurentii Massæ inquã, uiri totius rei literariæ coriphei, omnium linguarum peritiss. omnium bonarum artium cultoris, omnium sciẽtiarum alumni, in libris medicis ita versati. vt si illius operam quemadmodum patrui, Nicolai, Venetiarum vrbs experiri potuisset, certe ausim dicere nullum sane medicum hoc ipso præstantiorem reperiri posse. Idcirco quod verũ est, publice profiteri minime pudebit, me etiã si non plura, at saltem pulchriora ex illius ore excepisse, quã proprio labore aut

ſtudio mihi ipſi cõparare potuerim. Inter cætera uero Theriacæ vſum, quamquam antea mihi quoque acceptum, ab eo miris laudibus celebratum, & religioſe cõmendatum, tanto fructu poſt illius perſuaſionem, in pleriſque ægrotantibus ſum vſus, vt neminem ex illis qui eam acceperint, interiiſſe pro certo & conſtanti affirmare poſſim.. Hæc autem obiter dicta eſſe volo, & in eum tantum finem, ut cunctis virum de quo in præſentia eſt ſermo, notiſſimum in teſtimonium adducerem, iudicio acerrimo, intelligentia rei medicæ, ac peritia tali donatum, vt iuuantia, & nocentia remedia, ſibi in pernicioſo morbo adminiſtrata, optime diſtinguere valuerit. Hic igitur cum febre aſſidua per multos dies tentatus, tandem facta humorum, (qui multi in corpore redundabant,) tranſmutatione, in lethargi manifeſtam ſuſpicionem incidiſſet primum quidem D. O. M. auxilio, deinde vero veſicantium opera ab hoc periculo ſe liberatum eſſe confeſſus eſt. Cæterum,

rum, mihi quæso nullam omnino fidem præstet Maſſ. at certe optimo iure ab omnibus aliis medicis eam demere non poterit. Plurimos ſcio per vniuerſam Italiã, imo uero Europam, præcipue autem Galliam ſummorum in arte medica virorum feraciſſimam, primarios quoſq; eorum efficaciam, quotidie experiri: quorum nomina cum nimis operoſum recenſere exiſtimem, illos fere omnes ſilentio obuoluens, noſtræ ſaltem ſcholæ Patauinæ profeſſores Maſſariæ notiſſimos quotidie veſicantium maximo cum fructu adminiſtrantes præterire nõ debeo, Horatium Augerium, Hieronymum Fabritium ab Aquapendente, Aemilium campo longum, Annibalem Bimbiolum, Nicolaum Triuiſanum; & inter eos qui publice non profitentur, Angelum Camerinum ob acre iudicium & ſapientiæ ſtudium non immerito inter hos repoſitum. Neque vero eos qui hoc tempore ſumma eorum laude Venetiis medicinam faciũt in eorum vſu frequẽtiſſimos ſilentio obuol

uere

uere debeo Leandrum Zarotum, Franciſcum ſtabilem, Pariſanum de Pariſanis, Salutarem Ruffinum, Benedictum Flangirium, Euſtachium Rudium, Proſperum Alpinum, Dominicum Angellerium, atque alios plurimos, quos breuitatis gratia ſilentio prætermitto. Hos igitur omnes in veſicantibus adminiſtrandis tam faciles, tam aſſiduos, & quod maius eſt, ægrotantes ipſoſmet ad illa recipienda tam promptos minime futuros eſſe arbitrarer, niſi eorum vtilitatem variis experimentis confirmatam, vnuſquiſque ſponte ſua intelligeret & experiretur. Sed iis vtpote manifeſtioribus quam vt noua egeant confirmatione, iam prætermiſſis ſecundo huic libro finem imponamus, & ad tertium Deo fauente tranſeamus.

LIBRI SECVNDI FINIS.

Præfatio.

CONTENTIOSA disputationem ingenia exercere posse, non modo ab Aristotele proditũ, sed ab eodem tam præclaris verbis in Problem: ratione vsqueadeo valida cõfirmatum est: vt hac in re Gal. sententiam nemo libenter accipere debeat, qui inexercitatis dubitationes creari solere asserit. Cum.n. dubitationes sint de cõtrariis, & dubitationis solutio nihil aliud sit quam veritatis quã quærimus inuentio, sanè vnicuiq; etiam exercitatissimo viro de quacunq; re difficili dubitare licet, vt tandem veritas ipsa è tenebris prorsus eruatur. Hinc dicebat idem Arist. dubitare bene, operæpretium ad consequendam "facultatem aliquam, nam posterior facultas, "solutio eorum est quæ ante dubitata fuerunt. "Itaq; nos quoq; in priore huius tertij libri parte, præstantioribus quibusdam contra Phœ-

1 gl. Sect. pbl. pbl. 2.

2. de decret. cap. 6.

3. metaph. Cap. pri.

nigmos dubipis propositis, ea diligentissime examinabimus, & tandem dissoluemus. In Postrema vero (quia nullum est auxilium quod absolute propositum patientibus commodum præstare valeat; nisi etiam conuenientissima vtendi ratio accedat,)propterea, quibus nam cōueniant Vesicantia,& quibus sint deneganda,quo tempore,loco,& modo sint administranda,&quæ sit medicamenti conficiendi ratio;abunde,&.quantum opus erit explicabimus. Erit profecto hæc pars omnium aliarum præstantissima,ut pote quæ uarias cōtineat speculationes ad rem medicam,imo vero ad ipsammet curationem spectantes, non tamen ab omnibus eo quo nos illas explicaturi sumus modo acceptas;quas tñ libẽter publicas faciemus, cum quia ad præsentem nostrã disputationem confirmandam maxime conferãt; tum vero,quod (vt paulo ante diximus) si in contentionem ponantur, inueniendæ veritatis(quod à nobis in communem hominum vtilitatem maxime expetitũ est) occasionem præbeant.

Ad primum igitur à nobis propositum absoluendum descendamus.

HER-

HERCVLIS SAXONIA PATAVINI

De Phœnigmis.

LIBER TERTIUS.

CAPVT PRIMVM
An Vesicantia propter calorificam faculta tem suspecta esse possint.

POTVISSEM sanè in eo, qui hunc præcessit libello, præcipuas omnes quæ in Vesicantia proferuntur obiectiones adducere, & dissoluere; cum disputatio contra Massariam iam suscepta, idipsum sermonis successione exquirere videretur. Cæterum quia duæ,

grauissimæ rationes à Massaria adductæ, vt funditus diluantur, longam profectò, & variam exquirunt rerum considerationem, ne liber ille grandior euaderet, hic autem ter tius angustior esset, decreui in hac tertia nostrae disputationis parte, in qua de Phœnigmorum recta administratione erit sermo, singulas etiam maioris momenti dif ficultates proponere, & diluere postea vero ad reliqua me conferre. Ne autem confusio fiat, singulas sicut adduxero, ita etiam quamprimum dirimere conabor. Est igitur prima obiectio, quæ contra Vesicantia produci solet, ea, quæ à Sinapismatum caliditate desumitur. Nemo etenim febribus, quæ calidæ & siccæ sunt passiones, rationi inhærens, calida & sicca medicamenta, vel intrinsecus, vel extrinsecus accommodare poterit; cum Gal. ipse pluribus in locis, præcipuè verò & xi. & xiij. meth. in continentibus febribus, & in illis quæ ex inflammatione ortum ducunt, frictiones, vnctionesq; calefacientes, imo vero etiam oleum camomelinum improbare videatur. Vt propterea nec

Cap.9. & cap.6.

Oribasius,

Oribasius, nec Paulus aut Ætius in acutis morbis (nisi ex frigida causa producantur, & in temperamento frigidiore consistãt) Sinapismi vsum probare audeant. Nec sanè valere videtur, quod quispiam pro Vesicantibus dicere posset, hæc scilicet internas partes non calefacere; Quandoquidem Gal. ipse inter caußas, quibus corpus totum incalescit, contactum alterius corporis calidi proponit; Vesicatorio autem, nil ferè calidius inueniri potest; propterea secundo de tuenda val. dicebat, nos incalescere, cum calidis medicamentis confricamur; & 4. simpl. Cognoscuntur (inquit) calida medicamenta, si ab his sana corpora incalescant, calida vero exasperentur. Eò autem facilius, & fortius hæc Vesicantia calefacere possunt, quò diutius calorem conseruant, quod Nasturtio, Thapsiæ & cæteris id genus Vesicantia ingredientibus à Gal. in lib. de simpl. med. facultatibus tributum est. Deniq; horum facultatem ad interiores partes peruenire, Oribasij verba declarare videntur, qui in ĩternis vlceribus Sinapismi vsum ma

Lib. de morb. cap. 2.

Cap. ix.

Cap. vij.

ximè

x. coll.xiij. *ximè veretur; Sic enim scribit: Sed tamen*
„ *in tabidis, & colliquatione laborantibus ex*
„ *vlcere, quod iecur obsideat, Sinapismum*
„ *non admittimus, neq; etiam in vlla alia vlce*
„ *ratione, quæ intimas partes vexet, siquidē*
„ *exacuuntur, & efferæ à Sinapis acrimonia*
„ *redduntur. Quæ sanè non obscurè declarāt,*
Sinapismi facultatem ad interiores etiā par
tes penetrare. His tamen non obstantib,*
existimo, in febribus pestiferis, & iam posi-
tis casibus, Vesicantia omnino esse admini-
stranda. Etenim sine vlla veneni suspitione
ad vnicā tollendā externarū partiū frigidita
c.de pyretro: *tem, video Gal. vij. simpl. pyretro vsū esse:*
quod tamen causticā vrētemue facultatem
„ *habere asserit. Itaq. de eo sic scribit. Et ad*
„ *rigores ante periodum cum oleo confricatur.*
Quantum vero ad alia plurima symptoma-
ta, & uenenum ad externas partes deducē-
dum valeat superius abundè docui. Itaq.
Quod ad propositas rationes pertinet, vno
verbo dico, Vesicantia calida quidem et sicca
esse, interiora tamen viscera, ac remotas par
tes minimè calefacere: Imo vero extimas tā
tum,

tum, aut cuti statim subiectas. Si etenim ex Vesicantibus interna viscera incalescerent, profectò, attractio non per vesicantia in cutem, sed magis in viscera fieret, cum certum sit viscera etiam secundum naturam constituta, ipsa cute multo calidiora esse; At in febre, calidissima reddita, si à Vesicantibus adhuc exasperarentur, profectò, nullus in cutem calor, rubor, aut tumor appareret: deniq; nullus attractionis effectus; sed totus calor, rubor, & tumor circa viscera fieret. Cũ autem Vesicantia cutem ipsam rubefacere, in tumorem attollere, doloremq; excitare, experientia doceat, calorem vltra eam partem, cui Phœnigmi adhibentur, non multum extendi, sed circa proximas tantum partes exerceri, omnino ratio persuadet. Adde quod si viscerum calorem augerent, quando pro futuri aut inchoantis delirii, vel comatis suspicione apponantur, incalescente magis cerebro, delirium & sopor ad summũ perducerentur. Deniq; hoc posito, tollitur ab hoc medicamento tota reuulsionis & deriuationis facultas. Ne igitur tot incommoda sequantur

quantur, cum Gal. Sinapismos non remotas partes, sed propinquas tantum rubore afficere, & in tumorem attollere dicimus. Ipse. n.
Cap. vlt. *hæc habet 2. de diff. febr. Sic & si membrum*
» *aliquod iuxta ignem calefeceris, aut uehe-*
» *mentiorem frictionem adhibueris, uel resina*
» *perũgens, vel pice mediocriter calida, deinde*
» *vniuersã paulo post mox auferas, siue quod*
» *cumq; calidum medicamen parti cuiq; appli*
» *cueris, in hisce omnibus membrum in tumo*
» *rem videbis attolli, quoniam Caliditas na-*
» *tura apta est fluxiones attrahere, aut easdẽ*
recipere. Et Auic. similiter 2. lib. suæ
» *medicinæ: Sed rubificatiuã, (inquit) medi-*
» *cina est, cuius proprietates est, ut membrũ,*
» *cui obuiat calefaciat fortiter, ut ad ipsum ue*
» *hementi attractione sanguinem attrahat per*
» *uenientem ad eius exteriora. Itaq; manife*
stum est, hæc medicamenta, remotas partes
Cap. 95. *non calefacere: Propterea Gal. in arte medic. ubi à profundioribus partibus mate riam educere oportet, ualidissima remedia accipienda consulit, ne uirtus antequam in profundum secedat, dispergatur. Quod si*

ille

ille veretur, ne medicamentum antequam partem cuti statim subiectam pertingat, vires amittat, certe nulla est ratio cur verendum sit, huius vires ad remotiores, & profundas partes penetrare posse; Et ideo hæc ratio, ex caliditate desumpta nullius momenti est censenda. Ad omnia autem loca superius adducta, unica responsione satisfatio: calida medicamenta corpus vniuersum calefacere, & exasperare, atq; à Gal. fuisse prohibita, quando vniuerso corpori extrinsecus etiã feruenti, absq; symptomatum vrgentia admoueantur. Sed vnica tantum particula hoc medicamento calefacta calorem in totum diffundi, non necessario sequitur. Præcipuè vero si externæ ipsorum partes algeãt, quemadmodum in pestif. maiori ex parte algere ostendimus. Quod autem de internis vlceribus ex Oribasio adduximus, nihil etiã contra nos, facit: Posteaquam nemo ignorat vlceribus, omnia calida & acria, quanquam leuissima esse nocua, quæ tamen non exulceratis partibus, minime possunt obesse. Accedit etiam quod visceribus vlcere tentatis,

tatis, externas partes macie confectas esse oportet; ad quæ duo respiciens Oribasius, Tabidis & colliquatione laborantibus ex ulcere, Sinapismum prohibet. In tali autem macie, facillimum est Vesicant. vires ad interiora perduci, vt propterea nos etiam hoc ipso tempore Sinapismum vereamur. Illud quoq; non vsq; adeo à ratione alienum esse videtur hæc medicamenta, ob multa venenata, quæ recipiunt, vlceratis partibus à proprietate quadam totius substantiæ obesse, sicuti cantharides vesicæ à tota substantia nocent. Non tamen ex hoc sequitur, ea visceribus propter nimiam calid. molesta esse posse, quando viscera vlcere non fuerint vexata: multa enim externis etiam partibus vlcere affectis mordacia esse solent, quæ cuti non vlceratæ admota nullum acrimoniæ sensum inferunt. Esto itaq; vesicantia internis vlceribus esse noxia, ea quoq; in hoc casu libenter à nobis dimittantur, vbi autem vlceris suspitio non adsit, libenter admoueantur: Cæterum quamquam in illis pestilentibus, quæ externarum partium refrigerationem conti-

nent,

nent. Hocce remedij genus multo libentius quam in calidis affectionibus intrinsecis & extrinsecis sit administrandum, attamen in calidis etiam ratione symptomatum, & venenata qual quamprimum nulla caliditatis habita ratione erit admouendum. Quod ne quispiam absq; ratione dictum esse existimet, insequẽti cap. longiore oratione probabimus, ex quo integra huius primi dubij solutio apparebit. ✶

CAPVT II.

Symptomatum vehementiam curationis ordinem peruertere posset.

DOGMATICAM medendi rationem totam ab indicationib⁹ desumi, docuit abundè satis Gal. varijs quidem locis, præcipuè vero in libris, quos de medendi methodo conscripsit. Cæterum nec indicationis definitio, neq; indicantium omnium cognitio ad probè instituendam curationem sufficere possunt, quando multi, & illi quidem inter sè admodum contrarij, vno & eodem

tempore hauriantur scopi, vt propterea diuinissimus Gal. non minus hac in re quam in cæteris diligentissimus, de huiuscemodi indicationum ordine, abundè vij. illo meth. & dilucidè satis verba fecerit; obseruandũ enim est, (vt Gal. citato loco adnotauit) q̃d in quacunq; curatione habeat rationem caussa, & quid effectus, quid etiam illud sit, ante cuius sublationem cætera tolli non possunt, & deniq; quod nam habeat rationem urgentis. Si enim adsit caussa & effectus, nemo ignorat ordinem curandi, id requirere, ut à caussa exordium sumamus, si duo sint morbi, quorum unus ante alium sanari non possit, ordo similiter hoc docet, ut ille prius amoueatur, quo non sublato, cætera nunquam tollerentur. Similiter si aliquod urgens adsit, ordo curationis hoc docet, ut urgenti priuum et maximè incumbamus. Vrgens aũt (quod affectus magnitudinem significat,) ut Gal. loco iam à me nuper citato docuit, in triplici differentia constituitur, quarum prima ad læsam actionem præstantem pertinet, secunda ad propriam affectus essentiam, ter

Cap. xii.

tia

tia vero ad facultatem, quæ læsum corpus gubernat; vbi vnum aliquod ex istis vrgentibus in morbo reperiatur, profectò huic primum & maximè incumbendum, alijs quandoq; non ex toto neglectis, quandoq; verò in nulla ferè æstimatione positis: Vbi igitur venenum intra humanum corpus constiterit ad hoc vniuersum ferè consilium dirigere oportet. Etenim affectus ex propria essentia & ratione facultatis nostrum corpus regentis, & ob actionum principum læsionem maximus est. Itaq; has omnes ob caussas, habet rationem ita urgentis, vt ad se vniuersam trahat curationem. Hinc ortus est communis dicendi modus, duplicem dari curationem, vnam quidem regularem alterã vero coactam: Quam quidem distinctionem etiamsi Massaria neq; apud Hippocr. Gal. vel alium illustrem auctorem se vnquam legiße scribat, attamen, mutatis verbis, sensu autem immutato, esse Galeni illius verba docent, qui xi. meth. apertè ostendit, febres absq; Symptomatis ad finem cito procedere, symptomata vero, totam ad se curationem

Pag. 138.

Cap. xi.

aliquando

aliquando reuocare, vtpote quæ contrarijs remedijs, omnino ſint pertractanda; Id quod fuſius etiam & clarius explicuit xij. meth. Cap. 1.
,, *qui ſic ſcribit: Ex accidenti tamen ſympto*
,, *mata quoq; curandi rationem aliquãdo mu*
,, *tant, cauſſa ſcilicet locum eo tempore habentia. Et propterea videns Gal. 5. aph. Hippocratem præceptum tradere, quaſi dogmaticæ curationi contrarium, (inquit enim omnia refrigerata eſſe calefacienda exceptis ijs, ex quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt,) ſcribit, hanc Hippocr. doctrinam minimè peruertere illud theorema, Contrariorum contraria eſſe remedia; quandoquidem, datur aliud theorema maximè neceſſarium, quod docet, illa inprimis curari debere, quæ magis vrgent, hoc eſt, (vt ipſe inquit) quæ maius periculum afferunt: His itaq; ſic ſe habentibus ad rem noſtram redeuntes dicimus, quod etiamſi febris refrigerantibus & humectantibus ſit tractanda, nihilominus, quando vrgens adſit, hoc eſt maius aliquod periculum inferatur, huic primum & maximè ſit incumbendum. Cum vero nihil ſit* Aph. 19.

quod

quod maius periculum inferre possit, quam venenum ipsum, pestiferis semper connexũ, idcirco huic etiam primo & maxime occurrendum erit: Post venenum autem maxime vrgent symptomata, & præ cæteris illa, quæ vires ad summum deÿcere possunt, à Gal. xÿ. illo meth. proposita: Vigiliæ, dolor, & immodica euacuatio. Vt si ratione vrgentis unico tantum modo accepti, curationem peruertere licet, quid quæso in pestiferis febribus faciendum esse existimabimus, quando in istis omnes urgentis affectus differentias iam ostendimus reperiri possent, licebit sanè tunc omnem regularem curandi modum peruertere, ueneno symptomatis, & uiribus incumbere. Idcirco cum Vesicantia omnib⁹ prædictis affectionibus succurrant, si nõ spreta, saltem posthabita ipsius indicationis à febre desumpta natura, quamprimum studebimus, uenenum in cutem ducere, uirtutem uitalem subleuare, à corde iecore, uentriculo, thorace, ac cerebro illhuc confluentes humores reuellere, quamquam, ex ÿs aliqua etiam corpori induceretur caliditas.

Itaq;

Itaq; cum nulla ratione Vesicantia pro febris caliditate nobis suspecta esse possint ad alias obiectiones me confero. ✱

CAPVT III.

Vesicantia, eo quod coctioni officiant, nulla ratione esse improbanda.

QVANQVAM *multæ proponantur, contra Sinapismos à pluribus huiusce remedij oppugnatoribus obiectiones, Massariam tamen duas sibi præcipuas elegisse uideo, quas inquit, esse totius disputationis fundamenta, & funditus hunc Vesicantium in febribus usum destruere propterea nostrum uidetur in praesentia offitium, eas primum quidem proponere, dei nde uero diligenter examinare. Accipio autem illam discutiendam, quae à coctione desummitur. Inquit enim Maß. Vesicantia cum coctionem humorum prohibeant, propterea nulla ratione esse accipiẽda. Quod autem impediant, ratione, & authoritate confirmat. Ratione quidem, eo quod ex*

una

vna parte certum sit humores concoquēdos, siue in vna parte determinata infixos, siue in venis magnis, vel communibus residentes, quietem requirere, omnemq; localē motum tamq; sibi perniciosissimum auuersari. Ex alia vero parte Vesicantia hos ipsos humores mouere, fundere, et agitare, nemo ambigit; cum illos à venis, aut proprijs locis distrahere, & ammouere possint. Idcirco esse reijcienda, Hippo. quoq; & Gal. testimonium maxime persuadent. Quorum vnus (Hippo. scilicet) in coctione, corpus quieti dandum esse docet; Sic enim scribit: Corpus quieti permittere, mox vngere, & aequaliter contegere oportet, &c. Alter vero absq; tali coctione morbos solui non posse apertissime docet. Itaq; si coctio pro quocunq; morbo soluendo est necessaria, si coctio quiete tantum proficitur, si Vesicantia humores istos motu locali mouere, & agitare possunt, profecto non obscure vnicuiq; constat, ea tamquam coctioni apprime contraria esse reijcienda. Quia vero videbat Mass. nos varia pro hac resellenda ratione dixisse: ea omnia de-

4.acut.44.

Lib. de cōst. med. c. 18.

struere tentat. Et quando à minori ad maius argumentamur, quod si in febribus etiam nō pestiferis quando necessitas vrget, In crudo morbo frictiones, & balnea in vsu habentur, ergo & Vesicantia in pestiferis posse vsurpari: ipse à contrario sensu statim arguit, si in nulla febre ante humorum coctionem licet frictionibus, & balneis vti tametsi necessitas huiusmodi præsidia videatur postulare, ergo multo minus (inquit) licebit ante coctionem Vesic. administrare. Et cum nos addimus, si in peste apparentibus carbunculis, bubonibus, &c. Vesicantia caustica ignisq; in vsu habentur, ergo & in Pestiferis saltem Vesicant. erant accipienda: ille antecedens & consequentiam argumenti minime concedit; qui dicit etiam Galenum in cura carbunculi reuulsione, & repellentibus vsum esse, seq; in peste talem curandi modum per attrahentia factum nunquam probasse. Demum vero his etiam concessis, aliam (inquit) esse pestis, aliam vero pestiferarum febrium rationem, multaq; in peste morbo alioquin seuissimo concedi, quæ Pestilentibus iure opti

mo

no denegantur. Sed quia dicebam, me non vsqueadeò intelligere, quæ sit hæc quies in putridorũ humorum coctione requisita, quisue sit Vesicant. motus hanc ipsam coctionem impediens, ipse in vtroq; explicando aliquantulum laborat: Qui ostendit, hanc quietem esse à locali motu vacationem; hancq; à Vesicantibus non obscure impediri. Cum autem addidissem in valde putridis venenatis, ac turgentibus humoribus coctionem non requiri, consequenter vero quieti corpus dandum esse; Ipse quod ad putridos pertinet, existimat, hoc à Gal. doctrina esse alienissimũ putridosq; humores semper coqui posse censet: Et ideo contra nos inquit sublata ab humoribus putrescentibus coctione, tum sequi in pestiferis licere primo quoq; tempore purgantibus vti, quod inquit me neq; dicturũ, neq; facturum. Addit, Galenum non raro huius coctionis, quæ in putridis humorib⁹ consideratur, mentionem fecisse, quam vocat mutationem in optimam qualitatem, & mediocre quoddam temperamentum; Idcirco subiungit sublata hac putridorum coctione,

Secundo in lib. epid. 9.

ægros nunquam à febribus liberari posse: cum coctio sit naturæ victoria, & sine coctione naturam superare, nil aliud esse quàm sine victoria vincere. Propterea Galenum adducit dicentem, neminem in declinatione morbi ratione mori; eo quod iam natura caussis morbificis facta sit superior.

Tertio de crisibus c. 9.

Quod vero ad turgentiam spectat, primum quidē inquit, turgentes etiam humores ante expurgationes Galeno authore concoquēdos esse. Postea vero subdit. hanc ob turgentiam, potius purgatione, quam Vesicantibus vtendum. Quæ omnia etsi in eum finem ab eo sint proposita, vt primam hanc rationem à coctione desumptam confirment, attamen pleraq; ex illis etiam ad secundam eius rationē comprobandam, & ad nostram de tempore administrandi Vesicant. opinione euertendam maxime faciunt. Itaq; ad confusionē euitandam singula suis locis disponemus, & diligenter examinabimus. Quod igitur primo loco dictum est, inferius diligentissime inquiremus, vtrum scilicet morbus omnis ex humorum putredine ortum ducens coctione

Prima aph. xxiv.

ne tantum ſanari, & ad nihilum redduci poſ ſit. Nunc autem in hoc primo verſabor, vt oſtendam coctionem à Veſicantib' nō impedi ri, ſecundo hanc in Peſtiferis non requiri, de inde vero in illis in quibus requiritur, eamq; ꝗete non profici: tertio motum quem à coctio ne excludit Hippo. explicabo, & oſtendam, nec frictiones, nec balnea, nec Veſicantia à tali coctione ſeparari, ex conſequenti ab Hip poc. tanquàm mouentia non excludi. poſtea vero obiectiones ſoluam, & Gal. atq; Hipp. loca contra nos adducta interpratabor, & in bonum ſenſum redigam. Quod igitur ad primum pertinet, cum coctio omnis faculta tem, inſtrumentum, ac conuenientem mate riam requirat, non video ſanè, qua ratione Veſicantia coctionem impedire dicantur: Nam ſi de facultate ſit ſermo, cum talis fa cultas nihil aliud quàm calidum innatum ſit, vel eo ſaltem tanquàm præcipuo inſtrumē to vtatur; profecto ſi Veſicantia facultatem læderent, ex conſequenti calido innato eſſent infenſa. At vero videamus, qua non ratio ne calido inſito poſsint eſſe inimica. Cum .n.

calor

calor aut extinguatur à frigido, aut corrumpatur, & dissipetur ab alio calore multo maiore, & vehemētiore, aut à copia suffocetur, vel deniq; ex alimenti deffectu marcesat. mihi quæso Mass. modum significet, quò Vesicant. calido innato possint officere. neq; .n. vllum ex istis inueniet, cum tamen alij neq; inueniri, neq; excogitari possint: Etenim Vesicantia primo modo vtpote calida alium calorem non extinguent. Sed potius augere poterunt. Neq; vero est existimandum hæc vtpote immodice calida, natiuum calorem surripere posse. Etenim cum neq; vniuerso corpori, nec partibus, vbi præcipue coctiones celebrantur, sed externis tantum quibusdam locis adhiberi consueuerint, præterea vero maiori ex parte cuti iam refrigeratæ imponantur, nullum sanè huius dissipationis periculum imminet. Sed neq; suffocabunt, quinimmo, cum illum circa viscera collectū, ad exteriora (quantum naturalis status requirit) euocare valeant, consequenter, tertij periculi suspicionem effugiunt. Itaq; cū Vesicantia, neq; extinguant, nec dissipent,

nec

nec calorem, natiuum suffocent, imo vero augeant, & à suffocatione liberent, quomodo igitur facultati concoquenti erunt impedimento? An forte alimenti subtractione, Seu materiæ deffectu, in qua calor iste positus est? Sed neq; hoc vllus iure affirmare poterit: Etenim quæ debent calidi alimentū surripere, necessario solidorum humiditatem depasci oportet: Vesicantia autem nec solidis partibus, vbi præcipue concoctiones fiunt, nec tabidis, sed carnosis duntaxat admouentur, propterea non seminalem, sed excrementitiā tantum humiditatem educunt. Conclusio igitur sit, Vesicantia concoctionem potius adiuuare, quam impedire, si cum calido innato comparentur, & ad illud referantur. Cæterum neq; instrumentis concoctioni destinatis vllam omnino labem inferre possunt; Quandoquidem cum tria præcipua sint coctionis organa, ventriculus iecur, & venæ, certum est Vesicantia (quod etiam paulo ante insinuabam) pro reuulsione (de qua nunc loquimur accepta) nulli ex propositis partibus accommodari, idcirco nullum in il-

vesicā[ntia] carnosis partib[us] [illegible]

stis vitium inferre. Quanquàm scio, quòd etiam in primo huius nostra tractationis de Phœnigmis libro docuisse, memini, Galenũ infirmo ventriculo Phœnigmorum, & Propacem pro eo confirmando appositionem minime improbasse, imo vero collaudasse.

Si igitur facultatẽ, & instrumenta coctioni deputata potius iuuare, quam impedire valent, quæ erit ratio cur Mass. asserat, Vesicantia coctionem perturbare? Cœterum audio illum dicturum, se non de alimenti: sed putridorum humorum coctione esse locutum, hancq; à Vesicantibus non propter iam propositas caussas, sed propter vltimam duntaxat à nobis antea expositam impediri. Putridos enim humores, qui alioquin vt concoquantur, quiete indigent, à Vesicantibus fundi, & agitari, à venis extra venas perduci, cõsequenter opus naturæ, quod ex Hippo. & Gal. quietem exigit corrumpi & ex toto prohiberi. Ego vero primum hoc à Massar. libenter accipio, Vesicantia nostra humores putridos a venis & visceribus in corporis ambitum deducere, qui modo sũ ostenturus.

hos

hos quietem non exquirere, tum quod nũquam ad benignũ perduci possunt. tum vero quod putridi concoctio, quo tempore Vesicantia administrantur, nulla quiete sed perpetua motione egeat. Ad hæc igitur duo demonstranda nunc me conuerto coctionum varia significatione præmissa.

CAPVT IIII.

Quæ, & quot sint apud medicos coctionũ differentiæ.

CVM hactenus vniuersaliter hoc, ni fallor, satis confirmatum sit, Vesicantia neq; calori innato concoquenti, neq; instrumentis, in quibus coctio celebratur esse infensa, imo vero multiplicem ob caussam potius amica, & iuuantia; nunc superest, vt videamus, vtrum ratione obiecti concoquendi vllum incommodi genus afferre possint. Est sanè hæc pars, præcipuum huius argumẽti à Maß. tantopere celebrati fundamentũ; vt propterea deceat etiam, in ea explicanda diutius versari, multaq; declarare, quæ argu-

mentum infirmitatem ostendant.

Primum aũt cum coctionis obiectum minime vnicum sit sed multiplex, consequenter coctio ipsa non in vna tantum, sed uaria & multiplici significatione accipiatur, idcirco ut uideamus, quam nam ex tot uarijs coctionum differentijs uelit Mass. quiete perfici, & subinde à Vesicantibus nostris impediri, ante omnia singulas à medicis usitatas, coctionum differentias, exponemus, postea uero utrum humores omnes putridi hisce subijciãtur, quies ue semper an magis motus ipsi conueniant, declarabimus.

Coctionem itaq; communiter apud medicos uideo dupliciter accipi, proprie scilicet, et improprie; Propriam intelligo coctionis significationem, quandam rei concocta circa propriam eius substantiam in melius factam mutationem; impropriam voco, solius qualitatis in meliorem aliquam qualitatem trãsmutationem; Porrò haec secunda impropriè coctio vocata cum vel circa primas, vel circa secundas qualitates contingat, duplici etiam nomine donari potest. Il-

lam enim, quæ in mutandis primis qualitatibus versatur, alterationem, eam vero quæ ad secundas dirigitur, præparationem appellabimus. Itaq; humorem calidum, aut frigidum alteratione ad contrariam qualitatem concoquimus, crassum vero viscidum ac lentum attenuatione, incisione, & abstersione ita preparamus, vt etiam concoquere dicamur: Hæ igitur vt dixi impropriæ sunt coctionis species. Etenim omnis coctio proprie accepta quanquàm & alterationem, & præparationem præsuponeret, attamen ijs tantum non proficitur. Sed & quandam substãtiæ mutationem exposcit. Cum autem hæc substantia, quæ mutatur multiplex sit, multiplicem quoq; oportet esse coctionem, quæ varias hasce substantias respiciat. Substantiam enim mutandam aut putridam esse contingit, aut imputridam: (cæterum quæ putredinem continet aut ad naturalem & pristinum statum amplius redire non valet, (idcirco ex toto putrida dicitur) aut debitis remedijs iterum priorem formam recuperare potest, & semiputrida vocatur: Quæ igitur

iam ex toto putruit, quanquàm priorem formam amplius non recipiat, attamen à natiuo calore nescio quam gratiam suscipit propter quam concoqui dicitur, hancq; coctionē

2.acut.44. 3.in 1.ep.46.

Gal. naturæ victoriam supra humores putridos vocat. & hæc tota in excretionem dirigitur. At vero si de semiputridi coctione sit sermo, alia profectò est ratio: Etenim semiputrida substantia ad nutritionem præparatur & transmutatur, atq; ideo Galenus coctionem quæ circa hanc substantiam versatur eam esse inquit quæ cessare faciat putredinem manente caussa. Et secunda aphor. illam exemplo uini acescentis explicans, ostendit, posse non minus humores, quam vinum modice acescens priorem formam recuperare. Ad vtramq; vero ex iam propositis coctionibus perficiēdam, priores illas duas improprie vocatas, esse necessarias, nemini ignotum est alterationem inquam, & præparationem. Atq; hæ & tot sunt coctionum species, in materia putrescente considerata. Quod si materia non putrescat, aut est alimentum, aut excrementum, alimentum voco nō

Lib. artis medic. c. 89.

Apho. 17.

solum

ſolum cibum & potum in ventriculo acceptum, ſed & cuiuſq; coctionis in iecore, & venis, & ſingulis deniq; partibus celebratæ proprium obiectum. Talis igitur coctio Gale. teſte nil aliud eſt, quam nutrientis in propriã qualitatem eius, quod nutritur, mutatio, ex quo ſanè patet, hanc non eſſe ſolius qualitatis accidentalis, ſed & ſubſtantiæ mutationem. Quod ſi fuerit excrementũ nullũ ſanè aliud eſſe põt. quam ſuccus crudus, vel pituitæ ſpecies; Hæc enim ipſa quoq; præcedente alteratione, & præparatione, in qualitatem parti mutanti ſimilẽ conuertuntur. Cum itaq; hæ & tot ſint coctionum differentiæ, videamus modo, de quibus nam Maſſariæ ſententia vere, & propria ſit intelligenda: & conſideremus, an reuera in iſtis omnibus, quies deſideretur, an potius motio localis, et cuiuſcunq; alterius conditionis.

3. de nat. fac. cap. 7.
2. de nat. fac. cap. 4.

Caput

CAPVT V.

Quæ sit coctio, de qua est sermo, & in pestiferis, talem non expectari.

QVANQVAM variæ sint à nobis propositæ coctionum differentiæ, attamen dum quæritur vtrum Vesicant. coctionem in febribus impedire possint, certus sum, Massariam coctionis nomine illam tantum intelligere, quæ in putridis humoribus consideratur, non autem aliquam ex illis, quæ ad nutritionem diriguntur. Cum autem à nobis duplex sit proposita putredo, vna quidem exquisita, altera vero spuria, quam cum Gal. semiputredinē vocauimus, in præsentia illud mihi demonstrandum esse videtur, in Pestilentium febrium humorib' nullam omnino coctionem expectari; in semiputridis autem illam motione perfici, in putridis ex toto non tamen pestiferis coctionem partim quiete, partim vero motione tractari; magis tamen motu, quam quiete. Singula vt proposui exequar, à primo sumpto exordio.

dio. Quod pro nunc quibusdam; paulo post conuenienti loco alijs etiam argumentis confirmabo. Quod igitur coctio in pestiferis ob summam humorum putredinem expectari non debeat, multa persuadent, primum quidem in Gal. doctrina certum est, humorem illum qui naturae gratiam amplius aquirere non potest, quamprimum extra corpus esse educendum: Hac ratione pituitam salsã, eo quod concoqui non possit, statim expurgãdam esse consulit, & ipse quoq; eandem diagridio, ubi ad Thoracem destillauerit, quàm primum educit: sed dari putridum humorẽ, qui nullo unquam tempore naturae legibus amplius subijci possit, tã apertè docuit Gal. in illo primo de diff. febr. ut pluribus hanc rem explicare pudeat. Humorum, qui in uerus putrescunt, Gale. tres constituit species, in quarum prima naturam ex toto humorẽ contentum conuincere, & superare, inquit, in altera uero partim naturam uinci, partim autem superare asserit; tertiam deniq; constituit, in qua naturam uult ex toto superatam esse. Itaq; quod ad hanc tertiam spe-

Lib. de cõst. artis c. xix.

5 meth. c. xii

Cap. vi.

etat ego neminem reperiri censeo, qui coctionem in ea desiderare amplius possit, si enim ex toto, inquit Gal., hanc nostri corporis facultatem superasse, non est, quod quispiam progressu temporis tandem naturam superiorem fieri posse credat, & eo minus cum ibi quoq; Gal. asserat, uenarum & solidarum facultatem esse ita uitiatam, ut si cum putridis humoribus conferatur, minime amplius superior fieri possit. Itaq; in hoc casu nemo coctionem expectare debet, sed quamprimum humorem hunc tam humano corpori infensum euacuare, quod etiam consuluisse Gale. eius uerba indicare uidentur, quae sic habēt.

„ Sed & alterum est putredinis genus, cum
„ ea uis, cui coquendi officium est demandatū,
„ adeo imbecillis facta est, ut nullam amplius
„ facere possit in putrescente superfluitate ad
„ optimum transmutationem: Si talis humor putrescens amplius mutari non potest, ad qd igitur in corpore relinqui debet? an non unicuiq; constat, illum statim esse educendam? Quod si Gal. pituitam, salsam non expectata coctione expurgandam esse consulit, & exe-

quitur,

quitur, quid quæso illum in ea materia facturum arbitrabimur, quæ nullo vnquam tempore, nullisue aut naturæ, aut artis conatib° ad eam benignitatem & obedientiam perduci potest, quæ illam ad expulsionem saltem si non ad alimentum accommodatam efficiant? Sanè euacuationem in hac ipsa primo quoq; tempore tentaturum non vereor, vt sequentia ipsius verba demonstrabunt. Nunc autem ne quispiam existimet talem putredinem quæ omnem coctionem effugiat nũquam reperiri posse, Galenum videat primo de diffe. feb. tam præclaris verbis hanc veritatem explicantem, vt pluribus non sit opus. Humorum qui in venis putrescunt tres constituit differentias, quarum prima eorum est qui à natura ex toto superantur, idcirco in pus seu materiam puri similem lenem, albam & æqualem conuertuntur. Secunda est eorum qui partim superant, partim superantur: isti igitur conuertuntur quidem in materiam puri similem, sed non omnibus bonis conditionibus donatam; idcirco vel albam cum fœtore, vel liuidam cum æqualitate,

Cap. vi.

tate, aut quid simile. Tertia ad illos pertinet qui naturam semper superant, nunquã superantur, & ideo si liuidi, aut nigri, aut fœtidi, aut inæquales fuerint aut tales semper remanent, aut etiam deteriorem in dies conditionem assumunt. Quid ergo medicum circa hos humores agere oportet? coctionem molliri? At si naturam ex toto superant, quomodo coctionem recipient? Si facultas venarum concoquens succumbit, cui ergo concoquendi offitium relinquentur? Hanc autem succumbere Gal. verba declarant quæ sic habent.

„ Sed & alterum est putredinis genus, cum
„ ea vis cui coquendi offitium est demãdatum,
„ adeo imbecillis facta est, vt nullam amplius
„ facere posit in putrescente superfluitate ad
„ optimum transmutationem. Cum igitur hæc, & alia Gal. verba in eo capite prolata, putredinem quæ nullo modo corrigi potest apte proponant, ad quid igitur coctionem, quæ nunquàm adueniet, expectare? Putridum itaq; humorem, qui amplius naturæ gratiam suscipere non potest, & ab ea conuinci non valet,

let, statim expurgabimus. Id quod fecisse etiam Galenum, & consuluisse, eius verba declarant, quæ sic habent. Igitur tanquam in ijs corporibus, quæ non viuunt, ac putrescunt, primum quantum eorum iam computruit, separant; dein ei quod reliquum est in frigidum aerem sublato perspirationem moliuntur; Ita vtiq; & putredinem quæ in viuis est orta sanabimus, id scilicet, quod iam corruptum est, omne ratione vacuantes, quod reliquum est, &c. Hic non dicit Gal. id quod putridum est ex toto debere concoqui, sed excerni, nec dicit facta coctione, sed ea ipsa ratione, qua etiam in mortuis corporibus putridæ ex toto partes tractantur. At vero nemo est, qui carnis putridæ frustulum, aut alterius corporis portionem corruptam, prius concoquat; postea vero a toto separet, imo statim, quod iam putruit à non putrido tollit, sequitur ergo in humoribus sic putrescentibus, idipsum esse præstandum, propterea coctionem non esse expectandam. Sed quando iam satis pro nunc ostendimus, pestilentem humorem coctionem non subire: vi-

xi. meth. c. viij.

deamus modo, numquid in illis febribus, quae semiputredinem habent, quies, an potius motus expectari debeat.

CAPVT VI.

Putridorum humorum coctionem motu potius quam quiete perfici, & primo de semiputridis.

DVPLICEM diximus cum Galeno dari in humore putrescente propriam coctionem, atque in eo ipso duplicem quoque impropriã. Cũ vero coctionis vnam significationem cum Galeno substantiae semiputridae mutationem dixerimus, idcirco primum ratione authoritate, & exemplo docebimus, vtrum talis coctio quiete, an potius motu perficiatur, postea vero quid & de alijs sentiendum sit explicabimus. Est haec semiputredo, quantum ex Gal. secunda illa aphor. part. colligo, potius praeuia quaedam substantiae mutatio, quam formae humoris corruptio, vt ex vini exemplo ex Galeno ibi allato colligi potest. Introducitur vero haec

semiputredo ex duplici caussa, primo quidē ex nimia humoris putredinem suscipientis quiete, sic enim & aqua, & aliud omne corpus humidum, quo minus mouetur, Aristot. 4. meth. *etiam teste promptius putredinem suscipit: Ideoq; pari ratione humores intra venas contenti, dum non mouentur, ex consequenti calidum innatum non ventilatur, ac difflatur, primum quidem suffocatur, deinde vero gā grenæ exemplo, putredinem excitat. Secunda vero caussa est calidi effluxus retentio, seu prohibita non tantum calidi innati, quantum fuliginosi excrementi transpiratio. Hæc enim quoq; intra corpus retenta Gal. iudice, et 8. & xi. meth. febrium & putredinis caussa existunt. Quod si quispiam vlterius quærat, quæ nam sint tam quietis præter naturam in humore existentis, quam prohibitæ transpirationis caussa, is sanè inueniet nullas esse alias, quam humorum copiam, aut crassitiem, lentorem, & viscidítatem, deniq; obstructionem, à Gal. in illo xi. meth. abunde ꝓpositas. Itaq; ad inhibendam hanc putredinem existimabimus ne, quietem, an motum conuenire?*

re?

re? profecto si quies est caussa putredinis, motus conueniens arcebit putredinem, si prohibita transpiratio est causa putredinis ergo quae facilem reddent perspirationem, cohibebunt putredinem; At vero haec euacuantia, aut attenuantia, incidentia, abstergentia, omnia deniq; mouentia erunt, hac igitur coctio non quiete, sed motu perficitur, id quod Gal. quoq; testimonium confirmat, qui xi. meth. ubi semiputridi humoris curationem proponit, haec duo, de quibus nos mentionem nuper fecimus recenset, videlicet motum, & ventilationem, sic enim scribit: Ita vtiq; et putredinem, quae in viuis est orta, sanabimus, id scilicet quod iam corruptũ est omni ratione vacuantes, quod reliquum est moderatis motibus, & refrigerante perspiratu ad exactam Symetriam reducentes. Constat igitur ad huiusmodi humorem semiputridũ concoquendum, opus esse motione, & ventilatione: At ventilatio ipsa quoq; motione perficitur, hoc declarat Gale. eo ipso loco, ne longius abeam. Calor enim natiuus tunc primum transpirat cum tolluntur impedimenta

Cap. viij.

ta

ta à Gal. ibi relata, densitas, inquam, constrictio, obstructio, quae omnia motionibus validis tantum absolui possunt: sic enim Gal. habet: Singulae harum affectionum curandae per contraria sunt, densitas per ea, quae rarefaciunt, constrictio per ea, quae fundūt, abundantia per ea, quae euacuant, crassitudo per ea, quae dissecant, & lentor ijs, quae detergent. Et paulo post subdit. At vero in humorum putredine, & excretio, & refrigeratio, & ventilatio, & semiputridorum cōcoctio ex aduerso respondent. Sed experientia quoq; exemplis a Galeno propositis valde consentiens, ostendit, & vina modice acescentia, & carnes semiputridas, illa quidam transuasatione, has vero motione, & euentatione à corruptione, ac putredine praeseruerari. Quae cum manifestissima sint; iam ad aliam coctionis speciem me conuerto, quae est putridi humoris, ad concinnam, & meliorem quandam formam reductio, excretioni aptam.

xi.meth. cap.xiij.

Caput

CAPVT VII.

Coctionem putridi humoris in statu tantum, non autem in principio, aut augumento quiete agere.

IAM satis ni fallor ostendimus, humoris semiputridi coctionem, non quiete, ut Mass. censet, sed potius motu ad perfectionem deduci: superest modo, ut quid de alia putridi coctione sentiendum sit, in praesentia explicemus. Consideratur, ut dixi, talis coctio in humore, qui ad benignum idest ad substantiam nutritioni aptam amplius perduci non potest, quem propterea opus est saltem ita naturae obedientem reddere, ut in materiam puri albo, leni, & aequali similem conuertatur. Ex quo constat illum, qui talem formam suscipere non potest, ab hac etiam coctione excludi, qualem in Pestiferis contineri, paulo ante ex Galeno ostendi. Hanc coctionem aliqua indigere quiete, minime negandum esse censemus, sed de huius quietis tempore, & qualitate, summa ratio est habenda.

Etenim

Etenim circa morborum initia, & augumenta, motionem pro hac coctione perficienda, omnino necessariam existimamus: tempore autem status inquam in tali putredine quiescendum esse arbitramur, non tamē semper, aut omni ratione, & modo; quod postea exponemus. At vero circa initia, et augumenta, hanc coctionem motione perfici euacuatio, & alteratio, quæ ab omnibus circa hos humores inter initia, & augumenta administratur, satis declarant. Etenim quod ad euacuationem pertinet, ego planè ignoro, vtrum vllus vnquam reperiatur, qui in principio morborum corpus quieti permittat, nihilq; quod motionem efficere posit, moliatur. Mihi sanè hucusq; neminem aut legere, aut videre licuit, qui ad euacuationes varias in principijs morborum, quamprimum non deueniat. Propterea neq; Massariam in tali casu venæ sectionem, scarificationes, cucurbitulas, medicamenta atq; alia id genus varia prætermittere scio; quod si hæc quæ valentissime corpus exagitant, absq; vlla aut Mass. aut alterius contradictione administrantur,

 strantur,

strantur, cur quaso sola Vesicantia erunt suspecta? cur sola agitabunt, coctionem perturbabunt, cætera vero euacuantium genera nequaquam? profecto huius diuersitatis caussam libenter mihi explicatam intelligerem. Sed cum nullam talem inueniri certo mihi persuadeam, concludendum igitur Vesicantia, eo quòd coctioni incommodent, non esse improbanda. Confirmatur quia coctio putridi est victoria naturæ supra humorem putrescentem, & conuersio in substantiam puri similem expulsioni aptam, nemo autem ignorat semper multo melius coqui, quod modicum est, quam quod multum, vt sicuti in alicuius partis phlegmone ex nimia sanguinis copia quandoq; gangrena subsequitur, & ex consequenti loco puris albi, lenis, & æqualis corruptio insignis producitur, ita in venis ex nimia humorum putrescentium copia, non modo proba coctio fieri potest, sed quòd in gangrena contingit, id quoq; in his vsu venire solet; vt ægrotantes liuidi, et nigricantes ante, & post mortem euadant. Hoc autem periculum nulla alia ratione melius, quam euacuationibus

tionibus

tionibus euitari posse ratio, authoritas, & experientia suadet. Nam si ad semi putridum coquendum, putridi euacuationem praire optimũ est, vt ad multi humoris putridi coctionem, euacuatio pracedens, quocunq; modo fiat maxime conferat, etiã rationi consonum est: Quod confirmatur, quia coctio, qua in putrido humore consideratur, non solum substantia mutationem, sed & eiusdem à bonis humoribus separationem complectitur. At vero cum natura sponte sua maximã humorum putrescentium copiam nequaquã superare possit, relinquitur ante coctionem euacuationes omnes esse necessarias. Sic enim abundantia iminuta, & putredine ex parte sublata, natura deinde quod reliquum est melius concoquere, & ad benignum reducere potest. Id quod ijs ipsis fere verbis expressit Gal. com. xxix. secũda part. Aph. cum. n. iam docuisset in statu reuera putridi humoris coctionem fieri, propterea in principijs non in statu & venasectionem, & purgationem esse tentanda, subdit hac verba. Vt igitur ci „ tius eueniant (coctiones scilicet) melius est in „

„ *principijs euacuare, quo minorem iam fa-*
„ *ctam materiam, facilius natura possit con-*
„ *coquere. Potest ne quid clarius reperiri? nonne aperte docet Galen. vt coctio in statu fiat, motionem hanc per euacuantia praecedere oportere? at nos etiam Vesicantiū motionem in principio proponimus, itaq; tantum abest, vt naturam à coctione impediamus, vt potius illi auxilium praestare possimus, praecipue vero in Pestiferis vtpote quibus non sola putridorum copia, sed & venenum calorē ipsum innatum opprimit, & substantiam solidam, a qua actiones prodeunt, ita corrumpit, vt si aliqua huius veneni, & putrescentium humorum portio quàmprimum non educatur, probabilè, imo vero necessarium sit, natiuum calorem sub tanto onere tādem succumbere posse. Itaq; vt talis coctio, quae quiete perfici potest, finem suum assequatur, motio per euacuantia omnia facta praecedere debet. Vtrum vero haec leniente medicamento, aut purgante moderato (quale minoratiuum uocant) uel potius robustissimo ac ualidissimo perficiamus nos in praesentia ulterius*

rius non inquirimus; sed aliquam saltem euacuationem circa Pestiferarum initia ab omnibus fieri petimus: Id quod minime negat Mass. qui sic scribit: Quasi uero ple- rique omnes, aut secta uena, aut alijs modis san guinem non detrahant, lenientia medicamen ta, clysteria ac plurima tum interna, tum ex- terna præsidia non adhibeant: quæ forte longe magis, quam Vesicantia, et ad febrem & ad putredinem, & ad totam huiusmodi curationem sunt accommodata. Sed iam ab euacuatione ad alterationem transeamus.

CAPVT VIII.

Pro putridi coctione motum alterationis omnem esse necessarium.

QVÆ *de euacuantibus medicamentis, in principio, & augumento febris necessario usurpãdis iam dicta sũt, liquido ostendunt in Pestiferis febribus, atque alijs omnibus ex humorum putredine obortis, pro concoctione perficienda quietem non esse opportunam, quinimo contra potius ipsã motionem*

motionem eſſe neceſſariam. Id quod de motu alterationis etiam me facturum ſpero. Itaq; cum alteratio, & primas, & ſecundas qualitates reſpiciat, in utriſq; motionem pro coctione conſequenda in uſu haberi ſequentia declarant. Nam quod ad primas pertinet, humorem frigidum calidis auxilijs, ſiccum uero humectantibus expulſioni paratiorem reddemus. Calidum uero, aut humidum nũquam refrigerabimus, aut exiccabimus, ut expulſioni aptiorem conſtituamus: pugnant .n. maxime hae duae qualitatum differentiae expulſioni, quae prompte, admodum, et facile ſuccedere debeat. Idcirco ſi aliquando calidos humores, et humidos refrigeramus, uel exſicamus, id non expulſionis ergo, ſed in alium finem ab hoc longe diuerſum dirigimus, de quo non eſt, quod in praſentia plura dicamus. Itaq; ex primis qualitatibus ſola caliditas, & humiditas, primo & per ſe humores ad excretionem parare ſolet. Dixi primo & per ſe. Etenim non ignoro, quandoq; ex potu frigida validas ſubſeq; excretiones, non à frigido ut frigidum eſt, ſed magis

ob calidi innati supra putrescentes humores victoriam. De secundis autem est dubitatio vtrum coctio quæ secundas respicit qualitates, attenuantibus, incidentibus, & abster gentibus tantum, an potius aliquando etiam incrassantibus procedere debeat. Nihilominus hoc tempore cuncta huius difficultatis argumenta, & loca in medium proferre nolo. Illud tantum mihi dixisse sufficiat, humores, qui ad expulsionem in secundis istis qualitatib⁹ præparantur, maiori ex parte me dicamenta calefacientia, attenuantia, aperientia, & vt vno verbo dicam, de obstruentia requirere. Etenim vbi tenues extiterint, eos quamprimum sine vlla præcedenti præparatione esse euacuandos, docuit Gale. & lib: quos & quando purgare oportet, & prima ac secunda aphor. & in lib. de humoribus, qui apertissimis verbis scribit, in calidis & tenuibus humoribus, nullam omnino coctionem esse expectandam, sed tantū in frigidis, crassis, & lentis, quos docet esse de obstruentibus, calidis scilicet, & attenuantibus tractandos. Non inficior tamen, id verum

Tex. 9.
Tex. 24.
Cap. 2.

rum

rum esse, quod ab Aristotele primum proditum est, coctionem procedere incrassando, & ab Auic. demonstratum, tenues humores, vt facilius educi possint, ad substantiæ mediocritates esse reducendos, propterea aliqua ex parte incrassandos. Verum, talem incrassationem naturæ, (vbi humores in uenis fuerint) non autem arti commitendã esse reor. Qui enim humores in venis existentes incraßare voluerit, is sane & obstructiones viscerum, & totius cutis, ex consequenti febrem non leuiter augere poterit; Addo, talem humorum incrassationem in tenuibus serosis minime esse expectandam; Aqua .n. & aquæ species, (quale est serũ & vrina) nunquam aut arte, aut natura incrassari poterunt. Vt iure à Gal. etiam in illo lib. de constitutione artis scriptum sit, tenues humores & serosos quamprimum esse euacuandos. Itaq; cum isti nulla aut artis, aut naturæ operaĩcrassari possint, cæteri uero tenues, qui non sunt aquæ species, si incrassentur, dũ in uenis fuerint, maxima inferant pericula, hac ratione præparatio ad expulsionem nunquam

quam debet incrassantibus, sed tantum atte nuantibus à medico tentari. Dixi autem si materia in venis fuerit. Quia vbi in Thoracem ventriculum intestina aut aliam partem importune subtilis descendat, hæc sine vllo periculo semper incrassari poterit. Ex his igitur iam satis firmatum esse puto, duas coctionis species, quæ ad expulsionem humorum sunt præparatoriæ, motum in se continere: Cum per calorifica, attenuantia, abstergentia & per incidentia procedant, quæ non motum tantum alterationis, sed etiam localem complectitur. Etenim, humores, qui in visceribus, & angustis venis subsident, & quiescunt, ita agitare, fundere, colliquare, & ita ex illis locis mouere, ac deturbare oportet, vt subindè facilius, vel ab arte, vel à natura extrudi possint; quandò si ibi iaceant, vel nunquàm, vel difficillimo saltem negotio extra corpus educantur. Quod si dicat Mass. saltem tertiam coctionis speciem, quæ est substantiæ humoris putrescentis, in substantiam quandam naturæ magis obedientem transmutatio, à calido inna-

to fieri, & hanc quiete perfici; Id sanè verissimum esse dico, & à Galen. varijs in locis confirmatum, sed hoc saltem quod nunc demonstraui mihi concedat Maßar. ante tempus status, & ratione insignis putredinis, & turgentia, & venenata qualitatis, euacuationes; ratione autem frigiditatis, lentoris, ac visciditatis, calefacientia, attenuantia, & incidentia, ex consequenti omnia mouentia esse necessaria; Ego enim sibi quoq; in statu coctionem hanc quiete perficiendam pro parte concedam, qui reuera Vesicantium reuulsionem eo tempore non amplius multifacio, etsi illam ab Hipp. aut Gal. minime excludi existimem, vt sequenti capite demonstrabo.

CAPVT IX.

Locus Hippocr. quarto acut. explicatur, & Vesicantia minime ab eo comprehendi posse ostenditur.

L*OCVS à Maß. contra nos ex quarto acut. de quiete pro coctione perficienda*

da productus, magni ſanè momenti eſſe videtur, multis tamen nominibus nihil concludere poſſe conuincitur.

306

Primum quidem Hippocratem ibi non de putridorum ſed potius de crudi ſucci forte etiam alimenti coctione verba facere eius & Galeni verba declarant inquit enim Hippoc. Febriſq́; citra tùm ſudores, tùm iudicationem in longum protrahetur tempus. At vero in longum tempus protractio, eorum qui ex frigidis ſuccis ortum ducunt morborum propria eſt. Confirmatur autem quia idem Hippo. paulo poſt has febres ex cruditate abſceſſus facere ſcribit, qui tertio prognoſt. tex. xxiij. *concors iſtis iam declaratis in frigidis humoribus coctionem, & abſceſſus, in calidis autē excretionem abſq́; alia coctione expectandā eſſe docet. Galenum vero hac de alimenti coctione eſſe intelligenda eius verba ſignificant quæ hæc ſunt.*

Cum facultates, vt ſcis, ſint quatuor, atq́; inter eas non minime valeat alteratrix, per quam diſpenſatis ab ea corporibus natura alimentum aſsimilat, coctio nuncupatur mu- 4. acut. 44.

,, *tritura substantia permutato secũdum qua-*
,, *litatem existens; Natura igitur assumpto in*
,, *ventrem alimento à cæteris quidem motio-*
,, *nibus cessare debet, vt soli, quod coquendis*
,, *deputatum sit, operi vacet &c. Quæ verba manifeste declarant, de alimenti coctione verba fieri. Hoc tamen concesso, ea de omni humore putrido esse intelligenda, quid inde? putamus ne propterea Hippocratem, & Galenum omnia mouentium genera ab hac coctione ablegasse? non puto; Etenim iam superius ostendi Galenum xi.meth. & euacuãtia pro multitudine & attenuantia, incidentia, abstergentia, pro aperiendis obstructionibus vsum esse: Qui ne quispiam existimaret hæc in principio tantum administrari debere, aperte docet statim mouentibus, & per vrinas, & per sudores intrinsecus & extrinsecus vtendum. De internis enim sic scri-*
,, *bit: Vbi autem quæ obstruunt detersa disse-*
,, *ctaq; fuerint, ea per aluum vrinas, & sudo-*
,, *res euacuare tentandum. De externis ve-*
,, *ro hæc habet sanè totum corpus priusquam*
,, *id vacuaris, rarefacere non expedit: vbi va-*

xi.meth. cap.ix.

cuatum

cuatum est, vtiq; licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus insit, rarefacias: cuiusmodi est quod ex chamemelo conficitur. Neque vero id tantum in declinatione faciendũ esse voluit Gal. sed eo tempore, quo adhuc febris ita urget, ut quando ex uehementissimis fuerit, hoc remedium prohibere possit, ne febris augeatur: ita enim habet Gal. Cæterum ubi febris obstat sicut in continentibus nec uino est utendum, nec lauacro, nec ijs quæ habitum rarefaciant unctionibus. Itaq; si febris magnitudo haec prohibet, sanè unicuiq; constat, ea non declinante tantum morbo (quo tempore iam febrilis calor euanuit) sed in augumento, & statu ad liberam efficiendã corporis perspirationem esse administranda. Porrò quia febris materiam non tantum in uenis communibus, quantum etiam in determinatis contineri cum Mass. libenter ex Hippocr. & Galeno accipio; idcirco non modo haec mouentia in continentibus, sed & in illis, quae materiam habent circa uiscera impectam, nullo perturbandae coctionis periculo adhiberi posse, eorum authoritate demonstro.

307

monstro. Hippocr. igitur quarto illo acut. quanquam pro coctione perficienda quietem
Tex. 11. *imperasset, nihilominus hac paulo post subiungit. Hypocondrium autem lini semine illines &c. Gal. in com. aperte docet medicamentum hoc ad molliendum; & per halitum digerendum ad Hippo. apponi. At quæ digerunt, mouent, Gal. verba haec sunt:*
» *Mollit lini semen, nec manifeste calefacit:*
» *quæ maxime expostulat phlegmone omnis.*
» *Postea subdit. Cuius potissimum esse debent,*
» *vt demonstrauimus, quæ & maturant, & p*
» *habitum digerunt. Possem sanè alia plurima horum scriptorum loca colligere, ex quibus aperte constat, in materia circa viscera quiescente, potissimum tempore coctionis motum medicamentorum esse necessarium. Etenim cum magna inflammationum circa viscera existentium pars potius ressoluatur quā in pus conuertatur, cui quaso non constat has omnes flatus tempore potissimum mouētibus medicamentis loco inflammato adhibitis indigere? vt hac ratione sit vnum medicorum opinio, in inflāmationib⁹, circa initia reprimentib⁹*

primentibus, circa augumenta ijs, sed mixtis discutientibus, in statu vero magis discutientibus, in declinatione autem solis digerentib⁹ vtendum esse. Hinc fomenta calida, vnctiones animalia exēterata, omenta, pulmones calidi, cucurbitulæ, Sinapismiq; in omni inflammatione hoc tempore parti inflammatæ utiliter vsurpantur. Quod si quis dicat in principio saltem haec non connenire. Ego sanè parti affectæ ea minime conuenire libēter concedam; opposita vero ad fluentium reuulsionem maxime consentanea constituam. Idcirco Hippocr. eo loci quanquam quietem imperet à principio tamen pro reuulsione clysterem admittit. Quod si rursum quis obijciat in statu Vesicantia hac nostra pro reuulsione vt nos facimus nihil amplius præstare, sed tantum obesse: hoc quoq; nos concedimus, qui reuera Vesicantia pro reuulsione hoc tempore nunquam apponenda esse volumus. Quod si contingat ea adhuc adaperta esse, tunc mitioribus medicamentis tractata, nihil plus quam vnctio calefaciens, aut frictio, vel aliud digerens medicamentum

tum (quod ex Galeno in statu conuenire ostendimus) praestare poterunt. Si ergo sudorifica, & diuretica concedūtur, neq; Vesicantia ob iam dictam caussam excludētur. Sed quid tot verbis vtor, aut tandiu laboro? quietis nomine, Hippocr. solam à purgante medicamento vacationem significare, ostendūt eius verba quae haec sunt. Sed medicamenta purgantia non admouebis, nempe si ventrem moueris, vrina non maturabitur. Haec ex se clarissima à Galeno tamen in com. manifestiora redduntur qui sic scribit.

Quod si haec coctioni humorum conferant, purgationes contrariae existunt: nempe corpus vehementer mouentes frangunt: tali siquidem virtute praedita sunt omnia quae purgant medicamenta. Haec est ergo caussa cur purgationes cōcoctionib⁹ aduersentur.

Quae aperte declarant coctionem nō ab omnibus auxilijs, sed à purgantibus tantū medicamentis impediri.

Caput

CAPVT X.

Proponitur solutio quorundam rationum superius propositarum.

CVM iam pro euertendo Maß. præcipuo argumento, hoc nobis fundamentum acceptum, & comprobatum sit, in perniciosis morbis, quales sunt pestiferi humorũ coctionem expectari non posse: superest modo, vt rationem contra hoc superius adductam dißoluamus, quando dicebat Maß. ex Gal. sententia, nullum morbum absq; coctione suum finem consequi; quinimmo, hac sublata coctione, quæ est naturæ supra caussã morbificã victoria, nullum vnquam sanari, neq; .n. naturã absq; victoria victoriam consequi posse. Hæc sanè pulchrè admodum, & egregiè à Maß. sunt proposita; quæ tamen nostrum fundamentum non euertunt, qui arbitramur (quod etiam inferius abunde demonstrabimus) in solis benignis, quanquam magnis morbis, non in perniciosis, & pestiferis hanc coctionem expectari. Huius

Cap. iiij. *rei testem adduco Gal. in illo tertio de crisibus per multa loca, vbi præstantissime ostendit, crisim in morbis futuram nunquam ex more, idest non ex malignitate esse petendã, sed ex idea, duntaxat magnitudine, ac motu. Itaq; morbum magnum coctionem habiturum, probabile ne dicã necessarium est, malignum vero, & perniciosum non item. Magnum autem morbum non semper coctionem expectare significauit Gal. in illo tertio de crisibus cap. vi. qui hæc habet.*

» *Si vero vel propter morbi magnitudinem,*
» *vel motus celeritatem, vel aliud irritamen-*
» *tum ante statum crisis venire cogatur, &c.*

De pestilenti vero seu exitiali, idipsum scri-
» *bit eodem libro capite x. qui inquit: Sit rur*
» *sus vere cognitum quòd morbus sit exitialis,*
» *& non multa virium prostratio: primum*
» *ex hoc constat mortem non esse propinquam:*
» *deinde inquirendum est, si possit fieri crisis:*
» *Qui postea subiungit: Si enim virius robu-*
» *sta fuerit & morbus velociter moueatur, et*
» *aliquod signum coctionis affuerit, non extra*
» *rationem est quod natura tentabit crisim.*

 Per

Per hæc verba Gal. apertè ostendit, in perniciosis morbis etiam sine illa coctione, quae est naturæ suprema victoria, posse tamen crisim fieri, cùm non omnia neq; plura, sed aliqua tantùm coctionis signa proponat, qualia etiam in augumento apparere solent; & Paulo post subiungit morbum virtute superiorem esse. Cæterùm quia potuisset quis existimare morbo existente natura superiore crisim vllã subsequi minimè posse, sed horum statum deploratum iam esse, soloq; prognostico tales esse relinquendos. Hanc sententiam Gal. his verbis à me nunc adducendis optimè refellit, qui sic scribit. Quod autem, si morbus sit fortior virtute, non necessario virtus ipsa sit debilis, nos alio ostendimus libro, &c. Hæc sanè verba præclarè ostendunt, crisim etiam sine coctione illa à Mass. expetita fieri posse, posteaquàm à Gal. ideo proferuntur, vt tacitæ obiectioni satisfaceret, qua nempe ratione crisis superante morbo fiat. Id .n. fieri docet, quando simul cum hac morbi victoria, uirium tamen constantia reperiatur. Quod siquis à me petat, qua nam ratione hu

mor possit simul & semel naturam superare, & ab ea uicissim superari, dico uirtutem ad caussam morbificam collatam duplicem esse, aut enim est concoquens, quæ humorem in materiam puri similem conuertit, aut expultrix cuius munus est noxium quoduis quamprimum extra corpus eijcere. Itaq; fieri omnino potest uirtutem, quo ad facultatem, concoquentem esse morbo inferiorem; quo uero ad expulsionē superiorem. Hincq; in morbo etiam pernicioso, sine manifesta, imo uero obscurissima tantum coctione etiā crisim fieri non tamen absolutam, & perfectam, sed talem, quæ ut docuit Gal. eodem li. morbum ad meliorem conditionem inclinare faciat. Neq; uero hæc responsio ulla ratione absurda uideri debet; Etenim omnis materia uenefica superior est facultate concoquēte, plerunq; tamen ab expultrice conuincitur. Quibus sic explicatis, iam patet locorū Gal. conciliatio, & inconuenientis à Mass. adducti solutio. Cum enim inquit Galenum lib. de const. artis asserere morbum non prius dissolui posse, quam in excrementis si-

gna coctionis appareant: respondeo, coctionis nomine Gal. non tantum perfectam quantum etiam imperfectam intelligere. Addo morborum nomine (si coctionem perfectam audire velimus) benignos, non autem perniciosos exprimi. Deniq; dico, solutionis nomen dupliciter accipi posse, aut pro integra, et perfecta morbi sublatione confertim, et subito facta aut pro mutatione ad melius, vt docuit Gal. in illo 3. de cris. Si itaq; accipiatur solutio, pro integra morbi ablatione, profecto coctio etiam absolutissima requiritur; ad aliam vero solutionem, quae ē in melius commutatio, perfecta hac coctio minime est necessaria. Sed de hac re plura inferius. Nunc autem ex iam dictis liquido constat, inconueniens à Mass. productum, dicente, nullum absq. coctione sanari posse, nihil concludere. Etenim excepta hac excellenti, quae in pestiferis continetur, putredine, caeteras concoqui putamus. Itaq. & ī semi putredine, quia haec ad benignum reducitur, & in perfecta putredine, sed non venefica, quia ad materiam puri similem vertitur, plurimi seruantur: In

Cap. 18.

311

Cap. 7.

putre-

putredine autem venenositati coniuncta, paucissimi, illiq; non coctione, sed praui humoris expulsione, aut ad ignobiliora loca permutatione, vt fusius infra declarabo.

CAPVT XI.

Refelluntur aliæ quædam Maſſ. obiectiones contra noſtras reſponſiones ad argumentum de coctione ab ipſo productum.

MAGNAM profecto oſtendit Maſſ. omnia noſtra euertendi cupiditatem, qui etiam veritati (cuius tamen eſt amantiſſimus) non pepercit, audiamus, quæſo, quid ille dicat: In eo argumento, quo ego à minori ad maius infero: In quocunq; morbo non venenato, poſtulante neceſſitate, ligatura, frictiones, balnea conueniunt, ergo Veſicãtia in Peſtiferis: ipſe vtitur hoc argumento in contrario ſenſu, cuius abſurditatem cupio ab omnibus animaduerti: inquit, in nulla febre, ante coctionem neq. frictionibus nec balneis vti licet, etiam ſi neceſſitas poſtulet, ergo.

Quid

Quid dicis, quæso, vir Excellentissime? nulla necessitas potest nos cogere, vt in crudo morbo frictionibus, balneis, aliisq. id genus reuulsionibus vtamur? At si hoc verum est, cur igitur in phrenitide, in lethargo, in febriũ, uigiliis, in doloribꝰ capitis, in angore vẽtriculi, insuper purgationibus Gal. ipse imo vero tota medicorum schola, tam frequenter ad hæc omnia confugit? An forte putas hæc non vrgere? aut si vrgeant, hæc reuulsoria non requirere? quod si requirant, cur ergo absolute protulisti, nullam ante coctum morbum ad horum usum necessitatem nos impellere posse? Sed ad aliam refutationem transeo, Apparentibus bubonibus, aut carbunculis in peste, dicimus nos ab omnibus & vesicantia, & reliqua attrahentia validiora administrari, ergo & in febre pestifera hæc ipsa vesicantia concedi debere: Negat ipse antecedens, & consequentiam: Antecedentis autem negationem ex Gal. desumpsisse profitetur. Gal. sane in curando carbunculo non pestilenti, facta venæ sectione, quædam adhibet, quæ moderate reprimant id quod

Primo ad Glauc. xiv.

xiv. meth. cap. x.

omnes quoq; tam antiquiores, quam recentiores medici faciunt, sed cum uideant multum distare ara lupinis, carbunculum pestilentē à non pestilenti, idcirco, in pestilenti omnia attrahentia ualidiora apponunt: à quibus Mass. non dissentire postea ostendam. Quod uero ad consequentiam pertinet, iam superius demonstraui, ualere hanc consequētiā à peste ad pestiferas, propterea hac in re longior non ero. Cum uero in turgidis, coctionem non expectari dicebam, neque propterea in pestiferis, Antecedens hoc nostrum imo communissimum ille reicit ostendens ex Gal. etiā turgidos humores coctionem exquirere, Gal. locus est pri. aphor. 24. vbi scribit. Verum in morbis acutis circa principia statim, uel circa primum diem, vel saltem non ultra secundum, si sumus usuri purgantibus medicamentis, quando turgent non datur facultas ista praeparandi, nisi quis forte corripiat occasionem propinādi melicratum, in quo in coctum sit aliquid hyssopi, uel origani, uel tragorigani, uel Thymi, vel pulegii uel quid eiusmodi, quod habeat uim extenuādi.

di. Et xi.meth.videtur in hunc eundem sen sum hæc scribere. Vbi autem, quæ obstruunt, ,, dissecta, detersaq; fuerint, per aluum vrinā, ,, & sudores euacuare tentandum. Cæterum ,, ijs locis non obstantibus argumenti nostri antecedens veritatem continet; neq; Gal. in illa prima aphor. omnem materiam turgentem esse attenuantibus tractandam scribit, neq; xi. meth. hæc deobstruentia, euacuationes semper præcedere voluit: Quod si origanum, tragorianum thimum, vel pulegium, siuè qd huiusmodi quod proponit, humores extenuare possit, nulla alia sanè, ratione id facit, nisi quia cognouit ad euacuationem putridi humoris fœliciter instituendam, non modo necessariā esse illius turgentiam, aut summam putredinem sed et viarum præparationem. Vbi enim viæ, per quas transiturus est humor, fuerint occlusæ, & impeditæ, quis quæso ignorat suppositā quacunq; humoris in venis contenti turgentia, putredine aut etiam coctione, illum tamen non posse expurgari, nisi primū viæ pateant, & ab humoribus obstruentibus liberentur? In hunc itaq; tantum finem etiam

in illo xi meth. Gl. ante putridorum expurgationem dissecanda, & detergenda, quæ obstruunt contulit, ad præparandas inquam, expurgationi, uias, nō autem ad putrescentium concoctionem semper necessario efficiendam: sed quando hæc pro diluenda priore Massar. præcipua ratione satis esse puto, iam ad secundam me conferam.

CAPVT XII.
An Vesicantia naturæ motus impedire possint.

D*VBITATIO in proximis ante hoc capitibus exagitata, à Massaria tamquam omnium aliarum fortissima selecta, egregia sanè fuit: sed quæ subsequitur maioris adhuc momenti esse videtur; vtpote quæ multas subse speculationes contineat, ad artem ipsam medicam summopere conferentes, & talis est. In pestiferis si Vesicantia administrentur, ea necessario vtiles naturæ motiones impedire; eo quia humores in vnum tantum locum in cutem scilicet ducant, naturam*

turam vero certum est ad varias partes à cute & artubus longe diuersas propensionem habere: nares videlicet, os ventriculi, rectum intestinum, Renes, vesicam, vterũ hemorrhoides, & glandulas, quas omnes partes & à cute longe distare, & vtiliter, ac frequenter morbos soluere, nemini est ignotum. Itaq; Vesicantia quæ perpetuo in vnicam partem educunt, & naturam quæ optime humores excernendos, loca opportuna, & tempora nouit, ab hisce vtilibus excretionibus impediũt, consequenter loco salutis necem ægrotantibus inferre possunt, ex toto veniunt refutanda. Hæc est Maß. ratio, apud ipsum sanè efficacissima; apud me tamen nullius valoris, aut efficaciæ, vt in superioris anni disputatione demonstratum est. Quibus tamen refutationibus cum videam Massariam minime aquieuisse, imo vero singulis responsionibus, singulas quoq; nouas obiectiones excogitasse, idcirco nunc omnia nobis iterum sunt diligentius examinanda, ac reprobanda. Audiamus igitur primum quid ille singillatim contra nostras solutiones protulerit. Cum itaq;

 dixis-

dixissemus, naturam, quando talem tentauerit in cutem excretionem, esse adiuuandã, q̃à materiam per locum conuenientissimũ, & eam quidem veneficam transmittit: Ille hoc nostrum suppositum falsum eße inquit: eo q̃d natura non semper vtiliter; sed plerunq; exitialiter has efficiat excretiones: Idcirco illam tunc tantum quando bene agat, non autem quando improbe adiuuandã esse aßerit. Addit praterea, hoc etiam concesso, illã ad cutem mittentem semper bene agere, non tamen ex hoc seq; Vesic. illi auxiliũ afferre posse: eo q̃d multo diuersi sint artus, ad quos ducunt Vesic., à cute, ad q̃ impellit natura. Et, cum addebamus, cutaneas excretiones etiam non tentatas, esse vesicantibus excitandas; eò quod cutis, omnium nostri corporis partium ignobilissima sit, & ad excrementa suscipienda valde accommodata. hanc quoq; partem reffellit Maß. qui inquit, plura alia prater cutem reperiri expulsionis loca, & per ea ipsa non rarò vtiles fieri excretiones. Postea verò subiungit frustra, & inutiliter medicum natura ministrum, velle per cutem hu-

mores

mores ducere, et vim aliquam illi inferre, cum ab eius proposito & locus, & euacuanda, materia sint aliena. Hac igitur nostra respõsine sic reiecta, ad alia se cõuertit, quãdo dicebamus Vesicantia non posse alios naturæ motus impedire, eo quod necessarium sit ea quæ cæteras motiones & fluxiones reuellãt, magnam euacuationem efficere, Vesicantibus minime connexam. Reiicit igitur. Mass. hanc quoq; nostram responsionem, qui inquit primo Vesicantium euacuationes quandoq; copiosissimas et abundantissimas conspici; deinde vero addit falsum omnino esse, copiosas tantum euacuationes magnam reuulsionem fficere, frictiones enim balneum cucurbitulas, ligatuasq; reuulsionem nullam efflatu dignam, esse præstaturas; cum tamen experientia doceat, & Gal. doctrina confirmet, has, inter obscuras minime esse reponendas. Ad id uero quod vlterius dicebamus, Vesicantia non minus quam sanguinis missionem, aut purgationem à principio tentata, posse ipsi naturæ subleuamentum afferre, ut, quod residuum est, facilius concoquat, & expellat; primum

mum

mum quidem ille hanc comparationem improbat, qui inquit, Vesicantia id, quod vena sectio, aut purgatio efficit, minime praestare posse, deinde vero subdit, haec quoq; multa mala & pericula afferre propter quae nec in principio, neq. alio tempore conueniant. Hac igitur est Mass. ratio, et quae, pro ea tuenda contra nos adducit: quae à nobis diligenter in sequentibus veniunt expendenda.

CAPVT. XIII.

Proponitur ordo tractandi hoc argumentum, & eiusdem impugnatio incipit.

IN tractando hoc secundo Mass. argumento, haec omnia me demonstraturum profiteor: Primum quidem Vesicantia absolute considerata nullam omnino excretionem aut incipientem, aut iminentem, vel indeterminatam ita impedire, vt vlla, agrotanti, noxa succedat: Deinde vero hoc etiam concesso quod impediant, id non in statu & tempore coctionis, sed in principio fieri. neq; omnes, sed inutiles

ciles duntaxat prohiberi. His sic explicatis, amplam sanè, & facilem mihi viam paraue ro, qua singulas Mass. obiectiones funditus eruere possim, in quib' non minus quam Alcides in expugnandis singulis hydræ capitib', ego quoq; ita versabor, vt nouã amplius ceruicem exurgere minime permittam. Antequam verò primum à me iam propositum aggrediar, libenter à Mass. intelligerem num quid cucurbitulæ scarificatæ, aut non scarificatæ, scarificationesue (vt hoc tempore cætera reuulsionum genera prætermittam frictiones, ligaturas &c. quæ Mass. in febribus nunquam videtur admittere:) possint naturae motus probibere, vel ne; nam si prohibeant, cur Mass. illis vtitur? quod si non impediant, cur ergo Vesicantia uetabunt? una est oĩum ratio, una quoq; debet esse conditio, uel oĩa reijciantur, uel omnia admittantur: sed scarificationes, & cucurbitulae à Mass: concedantur ergo, et Vesic. concedi debent. Verum ad potiora transeamus: Si Vesicãtia naturae motiones impediunt, aut prohibent incipientes, aut imminentes. vel indiferentes,

tes,

315

tes: praeterea aut prohibent eas, quae in statu, aut potius eas quae in principio fieri solent: sed sic est, quod neq; incipientes, neq. imminentes neq. indeterminatas, neq. eas, quae in statu fiunt, vetare possunt, ergo nullã, quae sit vtilis prohibebunt. Quod non incipientem, quia si illam vtilem esse cognouerimus, quis est in arte medica tam rudis, aut stupidus, qui excretionem à natura utiliter sed imperfecte tentatam, non statim, perficere studeat. Sic enim sanguinem ex naribus incohantem scalptu, setis porcinis, lotione capitis, ut fecit Hipp. adiuuamus; vomitumq́; incipientem vomitorio, alui deiectionem, clysteri, et medicamento, urinas autem diureticis prouocamus. Itaq. in hoc casu Vesicantia nihil damni afferre poterunt; nisi forte dicat Mass. tantam esse Vesicantium uim, ut etiam artis remedia obtundant, quod tamen cum illum animo concepturum minime putem uideamus modo nunquid imminẽtem prohibere posint. At uero, non dissimilem, existimo, esse, imminentis ab incipiente, rationem: Etenim imminentem euacuatio-

nem, signa satis conspicua illam iampridem futuram demonstrantia praecedent: sanguinem quidem ex naribus fluxurum, oculorũ rubedo, lacrymæ inuoluntariæ, spectra rubiũda ob oculos versantia ac pruritus in narib⁹: Vomitum autem, morsus oris ventriculi tremor labij, tenebricosa vertigo. Alui fluorẽ, tormina, rugitus, intestinorum, dolores, atq; alia id genus: Ex quibus non obscurè constat, quæ nam sit naturæ ad hunc vel illum locum propensio, consequenter quid pro ea iuuanda medicus præstare possit. Quod si naturam adhuc indifferentem esse contingat, nullumq; sibi determinatum locum elegisse constet, in eo casu neminem existimo dicturum, remedia, quæ in cutem deducant esse periculosa; cum iam luce clarius demonstratum sit, cutẽ non modo ex partibus imbecillibus vnam, verum omnium imbecilliorem esse. Et ideo si natura adhuc indeterminata existẽte vllum expulsioni locum aperire licet, profecto cutis, præ cæteris omnibus eligi debebit: quamuis ego non solam cutem aperiendam, vel solo Vesicatorio irritandam, sed pro morbi specie ma-

gnitudine motu, ac more remedia vel plura, vel pauciora, vel maiora, vel minora accipiẽda esse existimem.

CAPVT XIV.

Quod Vesicantia, dato quod naturæ motiones impediant, attamen in statu id efficere non possint.

P*RÆSENTIS capitis demonstratio, ad duo maxime præcipua conducit, quæ Maß. placitis & obiectionibus sunt aduersa. Etenim si primo demonstrauerimus, Vesicantia in statu morbi nullum omnino naturæ impedimentum inferre, sed in principio tantum; (si tamen in principio vt ego censeo, adhibeantur) statim constabit (Massaria iudice) hæc non esse improbanda, eo quod, in statu tantum criticæ excretiones fiant, in principio autem symptomaticæ, ille vero existimet Symptomaticas omnes esse retrahendas, coctionis autem tempore factas adiuuandas. Inseruiet quoq; hæc demonstratio declarationi illius nostri argumenti à Massaria reiecti,*

no dicebamus, Vesicantia non posse naturæ notiones impedire, eo quia necessum sit, ea, quæ tam validam reuulsionem faciant, euacuationes etiam copiosissimas continere. Itaq; rem aggredior, quæ tota in his quatuor à me explicandis continetur; natura principij, & augumenti febr. Pest. cognitione facultatis Vesicantium circa hoc tempus: cognitione naturæ status, ac deniq; notitia facultatis Vesicantium tempore status.

Quod igitur ad primum pertinet, natura principij morbi pestiferi est hæc, vt omnia quamprimum habeat horrẽdissima, nullaq; sit pars præcipua, quae ab huiusmodi veneno humore iniuriam aliquam perpeti non possit: hinc statim vigiliae, deliria, comata, difficultates spirandi, ac cœtera id genus similia, fluxionis humorum in principes partes apertissima argumenta; hinc quoq; crebrae circa haec tempora humorum commutationes; natura ad noxij expulsionem multas ob causas non vulgariter, sed singulari quoddam modo irritata: Hinc deniq; furiosae & venenatae materiae vndiq; clarissima argumenta.

ne, aut calore agunt, quia sublata iam fuit vsq; ab initio materia vesicat. venefica: sed neq; dolore quia nihil est quod amplius irritet; vbi enim cessat reuellendi necessitas, prudens quisq; medicus, exulcerationem hanc sua natura superficialem, non sordidam, medicamento leni ita curabit, vt nullus amplius dolor excitetur; consequenter aut nulla reuulsio fiat, aut ea quidem fere insensibili, vtpote qua non ob aliam vim quam ob euacuationem ex ulcere prodeuntem, succedentibus sibi inuicem humoribus, & expellentibus semper partibus robustioribus ad infirmiores fieri soleat.

His sic declaratis, iam qua declaranda proposui vnicuiq; patere poterunt, Vesicantia in principio ob calorem, dolorem, & vacuum reuellere, propterea importunas fluxiones ad interna viscera factas prohibere, permutationesq; ad externas partes adiuuare: Ad quod si ipsa sponte sua non valeant (cum XX. saltem horis in parte detineantur) ab alys vlceri impositis medicamentis quandiu fluxionis occasio expostulare videbitur, aut

diaqui-

diaquilone simplici, aut composito, solo vel mixto cum sacro, aut cerines, operis perfectionem suscipe poterunt. Itaq; hanc ob caussam Vesicantia in principio cum necessitas vrget, fluxionem vitiosam reuellunt, vtilem adiuuant, & eo ipso tempore efficaciter agunt.

In statu autem, improba fluxione iam cessante, à Vesicantibus quoq; calore, & dolore sublato, omnis ferme reuellendi facultas tollitur: Etenim quamuis nescio quæ leuis euacuatio relinquatur, qualis ab vlcusculo tam breui, & angusto prodire potest, ea tamẽ uim reuulsoriam nullam amplius effatu dignã cõtinere possunt, quæ enim ex euacuatione debent reuellere, magnas euacuationes secũ afferre oportet. Quod cum reiiciat Mass: qui profert exempla frictionum, ligaturarũ, etc. id genus, quæ sine vlla euacuatione reuellunt: illius tamen reiectionem nihil contra nos concludere iam explicata demonstrant. Cum enim sciamus reuulsionem fieri aut ex vi vacui tantum, aut ex calore & dolore: de ea, quæ vim solam vacui sequitur, loquentes,

tes, diximus, (& nunc etiam repetimus) hanc in Vesicantibus sublato acri & omni attractorio medicamento infirmissimam esse, aliasque omnes ex vi vacui excitatas, similiter parum conferentes esse existimamus, quando exiles, et minimas excretiones contineant. Non tamen propterea reuulsiones, vi calorifica, & dolorosa excitatas reiecimus. Quod autem subiungit Vesicantium euacuationes esse copiosissimas & abundantissimas; certe nec ipsi Massariæ, nec sensui, aut experientiæ respondent. Non ipsi Mass: quia paucis interiectis uerbis hæc scribit: Quasi vero Vesicantia idem valeant. Quod certum est sectionem uenæ, & purgationem valere. Verum hæc inter se tantum differunt. Quantum uerò à falso. Qui igitur paulo ante copiosissimas et abundantissimas dixerat conspici Vesicantium euacuationes; nunc vt ostendat illa minime naturam propria euacuatione subleuare, statim egregiam illis euacuandi vim subtrahit; At si exilem tantum concedit; cur ergo paulo ante abundantissimas conspici affirmauit? aut si iterum abundantissimas asserit

rit cur ista quoq; patientem subleuare non p terunt? Hactenus igitur demonstraui Vesicantia naturæ euacuationes neq; iminentes; neq; incipientes impedire; multo minus indeterminatas; idq; non in statu sed potius in principio efficere. Sed ijs vtpote leuioribus praetermissis: ad solidiora fundamenta confugiamus.

CAPVT XV.

Examinatur Maff. argumentum de naturæ impedimento in febribus Pestiferis.

QVÆ hactenus à nobis dicta sunt, quanquam apud me magni momenti pro refellendo Maff. argumento: sunt tamen in collatione dicendorum leuiora: Etenim cum Vesicãtium facultatem in quacunq; etiam salutari, & benigna febre consideratam, naturæ motionibus minime aduersam esse ostenderimus; sanè quae nunc singillatim de Pestiferis dicenda sunt, multo maiorem efficaciam continebunt. Itaq; cum dicit Maff. Vesicantia naturae motiones impedire,

pedire, si de pestiferis febribus sit sermo, primum quidem nemo ignorat, obiectionem propositam in putridis tantùm pestilentibus, non autem in becticis locum habere : neq; enim ubi humores uitio carent, aliqua eorum expulsio est expectanda, In hoc igitur casu vesicantia tuto adhiberi possunt, vtpote quæ nullas naturæ motiones impediunt. Sed ad putridas rediens, hoc etiam concesso, hæc medicamenta aliquas naturæ motiones impedire, cum tamen ad expugnandam venenatã qualitatem, quæ totam ferè curationem ad se ipsam trahit, sint potissimum instituta, vtpote quæ caliditate, & substantiæ similitudine, per eam partem euacuare possint, de qua sola, tanquàm magis præcipua & necessariá verba fecit Gal. locis superius citatis propterea, quanquàm aliquam efficerent alterius euacuationis, quæ minus ægrotantem subleuare posset, reuulsionem, profectò in hoc indicationum ordine ab vrgenti desumpto, talia remedia necessaria erunt administrãda. Hæc autem, quamuis ipsa quoq; non spernenda, imo vero ad expugnandum hoc argumentũ,

 maximè

maximè accommodata, nolo pro eiusdem integra solutione sufficere; sed illam meam rationem examinare, de qua in superiore disputatione verba feci, cuius summa talis est: Quod vesicantia pro hac impedimenti suspitione, minimè sint fugienda, eo quia symptomaticas tantum & perniciosas excretiones prohibeant, salutares autem et utiles semper adiuuent; Hoc si luce clarius probauerimus, sanè existimo, nullum amplius vnquã dicturum vesicantia propter hanc caussam esse improbãda. Sed iam altius sumpto exordio rem ipsam agrediamur.

CAPVT XVI.

Quot sint euacuationum differentiæ, & quæ nam ex istis in principio morbi sint adiuuandæ, & quæ prohibendæ.

QVAMVIS excresionum, quæ in cunctis morbis contingere solent, aliæ fiant per cutem, vt sudores, maculae, tubercula, tumores maiores, atq; vlcera

varia

varia; aut per uenas hæmorrhoidum, vteri, & narium; aut per vesicam, et intestina, ut vrinae, & alui excrementa; aut deniq; per os, vt vomitus, & alia id genus, quae thoracem, & caput expurgant: nihilominus certum est in pestiferis excretiones in externas partes frequentissimas, per exanthemata, et tumores varios fieri; quae aliquando in glandulis, quandoq; in articulis, nonnunquā in uniuersa cute apparere solent. His uero succedunt quæ per fluxus sanguinis varios, præcipuè autem narium conspiciuntur, cum prioribus uero alui deiectiones conueniunt, ut pote quae saepissime eueniant; Nec forte minus frequenter vrinarum emissiones apparent. Deniq; omniū rarissime, uomitus succedere solent. Cum igitur hæc omnia in pestiferis contingant, vt videamus, nunquid vesicantia, eo quod tales prohibeant euacuationes sint improbanda, tempus vesicat. administrandi, excretionum vtilitas, aut pernicies veniunt indaganda. Et quòd ad vesicat. administrādi tempus pertinet, statuo illud principium aut augumentum esse debere. Quod

321

vero ad euacuationum circa hoc tempus apparentium vtilitatem, aut perniciem spectat, non est ita facile decernere. Etenim non ignoro multos reperiri qui motus omnes naturae ante coctionem, & statum factos, tanquam Symptomaticos oino impediendos censeant: Alij vero (quanquam forte pauci) illorum quosdam adiuuandos, alios vero impediendos esse existimant. Itaq; si omnes naturae motiones in principio & augumento factae sunt impediendae, ratio Mass. contra nos nihil concludit; nos.n. tempore cruditatis haec imponi volumus, & ideo quidquid prohibeant tanquàm Symptomaticum recte prohibebunt; Quod si quaedam tantum sint impedienda alia vero adiuuandae, nostrum erit demonstrare à Vesicant. vtiles tantum iuuari, inutiles prohiberi.

Quid igitur Mass. in hac re senserit vt ingenuè fatear, ego planè ignoro: Etenim in maiore illius sui libelli parte, nihil magis docere videtur, quam nullam omnino euacuationem tempore cruditatis, & principio morborum effectam, vtilem esse, imo vero

omnem

omnem pernitiosam, & lathalem; propterea naturæ motum tali cruditatis tempore tanquàm improbè effectum, esse omni ratione retrahendum, & prohibendum, aperte scribit; Quam rem tot Hippo. & Galeni locis confirmat, & totiens repetit, vt nihil magis liber ille sapere videatur, quam excretiones omnes, tempore cruditatis esse pernitiosas, coctionis autem omnes salutares. His tamen non obstantibus, idem eo ipso libro, aliam videtur tueri sententiam, qui sanguinis fluxiones ab hac propositione excludere videtur, hunc in modum scribētis. Tametsi memini me legisse celeberrimum quondam huius scholæ professorem, (innuit autem, vt arbitror, Trincauellium) à quo fortè Saxonia hanc doctrinam hausit contendentem motus naturae, neq; omnino Criticos, neq; omnino Symptomaticos à Medico iuuandos eße, pro se afferre exemplum Metonis, in quo fluente sanguine ex nare dextra sed parce, quanquam morbus sine dubio crudus esset, lotio capitis fuit adhibita, vt sanguis copiosius flueret. Post quæ subdit hæc verba: Quasi vero absurdū

Pag. 69.

sit

sit principio morbi vel natura vel arte sanguinem mittere. Ex quibus sanè liquidò constat, eum qui toties euacuationes omnes in crudo morbo factus impugnauerat, hoc in loco sanguinis fluxiones excipere; quas inqt, minimè absurdum esse à natura in principio morbi vtiliter euacuari. Ego vero, quia huius rei caussam probè non intelligo, & libenter à Maßaria, aut alio audire velim, quã-ob rem in omni morbo crudo sanguinis excretio vtilis, cæterae vero omnes ipso auctore sint inutiles, imo vero pernitiosae, idcirco rẽ hanc tamquàm apud me magni momenti, diligentius examinare decreui.

CAPVT XVII.

Vtrum omnis excretio sanguinis per loca conferentia in principiis morborum facta sit adiuuanda.

NON absq; ratione (quantum ego censeo) caussam, inquiro propter quam aut Maßaria, aut alius fortè eiusdem viri sectator existimauerint, omnes excretiones

in crudo morbo factas excepta sanguinis fluxione esse reprobandas. Ego enim nullum nedum demonstratiuam , sed neq; probabilem inuenio. Videtur quidem ratio ipsa persuare, vt si in febribus circa initia menses mulieribus appareant, aut assuetis, haemorrhoides aperiantur, hanc excretionem, tanquàm omnino vtilem esse & admittendam & adiuuandam : Neque vero ea sanguinis per nares excretio in principio est improbanda, quae purgationibus menstruis defficientibus in cuiuspiam acutissimi morbi initio appareat, nec promouendae consuetae per vterum excretionis spes adsit, aut tempus suppetat: Hanc igitur minimè prohibendam, sed potius promouendam arbitrarer. In quē sensum scripsit Hipp. Mēsibus deficientibus sanguis ex naribus fluens bonum. Sed istis casibus exceptis, omnem sanguinis ex naribus fluxionē à natura in morbo etiam crudo utiliter tentari, cæteras autem nequaquam, existimo omni ratione carere. Nam siquis dicat, eam per accommodatum sanè locum fieri; profectò non sunt minus accommodata expul

v. Aph. 33

sioni

ſioni loca, inteſtina, ueſica, adenes, cutis uniuerſa; cum tamen Maßaria exiſtimet has omnes in cruditate eſſe prohibendas. Minus dici poteſt hanc cœteris eße utiliorem, ob ſubſtantiam exeuntem, quandoquidem certum eſt ex Galeno, dari uarias quidem ſymptomaticas excretiones, nullam tamen, quae ſit toto genere praeter naturam, ſicuti eſt fluxus ſanguinis uarium. Si igitur hic eſt toto genere praeter naturam, quae eſt ratio, cur in cruditate ſit utilis, cœterae autem fluxiones minimè? Fortè dicet quiſpiam hanc eſſe utilem, quia in febribus talia purgantur, qualia oportet: Etenim in omnibus ſanguinem peccare: Sed hoc ſimiliter eſt falſum. Nam praeterquàm quod pro febrium uarietate modo hic, modo alter humor exuperat, accedit etiam, quod in peſtiferis ob ſummam putredinem, & à naturali ſtatu receſſum, ſanguis aut minime, aut corruptus ſaltem abundare ſolet; ut propterea sicuti Gale in tali caſu à Vena ſectione abhorret, & purgationem inſtituit, ratio etiam perſuadeat, ſpontaneas ſanguinis eruptiones nihil proficere. Non eſt ēt

Lib. de differentiis Sympt. cap. 6.

dicendum,

dicendum, hāc ideo ſemper eſſe vtilem, quia à natura in debita quantitate, non maiore, quæ vires deijciat, nec minore, quæ ſuperando morbo non ſufficiat educi ſoleat, quandoquidem nemo in arte medica mediocriter verſatus, non expertus eſt, circa morbi initia aliquando tales factas eſſe per nares ſanguinis eruptiones, vt quanquam validiſsimis auxiliis, compreſſæ fuerint: attamen patiētes, ad malos corporis habitus cachexias, et hydropes perducerēt. Fieri etiam plerūq; in minori portione, quam vt expugnādo morbo ſufficiant Gal. & Hippocr. loca, declarāt in quibus ſtillam ſanguinis ex naribus pernitioſam eſſe ſcribunt. Sed dicet quiſpiam, nullam ex iam à me propoſitis cauſsis locum habere, verum hanc vnam quod ſcilicet, ad alias quaſcunque excretiones utiliter obeundas, putridi à non putrido ſecretio sit neceſſaria, in ſanguinis autem miſsione, aut ſpontina euacuatione, minime requiratur. Quorum ſententiam tamquam omni ratione carentem, prorſus reijciendam eſſe iudico: Etenim, si ideo à principio purgatio non conue

Primo in primum prorhet. primo.

M nit,

nit, quod mixtis inuicem adhuc prauis, et ſanis humoribus, poſsint etiam inuicem boni, & mali extra corpus educi, nonne etiam ſanguis quicunque hoc tempore excretus, poterit noxium simul & utile euacuare? quod si ita fiat, cur ergo hanc excretionem ita confuſam in medicamento ueremur, in ſanguine autem minime? Neque enim exiſtimo quempiam dicturum naturam, aut artem hoc singulare in ſanguine euacuando minime uero in cæteris humoribus obtinere, ut ſcilicet in eo ſolo hanc boni à malo ſeparationem efficiat, & tantum quod prauum eſt excernat in cæteris non item: Nam si de arte loquamur, quam quæſo uim phlebotomo, aut alio simili inſtrumento adeſſe putabimus, q̃ hanc tam utilem ſecretionem pariat? Quod si naturae id tribuamus, cur ergo nouit natura dum ſanguis in principio educitur, utile retinere, inutile excernere, dũ autem cæteri humores purgantur, qui etiam electiue à medicamentis trahuntur, idipſum præſtare non poteſt? Itaq; nullam ſanguinis euacuationem, cæteris excretionibus hac in re eſſe

p̃ferendam,

referendam, mihi ipsi certo persuadeo: Imò verò, primo casu excepto, suppresionis scilicet mensium, & hemorhoidum, cæteras oẽs non minus Symptomaticas existimo, quam sit fluxus alui, aut alia consimilis excretiò. Quam quidem veritatem, tam apertis uerbis confirmauit Galen. ut maiore non egeat comprobatione. Sic enim scribit primo de crisi. Neq; unquàm usu contingit, quin bonum aliquod magnum ostendãt coctionis indicia. Sanguinis autem profluuia, & sudores & tumores, qui iuxta aures fiunt, & reliqui decubitus, si in tempore quidem fiant opportuno, prodeße poßunt, intempestiua aũt nihil iuuant. Ex quibus sanè verbis manifestioribus, quam vt noua egeant explicatione, in Gal. doctrina satis constat, vnam & eandem esse rationem, sudoris, tumorum va riorum, atq; aliarum excretionum, cum san guinis pfluuio: vt in coctione prosint, ĩ cruditate noceãt. Quae libenter docuisse volui, vt hanc veritatem maximi momenti, (quam ta men video, apud multos aliter intelligi) explicarem, & aperirem, sanguinis fluxum

Cap. vij.

ex naribus in cruditate non ſemper eſſe vtilem, conſequenter non ſemper adiuuandum. Dixi autem non ſemper, quia aliquando non modo ſanguinem ex naribus fluentem, ſed ẽt aliam quancunq; euacuationem in principijs morborum factam, adiuuari poſſe, & debere exiſtimo. Quam veritatem inferius vbi de tempore adminiſtrandi Veſicant. erit ſermo tam abunde (Deo fauente) ſum demonſtraturus, ut forte hac in parte nil amplius dubii relinqui poſſit. Pro nunc autem id libenter ſupponentes, ad concluſiones iam propoſitas confirmandas nosipſos conuertemus, uidelicet in peſtiferis quaſdam eſſe excretiones minime adiuuandas, quãquam imperfectæ fuerint, eo quod ſemper periculoſa, & exitiales eſſe ſoleant, contra vero alias dari ſemper ex propria natura utiles, ex conſequenti perpetuo addiuuandas: Denique vero veſicantia illis quidem inutilibus nullum omnino auxilium præſtare, imo vero potius retractionem aliquam efficere, utiles uero & promouere, et adiuuare. Cum itaque inutiles in peſtiferis ſtillam ſanguinis ex naribus, uomitum, & a-

lui

lui fluxum esse putem, cæteras autem per uterum, hemorrhoides, urinas, glandulas, artus, & uniuersam cutem utiles, consequenter illa potius prohiberi, has autem adiuuari posse comprobabo.

CAPVT XVIII.
Quod in Pestiferis stilla sanguinis ex naribus sit perniciosa.

SI qua est euacuatio, quæ à vesicantibus impedimentum aliquod recipere posit, ea profecto est sanguinis per nares excretio; quam ubi in pestiferis febribus semper prauam demonstrauerimus, statim etiam unicuiq; constabit, caussas omnes illam impedientes utilitatem potius, quam incommodum esse allaturas. Itaq; hac in re demonstranda: nunc uersabor: Illud autem ante omnia præsuppono uolo, quod aloquin nullam in se difficultatem continet in pestiferis febribus, ut pote malignissimis aliam sanguinis eruptionem non expectari quam stillam, à Galen. semper tamquam perniciosissimam reprobatam.

Tex. xxxv. *tam. Etenim super eo textu 3. in 3. epid: di*
,, *scribit Hipp. Nares pauca stillarunt; inquit:*
,, *hoc in comitibus est malignarum ardentium*
,, *febrium ut sanguinis eruptiones lenium, &*
,, *ut breuiter dicatur omnis de naribus stilla,*
,, *vt docuimus, prauum est signum. Quæ ver*
ba manifestò declarant, malignarum febriū
ad differentiam benignarum, stillam san-
guinis, non autem copiosam euacuationem
propriam esse, hancq; stillam inter praua si-
Tex. Lxxv. *gna communerari; id quod secundo in pri-*
,, *mum Epid. ijs verbis explicauerat. Stillas*
,, *se nares, quod perniciosum est signum cum in*
,, *alijs, tum maxime in febribus ardentibus,*
,, *ait. Nam ardentibus febribus hoc pernicio-*
,, *sissimum esse patet, siquidem eis est familia-*
,, *rissimum sanguinis eruptio. Et ideo Phili-*
3. in primum Epid. Tex. 18. *scus ab Hipp. relatus, qui stillam sanguinis*
habuit sexta die ad meridiem est defunctus.
Si igitur stilla sanguinis malignas febres con
sequitur, & semper prauum est ex signum:
pestiferæ autem febres sunt malignissimæ, ex
hoc statim sequitur, talem excretionem tan
quam improbam esse potius retrahendam,

quam

327

iuuandam. Et ideo Gal. primo ad Glauconem xv. non omnem ſanguinis ex naribus excretionem fouendam eſſe exiſtimat, ſed criticam tantum, & in ſalutaribus morbis contingentem, eam vero, quæ ſine coctionis ſignis in maligno morbo contigerit, potius prohibendam eſſe cenſet: Eius verba ſunt iſta:
" *In dolore autem capitis, qui ſanguinis fluxū,*
" *aut vomitum decretoriū ſignificat, non ſunt*
" *remedia querenda. Si in dolore capitis decretorium ſanguinis fluxum ſignificante remedia, quae talem ſanguinis in caput fluxionem prohibeant, non ſunt querenda, ergo ſequitur illum capitis dolorem, qui fluxum ſanguinis minime criticum ſignificat, imo verò Symptomaticum potius eſſe tollēdum quam permittēdum: criticus autem eſſe non poteſt, Galeno authore loco iam citato, vel ſi morbus perniciosus fuerit, vel etiam ſi in principio aut augumento morbi contingat; Sic enim ſcribit ſecundo loco ſi morbus ſit ad ſalutem*
" *decliuis: Quis enim bonam criſim in morbo*
" *perniciofo expectauerit? Tertio ad haec to-*
" *tius morbi tempus conſiderandum, si enim*

principij,

„ principij, vel augendi fuerit signum, nondũ „ autem ſtatus, neq; concoctionis signa apparue „ rint, non expectandum eſt bonam Crisim fie „ ri. Itaq; Gal. teſte loco iam citato in peſtife ris feb: circa initia ſtillam vel fluxum ſangui nis ex naribus has omnes ob cauſſas potius impedire, quam augere debemus, quando ta lis euacuatio, & per modum signi & cauſ- ſae, praua & pernicioſa fuerit exiſtimata. Propterea Nicolaus Maſſa Medicus Ve- netus experientiſſ: atq; doctiſs: in proprio ſuo „ de peſtiferis feb: libro haec habet fluxus etiã „ ſanguinis narium ſaepe iſtis accedit, ſaepe „ quidem ſymptomaticus, raro criticus, qui si „ cum febre ardenti, et putredine colera fuerit, „ & virtutis imbecillitate pnicioſus eſt, vt vi „ dimus ãno illo ĩfœliciſsimo in quo plurimi pe „ riere cum fluxu ſanguinis narium. Petrus etiam Foreſtens Alcmarianus lib. 6. ſuarũ Obſ. 14. *obſer: de feb. Peſtiferis, in peſte Delphensi plurimos inquit, quibus ſanguinis e naribus ſtillabat in principio mortuos eſse, id quod tanquàm maniſeſtiſsimum pluribus confir- mare nolo. Quòd si quiſpiam ſtillam ſan-*

guinis

guinis ex naribus prauam quidem esse confiteatur, sed illius prauitatem in excretionis paucitatem referat, propterea dicat imperfectum hunc motum, si adiuuetur, vtilitatem potius, quoniam damnum afferre posse, is videat, quæ paulo inferius à nobis pro hac diluenda obiectione proponentur, ibi enim præter alia multa hoc etiam declaratum inueniet, stillam sanguinis ex naribus non ex paucitate, sed ex alia caussa perniciosam esse: quæ cum ita sint, iam ad alias excretiones me conuerto.

CAPVT XIX.

Quid de Vomitu sentiendum sit, an scilicet in Pestiferis sit iuuandus vel prohibendus.

TAM rarum esse puto, Pestiferas febres vomitione iudicari, vt frustra à nobis nunc quæratur, an talis euacuatio prohibenda, an potius adiuuanda veniat. Nihilominus hac etiam in re meam aperiam sententiam. Itaq; in Pestiferis duplicem pos-

ſe vomitum contingere nemo negabit; vnum quidem ex materia quæ acceſsionem quidem non efficit, ſed tamen morbi tempore in ventriculo continetur, alterum vero ex ea quae febrem producit à natura ad os ventriculi tranſmiſſa. Quod igitur ad priorem pertinet, hunc, ſi natura ad os ventriculi ſponte ſua impetum habuerit, ſemper adiuuandum eſſe reor, neq; hac in re probanda alioquin manifeſtiſsima laborabo. Quando autem de materia febrem ipſam efficiente verba fiant, hanc (antequam ad ventriculum accedat,) potius ad alia expulſionis loca ducendam eſſe credo, quam vt per vomitum euacuetur. Quod ſi hac quoq; ad ventriculum fluxerit, & actu in eo iam contineatur, & ad os ſupernum tendat, profectò talem excretionem, quocunq; appareat tempore non poſſe eſſe inutilem mihi perſuadeo. Et quanquam à Veſicantibus impediretur, attamen ſuppoſitis conditionibus iam enarratis materiæ ſcilicet in ventriculo ſubſiſtentis, & naturæ ad hũc motum propẽſionem, habentis, motu difficillimum eſt exiſtimare, plus poſſe Veſicantia ad

reuel-

reuellendum, quàm expultricem ventriculi ad id euacuandum, quod sibi graue, & molestum est. Profectò si quod fecit Aetius, ad biliosum vomitum sedandum nos quoq; praestaremus, Sinapismos videlicet nō partibus ita remotis, imo vero toti ventri imponentes, forte ratio persuaderet vomitum in hoc casu impediri posse, infernis autem partibus adhibitos quamuis nescio quod impedimentum inferre possint, at certum est illud inualidum esse. Quod si tandem efficacissimum supponamus, tunc medicus cognita natura propensione, vt superius docui, vomitorio exhibito excretionem adiuuabit. Hoc autem casu excepto propensionis natura ad superiora; humorum in venis putrescentium excretionem in pestiferis febribus per os ventriculi factam, admodum suspectum esse arbitror. Nam si Gal. in synocho tantum putrida absq; pestilentia, purgationem putrescentium humorū in nullo alio casu per vomitum laudat, nisi quando natura ad hanc partem propensionē habuerit: profectò talis locus multo magis in pestifera febre erit verendus; Expurgato .n.

xi. meth. 9.

putrido & venenato humore per partem ita sensibilem ob neruos, & arterias cerebro & cordi consentientem, conuulsionis, delirij & syncope periculum imminet. Propterea hũc quoq; vnum ex illis naturæ motib⁹ existimo, qui si in principijs morborum fiat, excepto primo casu proposito, semper sit cohibẽdus potius quam iuuandus. Id quod de alui fluore eo ipso cruditatis tempore apparente, nunc nunc ostendo.

CAPVT XX.
Alui fluorem in Pestilentibus esse perniciosum.

Com. 57. *SI quæ à Gal. tertio in tertium epid. scribuntur, & ab Auicenna ac cæteris omnibus qui de pestilentibus scripsere confirmãtur, vera sunt; colliquationem, seu fluxum colliquatiuum febrium pestiferarum propriũ esse symptoma; ego planè ignoro qua ratione quispiam hunc ipsum fluorem in his ipsis febribus, vllo vnquam tempore vtilem esse posse asserat. Certum enim est colliquationẽ,*

adipis

adipis & carnis iam eliquatæ, simul cum cæteris humoribus excretionem esse: vt propterea quanquam Gal 8. de comp. per loca, Cap. vi. *excretionis Pestilentium mentionē faciens, humoris biliosi crassi, et graueolentis, non autē colliquationis meminisse videatur, attamen certum est, id quod antea de carnis colliquatione dixerat, etiam fluxui pestilentium accommodari: vt scilicet excretio non sit bilis tātum, sed bilis colliquationi permixtæ, propterea admodum crassæ et graueolentis: crassæ quidem, ex oleosa & pingui substantia permixta, graueolentis vero ex putredinis excellentia. Et ideo Gal. quarto acut. hanc ma*- Com. 112. *lignarum colliquationem explicans, inquit eam ex colliquata pinguedine, aut molli carne prodire. Et Auicēna quamuis ipse quoq; alia præter colliquationem excerni concedat, inquit tamen in illis omnibus aliquid esse eius quod liquesit. Est igitur colliquatio pestiferarum quas in præsentia nos pertractamus (exquisitarum scilicet) proprium symptoma. Vt propterea siquis aliquando pestiferas absq; colliquatione se vidisse asserat, aut*

illas

illas minime exquisitas constituere oportet, aut saltem fluxum illum non in principio, vel augumento, sed magis in declinatione apparuisse censendum est. Id quod aperte Galen. Com. xxi. *verba quarta aphor: descripta confirmant vbi inquit: Plurimas vero huiusmodi deiectiones in pestilenti hoc longo morbo conspeximus, quæ non magis in ijs qui exitio proximi erant, quàm in alijs saluandis apparebant: non tamen in principio vel incremento morborum conspiciebantur. Qui deinde vt ostenderet colliquationem in principio, & augumento potius ad fuisse: subdit. Tunc enim quae euacuabantur, erant & flaua, & rufa colore colliquamẽta. Certũ est igitur colliquationẽ ex Gal. et Auic. febres pestiferas, et circa initia, atq; augumenta febriũ cõcomitari. Neq. vero Oribasii & Paul. auctoritas dubium facit qui ambo ex Ruffo alui fluxum inter Pestiferarum signa quidem connumerãt, sed colliquationis mentionem non faciũt: imo vero biliosi, tenuis, & flatulenti tantum excrementi; quandoquidem biliosi, & flatulenti excrementi nomine, colliquationem hãc*

propriè

propriè significant. Est enim colliquatio, vt docuit etiam Aetius ex Philagrio, & Galenus variis in locis confirmauit, excretio quadam in colore bili similis, ratione autem spuma, flatulenta vocari potest; cum tamen non sit simplex flatus, aut bilis, sed pinguedo, et carnea substantia, à maligno calore colliquata, cæteris humoribus permixta. Quod si tandem excretiones in principio & augmento per aluũ factas sine colliquatione fuisse aßeruerimus, non tamen ex hoc sequetur, illas vtiles & salutares unquam fuisse: imo uero semper exitiales. Etenim non humores tantum febrem ipsam constituentes, sed & alii non omnino inutiles in talibus febribus magno semper cum labore, et patientis periculo excernuntur: quam ob causam scribit Hipp. Ventres omnibus turbati erant, & praui, at multo his pessimi: Et Paulo post: Quæ hos infestabant hæc erant, dysenteria, Tenesmi, lienteria, & fluxiones alui: postqua subdit: Quæ autem ex his uiolenta erant, statim opprimebant, vel rursus nihil proderãt. Et ex tertio in tertiũ Epid. à 53. textu vsq; ad

Secundo in primum 30.

„ 36.

„

„

„

ad 57, quod repetit etiam in 70, nihil magis apparet, quam fluxus alui in pestiferis semper exitiales apparuisse, si non colliquatiuos, at saltem alio nomine pernitiosos, dysenterias inquam, Tenesmos & lienterias; Vt propterea ex communi omnium consensu concludendum existimem, omnem alui motiònem in pestiferis circa initia & augmenta excitatam, improbam, & pernitiosam esse. Hoc igitur, quod mihi primo loco probandum instituera satis confirmatum existimo, tres scilicet propositas excretiones in pestiferis crudo adhuc morbo pernitiosas, & lethales esse. Sequitur modo, vt ostendam cæteras excretiones hoc tempore factas, non esse insalubres, cui succedet postea tertium, totius disputationis fundamentum Vesicantia illas tantum inutiles prohibere, has autẽ vtiles adiuuare, prius tamen paucis verbis nodum quendam ex dictis emergentem è medio tollere conabor.

Caput

CAPVT XXI.

Obiectiones contra determinata & eorum solutio.

SI colliquatio pestiferarum febrium circa initia esset perpetua comes, ergo sequeretur nullam febrem pestiferam aut purgatione, aut vena sectione egere. consequentia clara, cum nemo sit qui Galeni doctrinam secutus, fluente aluo, aut sanguinem detrahat, aut medicamentum propinet: & tamẽ quotidiana experientia, et eorum qui tam antiquitus, quam etiam modernis temporibus, de pestiferis scripserunt authoritas, totum oppositum persuadent. Quibus vno verbo respondeo, illas quæ sine colliquatione fuerunt minime exquisitas esse, non tamen propterea à Pestiferis secerni: Ego enim Pestiferas, à non pestiferis per alui fluxus præsentiam, vel absentiam minime distingui existimo, sed ꝙ veneficam qualitatem obtineant, vel ea ipsa careant: colliquationem vero adesse, vel abesse ad Pestiferas essentialiter non pertinet,

O cum

cum non necessario veneni sit effectus, sed potius caliditatis vt ex locis superius citatis apparet. Idcirco quamuis aliquando, ea in pestiferis caloris efficacia non adsit, quæ ad colliquationem efficiendam sufficiat, Veneni tamen vis quæ pestilentem producit adesse potest. Itaq; hoc modo dabitur pestilens etiam sine colliquatione, imo vero & sine alio quocunq; alui fluore, in qua (si nil aliud phibeat) omne euacuationis genus arte paratum tentari poterit. Neq; contra nos quidquam sancitum est; Quibus id tantum sufficit, in Pestiferis quæ fluxum habent; Vesicantia ad reuellendum hunc tanquam semper improbum, valere: In illis quæ sine alui fluxu sunt, nihil quod ad aluum pertineat prohibere posse. His igitur sic explicatis ad alia quæ sum pollicitus demonstranda me conuerto.

* * *

Caput

CAPVT XXII.

Vrinarum excretiones in Pestiferis ab Hippo. & Galeno utiles in cruditate existimatas fuisse.

VRINARVM copiosas excretiones in Pestiferis salutares apud Hippo. & Galenum fuisse, non ex vnico loco constat, omnium tamen præcipuus est secundus in primum epid. vbi hi authores, vrinam in eo statu pestilenti, vnicam, & solam, multis salutem attulisse dum natura simul cum vrina magnam humorum putrescentium partem per eundem locum expurgaret, apertissimis verbis explicant. Quæ etiamsi ad soluendum ex toto morbum non sufficerent, at saltem ad infringendam illius vim, tantum potuerunt, vt deinde natura à tanto onere subleuata, quod residuum erat longitudine temporis superauerit. Hanc veritatem integrè nobis aperuit Hippo. & cum eo Gal. secundo in primum Epid. his verbis: Vnum verò bonum, maximumq́; inter signa, quæ fie-

Tex. xxxxi.

 bant,

" bant, quodq; multos à maximis periculis vin
" dicauit, hoc fuit, quibus ad strangurіam di-
" uerterent, & in hoc ascessus fierent. Ut itaq;
Hippo. ostenderet, non modo ichores, sed &
cæteros humores simul cum vrinis fuisse ex-
" purgatos, subdit: *Erant his urinae copiosae,*
" *crassa, uaria, rubentes, purulenta, cum do-*
" *lore.* Caussam reddit Galen. in comm. in-
" quiens: Omnia hæc accidebant, quod super-
" fluitatem humorum uitiosorum totum cor-
" pus deponeret. Qui, ut ostenderet, talem
stranguriam, quanquam laboriosam utilem
tamen fuisse, subiungit: *Quo factum est, ut*
" *saluarentur omnes.* Cui consentiunt Hippo-
" cratica uerba sequentia, dum inquit: *Atq;*
" *hi superstites omnes fuerunt, nec ullum ho-*
" *rum periisse cognoui.* Tales autem excre-
tiones cruditatis tempore factas esse, cum ne
mini illam totam partem legenti obscurum
esse possit, idcirco ad alia loca explicāda me
conuerto, qua, urinarum deiectiones in cru-
Apho. 74. ditate utiles fuisse declarant. *Quarta apho.*
" *urinam multam, crassam & albam, ab ab-*
" *scessu futuro liberare, hancq; non modo in lō*

gis febribus, sed acutis & perniciosis (quas lassitudinarias Gale. & Hipp. uocant) quarta die apparere, explicatissimis uerbis significant. Porrò has quanquam in die iudicatorio appareant, attamen sine coctione esse, illud aperte demonstrat, quod ab abscessu liberent: cùm enim abscessus nunquàm in perfecta coctione fiant, idcirco neq; urinae quae abscessum praecedūt, cum coctione esse potuerunt. Id quod etiam ex quarta aphor. 69. collligitur: ubi dicit Hippo. Quibus urinae crassa grumosa, pauca, non sine febre, multitudo veniens ex his tenuis iuuat: &c. Nam & Gal. in com. ostendit talem siue crassarum, siue tenuium vrinarum excretionem quae iuuat, cum perfecta coctione minime esse posse. Itaq; vrinas in febribus crassas, aut tenues, sed copiosas profuisse, non vsq; adeo obscurum est. Quod si has quoq; nonnunquā vitiosas esse contingat, quid in tali casu circa Vesicantia agendum sit postea subiungam. Nunc aūt ex Hipp. & Gal. libenter vrinae profluuium in Pestiferis tanq̄ utile accipientes, ad alias excretiones transeamus.

Caput

CAPVT XXIII.

Sanguinem per vterum, & hemorrhoides in principio Pestiferarum erumpentem vtilem esse.

QVÆ hoc capite demonstranda proponimus, quanquàm ijs quae de stilla sanguinis dicta sunt uideantur aduersa, attamen ab illis minime dissentiūt: Etenim quidquid de sanguine ex naribus fluente censendum sit, certum tamen est, (quod etiam superius insinuaui) purgationes menstruas quamuis in principio pestiferarū apparentes, utiles tamen esse, quando contingat, febres ipsas pestiferas ex suppressis mensibus exordium summere: tunc enim si artis, uel naturae beneficio hanc sanguinis eruptionem succedere contingat, non modo febrē ipsam minui, sed aliquando ex toto dissolui, & recedere oportet. Cæterum nulla etiam existente mensium suppressione, non raro accidit tunc primum febres mulieribus incoebare, quando debitum menstruæ purgationis tē-

pus

pius appropinquat, vt hac ratione nullus sana mentis Medicus, explorato diligenter con sueto, menstrua purgationis tempore, non statim aggrediatur Saphenæ sactiones, scarificationes, cucurbitulas, atq; alia id genus plurima, aut si illum in debita copia fluere viderit, libenter etiam non permittat; & si quidquam defficiat, statim leuiore saltem remedio non iuuet. Propterea Gal. cæteras omnes sanguinis fluxiones hac vna excepta, quæ per vterum fit, toto genere præter naturam esse docuit: atq; illas omnes, quanquam modum non excedant, quandoq; esse supprimendas, hanc vero nunquam esse impediendam, imo vero adiuuandam doceat; nisi tamen copia nobis negotium facessat. Quod vero ad fluxum sanguinis hæmorrhoidalem pertinet, hic sanè à Galeno inter excretiones toto genere præter naturam connumerantur: periodico tamen excepto, & eo qui in sanguinem melancholicum congerentibus ita mediocriter fluit, vt humoris melanch. in corpore contenti copiam minuere, & iecur ipsum à tali impuritate defæcare non tamen vires imbecillas

cillas reddere possit? Hac enim à tali excretione fieri docuit Hippo. & Gale. partim 6. apho. particula, partim etiam in Epidemijs, propterea mariscis laborantes, neq; morbo laterali, neq; pulmonario, neq; phagedena, neq; furunculis, neq; thermintis, fortasse vero neq; lepris, fortasse neque alijs capi scribit. Et 4. apho. sanguinem supra exeuntem, qualiscunq; fuerit malum: infra autem nigra deiecta bonum esse docet, quia (vt inquit Galeno in commento) infrà, idest per haemorrhoidas, quando nigra euacuantur, hoc est quando hominis natura multum talem accumulauerit sanguinē bonum est. In his igitur casibus sanguinem ex haemorrhoidibus fluentem circa pestiferarum initia non modo prohibere, sed & adiuuare conuenit, sed de hac re plura infra.

Aph. xi. & xij. 6. in 6. epid. 8. 3. in 6. epid. 37. Apho. xxv.

* ❦ *

Caput

CAPVT XXIV.

Abſceſſus omnes in Peſtiferis circa initia apparentes, ex ſui natura ſemper vtiles eſſe.

EVACVATIONVM, ſeu excretionum quæ in Peſtiferis febribus contingunt, duas eſſe præcipuas differentias, iam ſuperius oſtendi: vnam enim per effluxum, alteram vero per abſceſsum, decubitum, ſeu cõmutationem vocaui: Idcirco quamuis Hippo. nonnunquam abſceſſus nomine, etiam excretiones per effluxum accipiat, quod ſecundo in primum epid. illum feciſſe teſtatur Gale. attamen magis propriam abſceſſus ſignificationem ad decubitus pertinere, non eſt vſque adeo obſcurum. Has igitur in Peſtiferis circa initia, et augumenta morborum permutationes, per abſceſsius factas ſemper ſui natura vtiles eſſe, cum Hippo. & Gal. confirmabo: Ita tamen, vt de hac ipſa re, paulo inferius quædam adhuc forte non minoris momenti à nobis ſint adducenda. Verſabor aũt

Com. xxxv.

P potiſ-

potissimum hoc loco in Gal. & Hipp. authoritatibus, postea vero pracipue in rationibus, quanquàm vtrobiq; vtranq; confirmandi rationem non sim pratermissurus. Abscessus igitur in cruditate et consequenter morbi initio, aut augumento vtiles esse, ex Hippo. potissimum secundo progn. colligitur, qui in crudo morbo si salus exspectari debet, abscessum necessarium esse asserit scribens: Qui tenues, crudasq; diutius vrinas mingunt, si cœtera, vt in conualituris, indicia fuerint, in his abscessum infra pracordia exspectare oportet. Et ne quispiam existimet in illis tãtum morbis crudis abscessus exspectari, qui ex crassioribus, & frigidioribus humoribus fiunt, audiat Galenum qui in eo comm. inquit: At vero abscessus in ijs, qui admodum immorantur, ad inferas erumpunt sedes ob frigus, crassitudinemq; materia, ac virium spatio temporis languentium debilitatem; in acutioribus vero propè auriculas. Etenim per eos crassi minus humores existunt, & item calor multus, ac valentior facultas. Quod ipsum docuit idem Gal. longò satis sermone

Tex. xxxiv.

in

in illo tertio de crisibus & ex eodem secundo progn. confirmatur vbi Hipp. nigredinem pedum, et digitorum minus pnitiosum, q̃ liuorẽ esse scribit: inqt. n. vbi salubre aliquod signũ apparuerit, morbũ verti ad abscessũ spẽ esse ita vt aeger sit conualiturus, quæ vero nigre facta sunt, è corpore casura. Ex quo satis constat. Hipp. abscessum salutarem quidem explicare, sed in pernitioso et crudo morbo factum; posteaquam salus ægrotãti sine membri corruptione contingere non potest, & Hipp. non omnia signa salutaria, sed aliquod tantum requirit; neq; vllius coctionis meminit. Sed audiamus eundem adhuc manifestionibus verbis secundo progn. omnes abscessus, qui ad crura fiunt, in pulmoniis uehemẽtibus ac periculosis, vtiles esse docentem, hac tamen differentia, vt qui fiunt in coctione securissimam salutem polliceantur, & ocysśimè citra dolorem desistant, in cruda autem affectione clauditatis in articulo, vel multi negotij periculum inferant. Et quarto acut. dum scribit Hippocrates, et si paribus ,, quidem diebus superuenerint melius, in iudi ,,

Cap. xi. Tex. ix.

Tex. 67.

Tex. 68.

„ catione autem perniciosum, nisi mltus abun
„ dè effusus sanguis uiam redundantiæ fecerit,
„ uel per nares, uel per sedem, uel per abscessus
„ uel commutationes, uel ad Hyppochondrio-
„ rum dolorem, uel ad testes, vel ad crura. In
„ quit Gal. in Comm. Hæc omnia uera esse.
Nam si sanguis multus, quouismodo id fiat,
excretus fuerit, salutis spem habet, præterea
& per abscessum ipsos, & per commutatio-
nem seruari ait. Abscessum quidem ferè
sua peculiari appellatione declarans, sed com
mutationem cum dicit, ad Hippochondrio-
rũ dolores, uel ad testes, uel ad crura. Quas
permutationes, quanquam salutares, tempo-
re tamen cruditatis esse factas, docet idem
„ Hipp. cum inquit coctis autem his uia patẽt
„ sputis, urinæ quæ excernuntur, crassae, lenes,
& albae. Inquit Galen. in Comm. μετάστασις
„ autem. i. commutatio aliarum habet princi-
„ pus accessionum offensionumq́, ut & aliud
„ exigat tempus ad coctionem mali, corporis
„ locus ad quem infestantium humorum fa-
cta sit commutatio. His accedit & locus
secundo in primum epid. ubi Gal. haec scri-
bit

oit Atqui non modo concoctiones par erat „ morborum respicere, aut facere ipsum, utrunq; enim uerum est: sed & abscessus etiã „ ex effluxione, id quod in primis est elaborandum: aut abscessus ex decubitu in partes ignobiliores, nam alterum est hoc propositum, „ ubi abscessum per effluxionem assequi nequeamus. Haec Gal. uerba liquido demonstrant, in morbis qui crises per effluxũ habere non possunt, decubitus saltem esse excitandos. At uero decubitus cum perfecta coctione minime fieri posse ostendimus, ergo etiã in morbo nõ concocto excretiones erunt tentanda, & iuuanda. Confirmatur idipsum ex eodem Gal. 3. in primum epid. quo in loco & commutationes affectionum à loco nobili ad ignobilem laudat, et abscessus per decubitum quando debito modo & loco fiant minime improbat: Eius uerba haec sunt. Nam fiunt successiones morborum perniciales, & decretoriae, pro ipsorum morborum differentiis „ & locis affectis. Nam in morbos successio „ leuiores, & locos ignobiliores, est salutaris, „ in morbos grauiores locosq; principaliores perniciosa.

Com. pri.

niciosa. Ego hic à Mass. quaeram numquid in pestiferis transmissio materiæ liuidæ, nigræ, aut alterius consimilis, à cerebro, corde, iecore, ab omnibus venis, ad cutem, aut articulos, vel glandulas sit permutatio à loco nobili ad ignobilem: Si enim ille permutationem hanc à loco principali in non principalẽ factam esse concedat, (vt minime negarè poterit,) cum multo leuiorem in his partibus morbum quam in internis constituat, profectò, Gal. authore hanc quocumq; tempore vtilem, & consequenter adiuuandam asseuerabit. Et ideo de hisce abscessibus per decubitum factis hæc statim subiungit. Eodem „ modo abscessus qui cum effluxione fiunt, sũt „ illi meliores qui vero cum decubitu minus „ commodi. Si minus commodi, ergo ipsi quoq; commodi, quanquàm non concocto prorsus morbo appareant, dummodo illas conditiones obtineant quas subiungit Gal. cum inqt. „ Ac horum ipsorum quidem remotissimi „ quiq; à loco affecto, & in partes ignobiliores „ ægri, boni sunt: contrarij autem mali. Ex quibus colligo abscessus à Vesicantibus circa

articulos

articulos excitatos, tanquàm in loco & igno bili, & remoto, omnium eſſe conuenientisſimos. Sed ad alia loca pergamus. Hippocr. lib. quarto in ſextum Epid. hæc habet Decu „ bitus quidem in quibus facta tollit, hæc ante „ facta prohibet. Quorum ſenſus cum ex Ga „ len. in com. talis ſit, abſceſſus per decumbitum, non minus morbos iam factos curare, quam futuros ne eueniant arcere; ſanè ex hoc conſtat, abſceſſus & circa morbi initia, & ante morbum etiam eſſe utiles. Neque uero illos tantum, qui ad inferiores ſedes decumbunt, bonos eſſe credendum eſt, ſed cæteris meliores: sic enim ſcribit Hipp. Si infra „ umbilicum quidem ſuperiora conſtiterint, „ in inferioribus articulis, bonum eſt: sin ſu- „ pra, haud perinde morbum diſcutiunt, nisi „ ſuppurauerint oedemata. Per quæ uerba (ut „ etiam Gal. in com. interpraetatur) Hipp. significat abſceſſus etiam ſuperiores malignos non fore, si illi ad ſuppurationem deueniant. Ex quo ego colligo, in iſtis remedia attractoria eſſe applicanda, ut confluente multo & calido humore, citius ſuppurare poſſint.

Tex. xxxx.

Primo ĩ primum epid. tex. 17.

sint. Id quod in parotidibus faciendum esse, ex Gal. & Hipp. declarabimus. Itaq; quarta aphor. ubi inquit Hipp: quibus speratur abscessū &c. Gal. in eo com. docet in febribus lassitudinariis hoc inesse, ut cito abscessus habeant. & eos quidē iuxta aures, parotides scilicet; sic enim scribit: His enim lassitudinarijs hoc inest, quod cito abscessus faciant, non exspectantibus ut alia tempus prolixius. His vero ipsis & iuxta aurem fieri abscessus consueuere, sicuti alijs prolixiorib⁹ multitudo ad inferiora magis decumbit: Quibus igitur caliditas maior materiā magis subleuauit, vel sanguinis profluuium per nares patiuntur, aut parotides habent. Ex quibus patet in calidioribus febribus parotides, & abscessus etiam superiores non usq; adeo inutiles esse, imo vero affectui proportionatos.

Aph. lxxiv.

Et ideo Hipp. tertio prorith. à tex. 64. usq; ad 78. in hoc potissimum uersatur, ut ostendat, parotides, ad quoscunq; & capitis, & hypochondicorum acutos affectus consequi. Atq; apparentibus grauissimis symptomati-

bus,

bus, uigilijs, comate, delirio, doloribus, conuulsionibus, tremoribus, aliisq; id genus pluribus fieri: sic enim scribit: (vt duo saltem exempla proferram.) Ex conuulsione, tremore, fastidioq., & celeriter exigui post aures abscessus proritantur. Et Paulo post de hypocondriorum affectionibus uerba facies ait: Quibus ampliter & crebro spirantibus morbus regius, & febres acutæ cum duris hypochondrijs refrigeratæ fuerint, his abscessus magni secundum aures suscitantur. Plura qui voluerit, apud Hippocratem locis iam citatis legat, ex quibus apertissime colligere poterit; omnium etiam acutorum morborum parotides sobolem esse, hasq; magnas apparẽtes vtilitatem, paruas uero ob solam paruitatem inutiles extitisse. Quod autem parotides, & alii consimiles abscessus vbi minores fuerint aut retrocesserint sint adiuuandi, posterius suo loco ostendam.

3. prorit. 70.

3. prorit. 72.

340

* *

Q Caput

CAPVT XXV.

Quas in Pestiferis febribus excretiones Vesicantia impedire posſint.

SI quæ hactenus expoſuimus ueritatem continent, ſanguinis ſtillam ex naribus prodeuntem, vomitionem, & alui deiectionē in Peſtiferis febribus potius pernicioſas, quā ſalutares eſſe; contra vero, cæteras omnes per lotium, vterum, hemorrhoides, glandulas, articulos, vniuerſam demiq; cutem factas, eſſe ſalutares: Vbi in præſentia illud nobis confirmare liceat, Veſicantia vtilibus excretionibus nunquam impedimentum inferre, inutiles vero potius impedire, quam adiuuare poſſe; ſanè ex hoc ſtatim Maſſ. argumentum contra nos productum prorſus confractum arbitrabor. Non erit autem difficilis huius ſuppoſitionis comprobatio, ſi loca ad quæ fluit humor, & ad quæ attrahit Veſicatorium, naturamq; reuulſionis ſpectemus. Itaq; in fluxu ſanguinis narium, & vomitu, humorem ad ſuperiora impetum habere, Ve

ſicantia

ſicantia vero infernis partibus adhibita, ad oppoſita loca deducere, & in fluxu alui ſuccos intro vergere, ope autem Veſicatorij ad exteriora trahi nemo non videt: Idcirco ſtatim, vel me tacente, patet, Veſicantia ſtillam ſanguinis ex naribus, vomitum: & alui fluxum potius impedire, quam adiuuare poſſe. Hoc igitur tanquàm certisſimo iam confirmato ad aliam demoſtrationis partem multo difficiliorem me conuerto, vt oſtendam, Veſicantia cœteras omnes excretiones à me vtiles vocatas adiuuare.

CAPVT XXVI.

Quas fluxiones Veſicant. iuuare posſint.

OSTENDI *hactenus veſicant. fluxum ſanguinis uarium nec vomitum, aut alui fluxum adiuuare poſſe, imo potius prohibere. Nunc modo ſupereſt, vt demonſtrem, nullas ex alijs fluxionibus à veſicantibus impediri, imo vero iuuamentum percipere. Et quod ad vrinas pertinet, experientia, & auctoritas iam multoties demõ*

ſtrauit, veſicantia propter cantharides quas recipiunt, (quæ non minus intro acceptæ quã extra adhibitæ, veſicam propria quadam, & occulta qualit. lædere, et ad eandem humores attrahere ſolent) copioſis urinarum excretionibus occaſionem præbuiſſe Sanguinẽ quoq; ex hæmorrhoid. & vtero à Veſicantibus potius excitari, quam impediri, ratio ipſa perſuadet. Si enim crurum ſcarificatio Gal. auctore menſes, & hæmorrh. mouere poteſt, nullam uideo cauſſam, cur etiã veſicãtia idipſum præſtare non valeant. Etenim ipſa quoq; ducunt à ſupernis partibus in vterum, & venas hæmorroidales, dum in infernas attrahunt, Et ideo Hipp. 4. de morbis mul. in hydrope vteri ad ciendos etiam menſes vtitur ipſimet vtero cantharidibus. Gal. vero 6. de comp. med. per gen. cap. ſecundo ex Critone ad excitandos ſuppreſſas menſes, medicamẽtum dia acones, Ideſt ex cote pharmacum laudat, pubi ſeu pectini ſupra poſitũ, cum tamen veſicatorium ſit, de eo enim hũc in modum ſcribit: „ Aquam pars uel oleum „ non attingat, donec ulcuſcula, quæ pſydracia dicuntur,

13. meth. 19. l. de curandi ratione per ſang. miſſ. xi. lib. de ſcarificatione.

dicuntur, fecerit, & saniem crassam attraxe- „ rit. Deniq; Paul. lib. iij. cap 61. in eundē „ vsum pubi inguini, & fœmoribus Dropaces, & Sinapismos adhibet. Adiuuat quinetiā Sinapismus exulcerans mirum in modum fluxiones ad glandulas, quāq; Massaria id ex professo negare videatur: quæ tamen veritas apud Galen. tam clara, & manifesta est, vt fortè nihil clarius inueniri possit. Ille enim secundo de differ. febr. hunc in modum scribit: Sic igitur quispiam, cui extremam partem digiti acus exigua pu- „ pugerit, statim indoluit, paulo post uero in- „ flamatur, atq; in magnum tumorem pars om „ nis circunstans attollitur, in quibusdam uero „ sub alis bubones exurgunt, cum rara, ac spō „ giosa corpora, quæ græci adenas appellant, „ ibidem aliquid fluxionis admittant. Ex qui „ bus verbis apertissimè colligitur puncturas, ulcuscula, et ut semel dicam, dolores omnes, qui manum, brachia, crura, uel coxas, aut alias demum partes glandulis propinquas irritent omnes inquam, glandularum tumores efficere. Et ideo Gal. 13. meth. hunc in modum

Cap. vlt.

Cap. v.

,, *modum ſcribit: Sic igitur fit,ut & propter*
,, *vlcus,quod in manus aut pedis digito ſit,e-*
iuſmodi glandulæ in inguinibus, & alis tum
,, *intumeſcant,tum phlegmone occupentur, cũ*
,, *defluentem ad ultimos artus ſanguinem,prio*
,, *res exceperint. Quinetiam in collo, & ſe-*
,, *cus aures, ſæpenumero glandulæ ijs, quibus*
,, *in collo, capite, vel alia vicina parte, vlcus*
,, *eſt natum, intumeſcunt; nominant autem*
,, *ipſos adenas, cum ſic intumuerunt bubones.*
Compertisſimum igitur eſſe exiſtimo, Veſicã
tia non modo fluxiones ad glandulas impedi
re,quinimo ex Galeni dictis adiuuare. Et ne
quiſpiam exiſtimet huiuſmodi, adenum in-
flammationes non eſſe acribus iſtis medica-
mentis tam libenter irritandas, Galenum
Cap. 2. *ipſum adeat, qui ſecundo ad Glauc. has par*
tes laxiores adenas vocatas,inflammatione,
& eryſipelate iam vexatas,acriora medica
menta ſuſtinere docet. Et ideo xij. meth.
ſcribit, tales nunquam alijs medicamentis,
quam relaxantibus tractari. Attractionem
quoq; in cutem per Veſicantia factum, flu-
xiones ad articulos non prohibere, imo vero
adiuuare,

diuuare, multa quidem Galeni loca ostendere possent: Sed vnus nobis sufficiat sexto apho. dum scribit Hippo. Quibuscunq; morbi podagrici fiunt, &c. ostendit Gal. in hisce fluxionibus, non modo loca dearticulationũ, sed etiam circumstantia omnia vsq; ad cutẽ humore repleri dicens. Hanc autem fluxionem suscipiunt primum quidem loca dearticulationum, deinceps circunstantia omnia vsq; ad cutem. Si igitur in fluxione ad articulos, materia mittitur ab intro ad foras, à venis ad extra venas vsq; in summam cutẽ, quæ omnia à Vesicantibus etiam præstari solent, cur quæso, dicere poterimus, hac vlla ratione talem in articulos fluxionem impedire? Ratio certè id minimè persuadet quinimo si articulũ vlla ratione imbecilliorem esse contingat, ex tali vlcere promptius fluxionem suscipiet; attracto nimirum humorẽ in partem laborantem: nam si balneum ex Galeno id præstare potest, at certe multo melius Vesicant. id efficient. Et ideo in illo 2. de differ. febr. ex punctura digiti non modo glandulas sub axillis, sed etiam in medio

Aph. 49.

Cap. vlt.

ipso

ipso brachio aliquando intumescere scribit
,, *inquit enim. Quibusdam vero & in medio*
,, *brachio hoc fieri conspicitur, cum in eodem lo*
,, *co, effatu dign⁹ adeu fuerit cōstitutus. Quod*
si in medio brachio aden effatu dignus potest
intumescere, multo magis articulus imbecil
lis ex vesicatorio poterit fluxionem suscipere
Deniq. confirmatur, quia tam propinquus
est locus vesicat. articulis, ut Gal. acria hæc
medicamenta artubus ipsis imponenda esse
iudicauerit. Itaq; ex iam declaratis puto non
obscure constare, vesicantia in febribus pesti-
feris vtiles nullas fluxiones, sed tantum inu-
tiles impedire: Quam tamen veritatem ad-
huc clariorem me redditurum spero, si à qui-
busdam minoribus calumniis vindicauero.

CAPVT XXVII.

Quæ cōtra propositam determinationem obiiciantur, & eorum solutiones.

SI quæ iam determinauimus perpetuam veritatem contineant, Sanguinem scili-
cet ex naribus fluentem, & alui deiectionē
in

in pestiferis circa initia nunquàm esse adiuuandas, cæteras autem semper; multa sanè absurda consequi posse videntur. Primum quidem, in qis febribus nec venam secare, neq; aluum mouere, vnquam licebit. Quod enim natura vtiliter non praestat, ars etiam perficere non valet: hoc tamen esse falsum, Hippocratis auctoritas videtur demonstrare, qui Metoni febre satis maligna laboranti, cum sanguis ex naribus imperfectè flueret, lotionibus, excretionem promouere voluit. Quod si dicamus stillam sanguinis ex naribus ideo esse impediendam, quia prauæ dispositionis est argumentum, non autem salutis caussa, ea ipsa ratione etiam cutaneae excretiones, maculæ inquàm, carbunculi, bubones, cæteraq; id genus plurima prauarum dispositionum inditia, erunt reijcienda: vel si adiuuentur stilla quoq; erit adiuuanda. Neq; enim pro nobis responderi potest, id fieri ne vires in sanguine positæ dissipentur: Etenim eandem ob caussam aut omnes vteri & hemorrhoidum excretiones reijci, aut saltem omnes vni tantum legi subijci debe-

345

rent. Accedit hæc ijs quæ iam decreuimus, & in posterum decernemus esse quadantenus cõtraria, qui volumus imperfectam sanguinis ex naribus effusionem, & alias quascunq; nonnunquàm adiuuari posse. Pugnat quoq; hæc ipsa nostra opinio cũ multis Gal. & Hippo. locis. Galen. enim in illo primo in primum prorith. primo cum iam dixißet, stillam sanguinis ex naribus semper esse perniciosissimam, statim subdit haec verba, quae caussam huius rei continent, cum inquit:
„ *Videtur siquidem natura collectam in cerebro abundantiam conata esse, vt expelleret,*
„ *sed nequiuisse, ex quibus verbis infertur, q̃d si quispiam ad euacuandam talem cerebri abundantiam, stillam sanguinis iuuisset, profecto summa cum ratione illi aegrotãti opem*
xxxxvij. *ferre potuisset. Idcirco idem Gale. in illo secundo in primum prorith. non in stilla sanguinis tantum, sed in omnibus alijs excretionibus paucitatem suspectam habet: eius verba*
„ *haec sunt: Excerni pauca in aegris, vnũ*
„ *quoddam ex signis est, quae ex toto prauitatem habent, siue sanguis per nares excerna*

tur,

tur, siue deorsum per ventrem, siue per vomitum, &c. Itaq; si omnia haec excrementa ideo praua sunt, quia pauca excernuntur, ergo bona erunt, si multa aut arte, aut á natura fluxerint: Nulla igitur est ratio, cur nos stillam sanguinis in perniciosis febribus minime adiuuandam esse censeamus; vel si aliqua sit causa, quae hanc adiuuari prohibeat, eadem in cœteris omnibus excretionibus locum habebit. Confirmatur qui a quarto acut. 68. inter cœteras euacuationes quas Hippo. & Gale. ibi tanquam vtiles proponunt, etiamsi cum cruditate essent, copiosus sanguis ex naribus flues adducitur, itaq; imperfecte fluens promouendus erit.

Haec itaq; persuadent, nō semper vt nos diximus perperam alui fluxum & sanguinis ex naribus excretionem fieri, vt propterea Vesicantia has fluxiones impedientia veniant collaudanda.

Coeterum ad eas quoq; excretiones restitientes, quas Vesicantia adiuuare solent, nō leuia subsunt dubia: Etenim si Vesicantia illis admoueantur quibus copiosae adsunt p

vterum, hemorrhoides, vesicam aut cutem excretiones, cum ex nostra ipsorum sententia, has ipsas augere possint, consequenter in maxima uita discrimina aegrotantes inducent, forte etiam alui fluxum cum in infernas attrahant adiuuabunt quod tamen nos quoq; perniciosissimum esse duximus. Alia quoq; plura contra iam à nobis decreta proferuntur; sed ijs primum responsum esse volo; deinde vero singillatim alias quoq; percurram.

CAP. XXVIII.

Propositarum obiectionum solutio adducitur.

QVÆ contra nos iam prolata sunt, non vsq; adeo difficili negotio reijciuntur: Etenim cum dicebatur neq; venae sectionem, nec purgationem in Pest. ex nostris placitis vnquam administrari posse: Respondeo in Pestiferis non exquisitis quae potius absoluto nomine malignae dicuntur, vtrunq; & praestari, & si natura imperfe-

ße agat etiam in principio adiuuari debere. Hac ratione Metoni Hippocr. caput lauit, quia ut ex Gal. in comm. colligitur non fuit usque adeo exquisita Pestilens febris quae illum aegrotantem habuit: Hac ipsa ratione nos quoq; & alui, & sanguinis narium & aliam omnem effluxionem in cruditate adiuuari posse inferius demonstrabimus, sed in legitimis Pestil. neutrum effici posse credimus. Non quidem aluum esse ducendam arbitramur, quia colliquatiua & coetera quae laboriose excernuntur prohibent: Non sanguinem ex naribus, quia in his exacte Pestilentibus ideo imperfecte fluit, quod vel facultas ad summum imbecillis sit, vel saltem cerebrum sit inflammatum, ut iam ex Galeno ostendam. Ex quo patebit ratio cur in ijs exquisitis pestil. stillam sanguinis adiuuare nō liceat. Itaq; pauca excerni in perniciosis morbis, ex duplici caussa apud Galenum secundo in primum prorrh: praecipue proposita, uideo fieri: quarum prima est contentorum copia, secunda autem facultatis imbecillitas: ita enim scribit Gal. de paucis excretionibus,

Com. 47.

346

,, tionibus loquens. Sed quae ita uacuantur,
,, omnia duorum alterum subeunt: Nam vel
,, quod non queant tolerari ob copiam, ab affe-
,, ctis effunduntur partibus; vel imbecillitatem
,, ostendunt naturæ, quæ proponit quidem super
,, flua excernere, sed nequit. Hæc Gal. doctri
na nisi eo modo intelligatur, quo nos illam intelligi debere putamus, sanè falsissima esse videtur: Etenim quæ est ratio, cur in summa humorum in parte contentorum, abundantia, pauca tamen fiat excretio? ratio potius oppositum persuadet, vt quo maior fuerit eorum copia, eo etiam vberior sit euacuatio: Cum tamen Gal. oppositum scribat, q̄d igitur dicēdū? Huius difficultatis dissolutio, non est vsq; adeo obscura: humores multos in aliqua parte contineri, dupliciter potest contingere, aut quia in vasis illius partis contineantur absq; inflāmatione, vel vt extra vasa maiori ex parte subsistant, atq; inflāmationem constituant. Hac igitur stante distinctione, nemini obscurum est, magnam humorum partem in inflammatis locis existētium, extra venas esse, & ideo in ea retineri, quod

si

ſi quid excernitur, id non ex inflammatione, vel ſi ex inflammatione, potius ichoris ritu, (quem in magnis etiam inflammationibus externis exudare videmus) expelli conſtat. Cum vero in pernicioſis tantum morbis id contingat, iure Galen. pauca excerni in hac multitudine conſtituit. Hanc expoſitionem ex ipſomet Galeno quarto acut. accipio: qui inquit; ſtillam ſanguinis fieri, vel ex imbecillitate, vel ex ſanguinis craſſitie, & locorum denſitate; itaut nomen inflammationis, in ſanguinis craſſitiem, & partium denſitatem mutauerit, quæ duo inflammationem conſecuntur.

347

Tex. 67.

Quo sic explicato, iam ad argumenti ſolutionem & locorum explanationem me conuerto. Quando itaq; dicebatur, si ſanguis ex naribus non adiuuatur, ergo neq; ea quæ fit per glandulas, et cutem vniuerſam; Ad hoc nego conſequentiam: Quæ enim per glandulas, & cutem educi poſſunt, nec vires deijcere, nec in parte, ad quam humores ducuntur, inflammationem, quæ pernicioſa ſit, imo vero ſalutarē inferre poſſunt. De fluxu ſanguinis

guinis ex naribus, alia est ratio; Nam si ex i
lis sit euacuatio, propter virium resolutarū
imbecillitatem, profecto in tali casu sanguinē
ex quouis loco educere, nil aliud est, quam a-
nimam simul patienti euellere: Quod si ex
inflammatione in capite iam facta proueniat,
quid quaeso boni putamus ex tali adiutorio,
succedere posse? nihil profecto, factam enim
inflammationem aut suppurare, et alijs au-
xilijs educere, aut sensim dissoluere oportet.
Quod vero ad vterum, & hemorrhoides,
aut venae sectionem pertinet, dico harum par
tium excretiones & sanguinis missionē arte
factam ideo esse promouendas, & aggredian
das, stillam vero ex naribus nequaquam: qa
ad haec loca natura plerunq; quod est consue-
tum & corpori vtile, absq; virium lapsu, et
partium inflammatione deponere solet: ac pa
ri ratione vena ipsa absq; his ipsis periculis
à quocunq; erudito viro aperiri potest. Quod
si aliquando dum per uterum & hemorrhoi
des sanguine educere uolumus, vires imbe-
cillas esse; aut uterum & hemorrhoides in-
flammatione tentari contingat in hoc etiam
casu

casu à mittendo sanguine abstinendum esse consulo. Ad authoritates autem cum dicebatur ex p°. prorith. stillam sanguinis ob paucitatem tantum à Galeno malam indicari; verum quidem id esse fateor, cæterum (hoc malum, non tantum per modum caussæ, quãtum etiam per modum signi, tale esse affirmo; quod scilicet (vt etiam Gale. primo illo prorith. seipsum explicat) indicetur, talem esse aut affectionis naturam, aut uirium imbecillitatem, vt sanguis non posit excerni. Ad locum vero quarti acut. dico, ne nunquàm negasse, aliquando in morbis minime Pestilentibus has sanguinis fluxiones per nares vtiliter fieri; (de quibus reuera locus ille loquitur) in vere malignis secus res se habet, vt iam ostendi. Hac itaq; puto pro primis hisce obiectionibus diluendis sufficere. Quod autem Vesicantia in nimijs fluxionibus sint suspecta, eo quod illas magis excitare valeãt; dico nullam esse euacuationem quam Vesicãtia nimium promouere possint, nisi menstruam, hæmorrhoidalem, & sudorem; (sudorem enim ob excessum multitudinis quãdoq;

Tex. 33. *noxium esse, docuit Gale. secundo in sextum*
„ *Epid. his verbis: Cum in sudoribus vero, ex-*
„ *cessus multitudinis noxius sit, multo sanè ma*
„ *gis in ijs, quæ euomuntur, aut deijciũtur, aut*
„ *per mariscas, aut vterum euacuantur. Ubi*
igitur, tales euacuationes modũ excesserint,
vesicantibus non sunt adiuuanda, propterea
in nimio sudore, qualis est diaphoreticus, ego
certè ex toto Vesicantia ablegarem; nisi tamẽ
hic sudor ex cardiaca affectione ortum duce-
ret. Nam in eo casu extremæ partes quibus
Vesicantia adhibentur, cum minimè sudent,
sed algeant, sudoris augumentum non præ-
bent, imò verò noxiam materiam (vt pro-
prio loco docui) ab ore ventriculi retractam
suscipere possunt. Sed si sudor vniuersum
corpus occupet, Vesicantia sunt prætermittẽ
da. In fluxu autem menstruo & hæmorrhoi
dali nimio, si necessaria videantur, brachijs
imponentur, etenim capiti, & cordi succur-
rent, et nimiam quoq; fluxionem coercere va
lebunt. Id quod illis quoq; responsum esse
volo, qui fluente aluo Vesicant. infernis lo-
cis affixa improbam fluxionem magis, ac ma

gis

gis concitare posse verentur; ijs enim dico posse Vesicant. in hac suspitione brachijs supra cubitum, & carpum apponi, sicq; omne periculum uitari, sed alias obiectiones perpendamus.

CAPVT XXIX.

Alia quædam proponuntur dubia, & soluuntur.

TOT sanè, & tam varijs modis, nostra hac fundamenta Mass. & eiusdem sequaces impugnare tentarunt; vt vnicum caput pracedens ad omnia diluenda minime suffecerit, imo vero nec præsens sufficere possit. Idcirco hisce duobus adhuc sequentibus, totius præsentis disputationis summam complectar, & veritatem à nobis iam propositã manifestabo. Itaq; Vesicantia in Pestiferis non esse administranda, ex eo videtur, conclu di posse, quod cum varia sint (etiam me iudice) constituta loca, ex quibus tanquàm focis febris pestifera accenditur, cerebrum, pulmones, iecur, &c. certum est has omnes

partes alias expulsioni vias, à cute longe di-
,, uersas obtinuisse, vt ex Galeno in illo xi. me
,, th. apertissime colligi potest. Qui sic scribit:
,, Illud te profectò nõ fugit, nos singularum par
,, ticularum meatus, qui ijs ad superuacuorũ
,, emissionem sunt proprij, fluxiles reddere: in-
,, testino, ventriculo, & mesenterio, & conca-
,, uis iecoris, intestinum rectum, Renibus, ve
,, sica, iecinoris gibbis, vena caua, & arteria
,, magna, & omnibus, quæ in lumbis habẽtur,
,, eum qui vrinis est delegatus: Pulmonibus,
,, & pectori ipsam asperam arteriam & fau-
,, ces: Cerebro, & eius inuolucris, eum qui per
,, palatum, & nares descendit. Hæc igitur ostẽ
dunt, partem aperiendam non esse in ha-
rum partium affectionibus cutem; Et hoc
admisso quod esset aperienda, non ta-
men Vesicantiũ actio vtilis esset existiman-
da: eo quod materiam in foco iam compactã
minimè possint educere. Quod si possent, cũ
tamen facilior pateat per alia loca exitus, nõ
est quod natura per tot loca debeat sollicita-
ri, sed tantum accommodatiora eligenda e-
runt; qualia iam ex Galeno à nobis fuere ad

ducta

ductu. Ad quas obiectiones mihi sanè non videtur usq; adeò difficilis solutio. Primum autem illud ab oppugnatoribus intelligere cupio, an in præsentia, Vesicantium, reuulsionē reijciant, an deriuationem, imo magis à loco affecto euacuationem: si enim de reuulsione sit sermo, vnicuiq; compertum esse existimo, quod cum sit fluentium humorum retractio, consequenter hanc, non materiam in foco aliquo contentam, sed potius vagam & mobilē respicere. Itaq; cum nobis potissimum de vsu Vesicant. pro reuulsione in principijs harum febrium administrandorum habeatur sermo, ego planè ignoro, quàm vim possit hæc ratio contra nos obtinere. Etenim cum in pestiferis tota periculi suspitio, in fluxione ad cor, & cætera præcipua membra sit posita, perfecto quid dicet Mass. Vesicant. quæ ab internis, & præcipuis partibus, ad externas, et ignobiles retrahunt, naturæ motionem impedire? Ego sanè libentissime hoc sibi concedam, qui ex tali tempestiua reuulsione, maximam ægrotantium salutis spem mihi ipsi polliceor; itaq; hæc ratio, quæ ab inclinatione na

turæ

tura pro foci patientis varietate desumitur, non in reuulsione, sed in deriuatione tantum locum habet: quando scilicet materia iam in parte fixa, pro illius varietate, varia quoq; sibi eligit loca, quæ ex Galeno superius recensui. Cæterum hæc ad deriuationem pertinentia, non videntur contra nos quicquam facere; primum quidem eo quia Vesicant. tempore, quo debet materia ex focis euacuari, nullam ferè aut exilem vim reuulsoriam contineant, quod iam superius ostendi: deinde vero quod in omnibus febribus siue conclusis, siue per circuitum repetentibus, siue cum inflammatione aut citra inflammationem, semper vtiliter caussam morbificam etiam per vniuersam ipsam cutem (præter cæteras partes expulsioni deputatas) expurgari posse pro certo habeam. Omnem enim febrem, morbum esse totius corporis, nemo non nouit, morbum autem totius corporis per loca ad cutem spectantia euacuari posse; testatur Gale. lib. de const. actis his verbis: Sed quā totum corporis habitum occupauerint, quum tenuia fuerint, aut sudore, aut medicamentis, quæ

Cap. xix.

cuti

cuti applicata uim exiccandi habent: quũ ,,
vero biliosa, primum quidẽ purgatione egẽt, ,,
mox et euacuatione per cutem. Vlterius si de ,,
intermittentibus sit sermo, harum materiã
per sudores digeri, docuit Galen. secundo de
diff. feb. vltimo. Cuius loci verba tanquàm
omnibus notissima non adduco. Si de conti-
nuis conclusis loquamur, Gal. xi. meth. ha- Gal. ix. & xiii.
rum materiam vult per aluum vrinas, &
sudorem euacuandam esse. Itaq; non est vsq;
adeo verendum, in talibus febribus plura si
mul loca, pro noxij euacuatione aperire. Sed
dicent forte aduersarij, in febribus saltem ex
inflammatione partium internarum excita-
tis (quas tamen in pestiferis plerunq; contin
gere nemo negat) hanc obiectionem locum ha
bere: Quibus respondeo, in quacunq; febre
ex determinata loci inflammatione excitata,
progresso iam morbo, vniuersum quoq; cor-
pus calorem putredinosum suscipere: vt pro-
pterea non tantum loci inflammationem pa-
tientis, quantum etiam totius euacuatio sit
necessaria. Sed illud praterea, quod est & ve
rissimum, & ad soluendam obiectionem accõ
modatissimũ.

modatißimum, addo, præcipuarum partiũ inflammationes nulla ratione melius iudicari, quam per abſceſſus ad articulos tranſmiſſos: Huius rei teſtis eſt Hippo. & Gale. qui in illo primo et ſecundo prognoſticorum apertiſsime oſtendunt hypochondriorũ & Thoracis inflammationes in hos articulorum abſceſſus desinere, quorum uerba minime adduco, eo quod à cunctis nullo prorſus negotio legi poſsint. Itaq́ Vesicant. hos abſceſſus iuuantia ſunt accipienda. Quod si vlterius vrgeant, Vesicant. nil ſaltem vtilitatis præſtare poſſe, pro illis inflammationibus quæ viſcera abſq́ vllo abſceſſu circa articulos ſuccedente infeſtare ſolent: ijs quoq́ reſpondeo, non abſceſſus tantum, ſed alias ſenſibiles excretiones, vt ſudorem poſſe vtiliter has affectiones iudicare. Pro qua re Galenum videant tertio de crisibus qui ſcribit: Iudicat autem & phrenitidem ſudor bonus: Et paulo poſt, ſubdit: iuuat autem & ſudor bonus omnes, quæ ſunt in præcordijs inflammationes, calidas, & acutas: Et eodem loco: Sudores vero (inquit) omnibus febribus proprij

Tex. 73.
Tex. 67.

ſunt,

sunt, & præcipue incendentibus; iuuant aũt „
& efferuentes inflammationes quando (si- „
cut & antea diximus) vna cum coctionib⁹ „
emanauerint. Ex ijs igitur constat, non „
abscessus modo, sed & sudores, inflammatio-
nes omnes, & febres iuuare. Quod si sudor
iuuat, cur etiam Vesicantium excretio pro-
desse non poterit? Hanc profecto vtilitatem
vidit Massa. qui naturam probe quidem
per cutem agere concedit: eam tamen esse
imitandam, aut locum vbi ponuntur Vesi-
cantia ad cutem pertinere, minime vult ad-
mittere idcirco in sequenti capite hæc duo e-
xaminabuntur.

CAPVT XXX.
In quo aliæ examinãtur Maſſ. obiectiones & refelluntur.

M*AGNAM sanè, & potiorem rationum contra nos adductarum partem, prorsus confractam esse credo: partim ex ijs, quæ de hoc Vesicãt: impedimento absolute considerauimus, partim vero ex ijs,*

quæ proxime de Pestiferis explicauimus. Iā enim constat, ac magis in sequentibus patebit, in Pestiferis, cutaneas excretiones sui ratione semper vtiles, & consequenter, si imperfectæ fuerint, adiuuandas: quod tamen cū Mass. apertissime neget, audiat, quæso, vnusquisq; sequentem illius obiectionem. Inquit igitur naturam plerunq; per alia loca vtiliter humores euacuare, hasq; euacuationes à Vesicant. impediri posse. Naturam per alia loca à cute diuersa vtiliter plerunq; euacuare, ego minime recuso: sed iam ostendi quas nam excretiones Vesicant. impedire possint, & quas adiuuare, & quo tempore, & quomodo in quocunq; casu medicus agere debeat. Idcirco his tanquàm declaratis prætermissis, hoc vnum cupio in Mass. considerari, qui vult omnia loca, cute excepta, vtiliter morbos iudicare posse. Quæ est ratio, cur natura vtiliter ad nares, ad aluum, ad os ventriculi, ad vrinas, ad alias partes vtiliter humores transmittat, ad cutem vero nunquam, sed perniciose tantum agat? profecto ego hanc caussam non intelligo: Quod si

353

concesserit etiam expulsiones ad cutem quandoq; vtiliter fieri, cur ergo ars ipsa naturam imitata non poterit cutem irritare, sicuti nares ventriculum intestinaq; irritat, vt ad hanc partem inclinet? Sed aliam audiamus adhoc nostrum quæsitum Massæ responsionem. Inquit ille, naturæ opera minime esse imitanda. (Hæc enim sunt illius verba.) ,, Pag. 81.
,, *Quandoquidem si natura nihil intendit ad*
,, *cutem transmittere, quid est, cur medicus*
,, *illius minister & imitator velit ipsi vim in-*
,, *ferre, atq; eam purgationem aggredi, quæ*
,, *à naturæ proposito est aliena? Hæc est Mass. sententia, quæ si admittatur totam fere medicinam corruere oportet. Etenim apud illum excretiones in principijs morborum & tempore cruditatis quanquàm imperfectæ vtpote symptomaticæ nunquam sunt adiuuandæ, in statu vero, & tempore coctionis à natura sponte sua, & vtiliter fiunt, vel si sponte non fiant (ex Mass.) non est quod quispiam illi vim inferre velit, ergo cessat purgatio, clyster, vomitus, venæsectio, scarificatio, exulceratio, vstio, cessant deniq; omnia. At ve-*

ro putamus ne Massariam hoc facturum? naturamq́; non mouentem sine medicamentorum motione permissurum? absit; vt hoc credam, naturam enim nihil agentem, ipse quoq́; ad eas excretiones sollicitabit quæ in locum fiant decentissimum, & naturæ, magnitudini, motui, ac malignitati [illegible] sunt opportuna: talem locum esse cut[illegible] ostendi: & in posterum ostendam, itaq́; hunc etiam maxime omnium aperire conuenit.

Quod cum forte videret Maß. se minime negare poße, ad aliam obiectionem confugit qui inquit, hæc nostra Vesic. in cutem non attrahere sed in pedem, aut manus, & aliud esse humores in pedem vel in brachium duci, aliud vero in vniuersam cutim. Quid est hoc quæso quod dicit Maß. an forte in brachium vel pedem ducere, non erit in illius partis cutẽ, imo in vniuersam cutem deducere? Ego sanè attractionem quæ in pedem, vel brachiũ fieri à vesicantibus consueuit, in cutem illius brachij, aut pedis, dici posse pro comperto habeo. Si.n. vesicantia humores in vniuersam cutem confluentes impedire non poßunt,

imò

354

imò potius cum à centro ad circumferentiã deducant, adiuuare, neq; vllus est, qui eam, quæ ab ipsis in parte vbi ipsa affiguntur, moliri solet attractionem, cutaneam non existimet, cur ergo non erit cutanea euacuatio nuncupanda? Sed demus Vesicant. in cutem non trahere, verum potius ad articulos duce re, an forte putabimus, propterea illa non esse apprime vtilia? sanè id superius abunde ostẽdimus. Constitutum sit igitur, Vesicant. in cutem attrahere, vtiles fluxiones adiuuare, inutiles autem prohibere, propterea naturæ nulla ex parte impedimento esse. Quæ ꝑ nũc ad euacuandum hoc argumentum, satis esse volo, cum plurima in sequentibus de talibus naturae motionibus in principio pestiferarũ factis, & adiuuandis dicturi simus. Ad quã disputationem tanquàm omnim pulcherrimam & difficillimam, alijs praetermissis, leuioribus argumentis quae partim à nobis, alias satis superq; fuere dissoluta, partim etiã ab Octauiano Roboreto, eleganter et eruditè proposita, discussa, & funditus diruta, sunt, me quamprimũ confero: qui existimo, hanc

sequentẽ

ſequentem partem cœteris ferè omnibus doctrinae varietate, rerũ ſubtilitate, & totius artis medicae utilitate eſſe praeferendam.
Qui igitur plures obiectiones, atq; illarum ſolutiones contra haec medicamenta videre cupiat, aliam noſtram diſputationem, et Roboreti tractatum adeat; nos enim ad maiora animum cõuertimus. Quo in loco illã Maſs. contra nos adductam rationem iterum expẽdemus, qua inquit excretiones cutaneas non eſſe ſemper iuuandas, ſed tantum cum probe fiant, multas uero eſt iſtis improbas eſſe.

CAPVT XXXI.

An recta materiæ auxilii inuentio, & adminiſtratio, curatio dici poſsit, & quibus nam Peſtiferis conueniant Veſic.

CVRATIONEM in duplici ſignificatione accipi poſſe, non modo recentiores medici, ſed & Gal. ipſe tam apertis uerbis non unico loco explicarunt, ut rem hanc pluribus confirmare pudeat. Etenim 7. meth. cap. 3. & lib. de Marcore cap. 6.

unam

unam quidem curationē inquit esse auxilij, alteram vero materiæ auxilij inuentionem, & eiusdem rectam administrationem. Quã quàm autem vtraq; curatio dicatur, nihilòminus secunda magis proprie curatio, quam prior vocari debet; Is enim reuera morbum curat, qui materiam hanc vel illam loco affecto, debito tempore, quantitate, & modo adhibet; vt propterea etiam empiricorũ, & analogismo vtentium exercitatio, curationis nomen mereatur, quamuis per indicationes non procedat. Hinc Gal. priorem illam quæ est auxilij inuentio generalem methodum, secundam vero curõnem membratim seu specialim dictam vocat; quasi nobis idipsum significet, huius secundæ curõnis nomen magis ꝑprium quàm prioris esse. Sic. n. scribit. At quæ mēbratim medicatio agitur, ex his duabus conficitur, nempe materiæ copia, & huius congruo vsu. Itaq́ nos summa cum ratione in superiore nostra disputatione diximus, transeundum esse ab indicationibus ad curationem; Posteaquam hæc est vera, & propriè accepta curatio. Quæ cum Mass. minime

7. meth. 3.

355

me

me ignota esse possint, mirum est, cur ille initium suarum obiectionũ ab hac ipsa fecerit, quæ nihil prorsus contra nos concludit. Cum .n. inquit nos male curationem ab indicationibus seiunxisse, eo quod curatio nil aliud sit quam auxilij per indicationes inuentio: Dico id esse falsum; Etenim quamuis hæc quoq; curatio dici possit, non tamen sola aut proprijssime curatio est, sed materia auxilij inuẽtio, & eiusdem rectus usus, (ut ex Gal. ostẽdi) maxime nomẽ hoc mereri videtur. Ad quam hoc tempore congruum est descendere; et primo quibus nam conueniant Vesicãt. explicare; postea vero de tempore, loco, modo, & materia tam simplici quam composita verba facere. Dum igitur de subiectis ad Vesicantia in Pestiferis suscipienda aptis est sermo, pauca admodum excludi video. Etenim quamuis Galen. calidis intemperaturis & 6. de tuend. val. & 13. meth. medicamẽtum ex Thapsia & Sinapi prodibeat, at certum est aliud esse capiti ad intemperatura mutationem, aliud uero extremis partibus ad reuulsionẽ hæc affigere. Gal. itaq; eos iurè

Cap. ix.
Cap. xxij.

improbat,

improbat, qui ad corrigendam hanc ipsam calidam intemperiem talibus remedijs vtuntur; qua operõne nil certe temerius, aut stolidius fieri põt: Calidam enim intemperiem calidis tractare, est illam augere non aũt curare: Nos voro hac ad reuulsionem, et deriuationem locis à capite valde distantibus apponimus; quod si aliquando ẽt capiti admouenda esse velimus, id non pro emendanda intẽperatura, sed pro putridi, & venenati euacuatione ꝓponimus, vt in phrenitide fecit Gale. quãdoq; etiam ad reuulsionem materia in Thoracem dilabentis vtiliter id facimus Gale. pariter imitati, qui (vt alias dixi) in hac calida capitis intemperie, pro reuellenda tamẽ salsa fluxione, talia medicamenta capiti apponit: Et quamuis in cap. 13. meth. v. meth. salsedinis mentionem nõ faciat, attamen in cap. sequenti 14. salsa destillationi hac conuenire apertissime ostendit; qui cum dicat, ex illis qui vlcere pulmonis laborant, eos esse insanabiles, qui ex salsa destillatione id patiũtur, remedia ijs conuenientia subiungens, inter cætera medicamentum ex Thapsia capiti

13. meth. cap. 22.

5. meth. cap. 13.

356

imponit. Itaq; cum magis vrgeat Pestiferarum venenum, licebit etiam in istis calida existente totius, aut partis intemperie, Vesic. adhibere. Conueniunt quoq; in omni corporis habitu, & natura gracili, non tamen ex morbo, tabidis: In ætate autem puerili, ac prægantibus simplices Sinapismi potius quā Vesicantia grauiora sunt administranda. De febrium aūt differentijs non est quod plura dicam, cum iam ex declaratis constet, omnibus siue hectica, siue putrida sint hæc remedia conuenire, dummodo tamen ab inflammatione iam ex toto facta non prodeant, in his .n. pro euacuatione tantum in declinatione non p reuulsione conueniunt. Reliquis aūt omnibus ad reuulsionem administrantur, dummodo tamen legitime & exquisita sint: Etenim in spurijs quæ cōiter absoluto nomine potius maligna, quam Pestilentes vocantur, aliquā puto temperamenti, ætatis, sexus & pcipue pgnantium rōnem habendam esse: ne scilicet simplices et & leuiores Sinapismi in calidioribus, pueris, aut vtero gerentib⁹, sine magna necessitate affigantur. In legitimis vero ita

agendum

agendum esse duco, quemadmodũ paulo ante exposui. Vt ꝑpea neq; tempus anni calidum, nec regio, aut constitutio in tali casu possint hac ꝓhibere. Sed cum iam de tempore saltẽ vniuersali huius remedij administrandi incidit sermo; aequum est, vt ab hoc ad particulare descendamus, et vtrum in principio, augumento, statu vel declinatione conueniant explicemus. Quia vero vsus Vesic. ꝑcipuus in Pestis. est reuulsio, idcirco de hoc tempore reuulsioni accommodato, in primis erit sermo.

357

CAPVT XXXII.

Prima ratio cur Vesicantia ante coctionẽ conuenire possint.

SI quod est tempus in quo Vesic. cum aliquo fructu adhibeãtur, illud sanè est principium, & augumentum: Cum .n. circa hac tempora improba fluxiones fiant, eas statim retrahere oportet, si tempus agendi à ꝑsentia indicantis desumitur. Quam veritatem etsi his tantum paucis satis confirmatã esse arbitror, nihilomin⁹ nunc ipsam pluribus demon

strare decreui, cum multis videam illā hinc inde vrgeri difficultatib⁹, de quib⁹ singulis, suo loco sum dicturus. Ab ea igitur rōne exordiar, quam ex trib⁹ pcipuis scopis circa initia, pro putridis febrib⁹ curandis à Gale. & Mass. ppositis atq; absoluendis desummo; sunt aūt putredo, phibita transpiratio, obstructio. Nam quod ad putredinem pertinet, cū ea ab humiditate excremētitia foueatur, Vesicantium aūt materiæ omnes sint exiccantes, consequenter p putridine Vesic. conuenire, nemo ingenuus ibit inficias. Quod vero ad phibitam ptinet transpirōnem, à quacūq; caussa pducatur Vesic. minime obesse, semp aūt pdesse posse sequentia demonstrabunt. Etenim si ex densitate fiat, cum densitas ex frigida caussa pueniat, Vesic. quæ ex omniū consensu calefaciunt, eam curabunt: Quod si ex obstructione a crassis, & glutinosis humorib⁹ pducatur, in hoc etiam casu Vesic. egregiam operam pstabunt, vtpote quæ materias calidas p humorum frigiditate, tenuium partium p crassitie & lentore, Rypticā deniq; .i. detersoriā facultatem contineant. Idcir-

co

co Gal. 8. meth. inter ea, q̃ valentissime deter- Cap.i.v
gere possunt, saponem recenset, quem ex ma- 358
teria, quam continet, ad phœnigmos ptiuere,
superius ostendi. Cæterum video Mass. sta-
tim dicturum, ad obstructionem, aut densi-
tatem curandam, nec sola deobstruentia, nec
sola rarefacientia sufficere, sed omnem obstru
ctionem cum partim quidem sit facta, par-
tim autem fiat, & Vesicantibus & cæteris
oib⁹ calidis extrinsecus vsurpatis potius au-
geri, eo quod, eodem Gal. authore, crassi hu- 8.meth.iv.
mores in cutem deducãtur. Cui quidem obie
ctioni facillime cum eodem Gal. dupliciter sa
tisfacio, primo quia volo, ante Vesic. admini-
strationem, semper (virib⁹ pmittentibus et in
dicante psente) vtiles euacuationes esse præ-
mittendas, aut misso sanguine, & purgatione
aut vno saltem ex ijs modis, si vtrunq; vires
sustinere non possint; deinde vero quia cum
ex Gal. xi. meth. ad obstructionem inhiben-
dam, obstruentium succorum affluxum com-
pescere opus sit, quem & ob copiam, & ob
motum fieri contingit, etiamsi sanguinis mis
sionem, & purgationem tam copiam minue

re,

re quam motum compescere nemo ambigit. Vesic. tamen (q̃q̃ obscurius, & serius) id ipsum p̃stare posse, mihi p̃suadeo. Si igitur euacuant, & fluentes succos reuellunt, consequẽter obstructionis augumentum p̃hibent: si calida sunt, rarefaciunt, si tenuium partium et rhyptica detergunt; si sicca putredinem augent: quamprimum ergo non expectata humorum coctione sunt adhibenda. Etenim Gal. hos ipsos scopos ante omnem febris curationem implendos esso, in illo xi. meth. satis aperte explicauit. Hæc igitur est vna ratio, p̃pter quàm Vesic. in principijs apponenda esse arbitrer, sed ad fortiores transeamus.

CAPVT XXXIII.

Vesicantia circa febrium initia conuenire, quòd materia in Pestiferis semper turgida dici posfit.

DVÆ sunt p̃cipuæ rõnes, quæ me mouent ad credendum, Vesic. si quo morbi tempore, at certe in principio conuenire. Quarum prima à materia turgentia, altera

ra autem à venenositate desumitur. Itaq; hoc loco circa primam versabor, postea vero ad secundam quoq; me conuertam. Quod igitur ad priorem pertinet, eam sanè maximi momenti esse existimo, quidquid contra illam attulerit Mass. cuius obiectiones postea considerabo. Potest .n. enthimema hunc in modum deduci; Humores in pestiferis turgent, ergo à principio sunt euacuandi; Vt verò humores in pestiferis turgentes esse demonstremus, quid turgētis nomine intelligamus, ante omnia explicare oportet. Ego .n. multo aliter huius vocis cum Gal. & Hippo. significationem accipio, quàm apud alios acceptā esse videam. Vsus apud plurimos inualuit, illam tantum turgidam appellare, quæ in motu, & latione est posita, huc atq; illuc per varias corporis partes vagatur, neq; certam adhuc sibi sedem proponit. Quam significationem ex Gal. prima, & quarta aphor. desumunt: vbi scribit, humores in motu positos, atq; transfluxu à partibus ad partes per totum corpus delatos, nondum in aliqua parte firmatos, propriam turgentia naturam constituere.

Apho. xxij.
Apho. prim.

tuere.

tuere. Quam quidem turgidi significatione, tanquàm oĩum ꝑpriȷsſimam ego quoq; liben ter admitto; ſolam autem eſſe minime arbitror, qui in Gal. & Hipp. alias plures inuenio. Tex. IX. *Etenim 2. in 6. Epid. non amplius turgidam abſolute eam vocat quæ ad varias corporis partes delabitur, ſed illam quæ ad euacuationem ꝑperat, dicens:*
„ *Nam in humoribus ad exitum paratiſsimis & ad euacuatio*
„ *nem properantibus in ꝑxime dicto et in aliȷs*
„ *apho. hac voce turgere uti videtur. In lib. de quos & quando purgare oportet, tenues, & ſeroſos humores tanq̃ turgentes, à principio euacuandos eſſe docet, nulla lationis impetuo* Aphor. X. *ſa facta mentione. Et 4. aph. quatuor proponit turgentis materiæ differentias, quarum prima eſt materiæ ad expulſionis loca prope-*
„ *rantis: Sic enim ſcribit. Quando igitur vel*
„ *in toto corpore ſimilis huic fuerit naturæ impetus ad excretionem ſuperfluitatum, (ecce vnam turgentis materiæ ſpeciẽ a Gal. propo*
„ *ſitam) cui aliam ſubnectit his verbis. Vel ſi*
„ *non toto corpore, ſaltem in partibus principa-*
„ *lioribus; tale quid conſueuit Hippo. per ver-*
bum

tem habeat ad facilius attrahendum super- „
abundantium humorum motum. Si itaq; „
superabundantium humorum motus, phar-
maci in principio euacuationem coadiuuat,
ergo copiosi humores, ipsi quoq; ad turgentes
iure merito sunt refferendi. Ex quibus duo
pracipua colligenda esse existimo, primum q
dem, non omnem calidum humorem et tenuē
turgidum dici posse, secundum uero aliquem
humorem quanquàm minime calidum, pos-
se tamen turgentis conditionem suscipere.
Humores enim calidos alicui parti iam ita
infixos, nempe inflammationem legitimam
constituentes, non amplius turgentes appella-
re oportet, sed tunc tantum, quando adhuc
in motu & latione fuerint, siue ad excretio-
nis loca, siuè ad uarias corporis partes seu de
niq; ad unicam Principem in qua tamen ad
huc non sint firmati, properare, uideantur.
Ubi uero iam firmam sedem posuerint, &
inflammatiouem effecerint, purgantibus me
dicamentis amplius non cedunt, quod docuit
Hipp. 4. acut. illis uerbis. Quicunq; ea quae Tex. xxij.
inflammantur statim in principio morborum „

ro putamus ne Massariam hoc facturum? naturamq; non mouentem sine medicamentorum motione permissurum? absit; vt hoc credam, naturam enim nihil agentem, ipse quoq; ad eas excretiones sollicitabit quæ in locum fiant decentissimum, & naturæ, magnitudini, motui, ac malignitati m[illegible] sunt opportuna: talem locum esse cut[illegible] ostendi: & in posterum ostendam, itaq; hunc etiam maxime omnium aperire conuenit.

Quod cum forte videret Mass. se minime negare posse, ad aliam obiectionem confugit qui inquit, hæc nostra Vesic. in cutèm non attrahere sed in pedem, aut manus, & aliud esse humores in pedem vel in brachium duci, aliud vero in vniuersam cutim. Quid est hoc quæso quod dicit Mass. an forte in brachium vel pedem ducere, non erit in illius partis cutẽ, imo in vniuersam cutem deducere? Ego sanè attractionem quæ in pedem, vel brachiũ fieri à vesicantibus consueuit, in cutem illius brachij, aut pedis, dici posse pro comperto habeo. Si. n. vesicantia humores in vniuersam cutem confluentes impedire non possunt,

imò

imò potius cum à centro ad circumferentiã deducant, adiuuare, neq; vllus est, qui eam, quæ ab ipsis in parte vbi ipsa affiguntur, moliri solet attractionem, cutaneam non existimet, cur ergo non erit cutanea euacuatio nuncupanda? Sed demus Vesicant. in cutem non trahere, verum potius ad articulos duce re, an forte putabimus, propterea illa non esse apprime vtilia? sanè id superius abunde ostẽdimus. Constitutum sit igitur, Vesicant. in cutem attrahere, vtiles fluxiones adiuuare, inutiles autem prohibere, propterea naturæ nulla ex parte impedimento esse. Quæ ꝑ nũc ad euacuandum hoc argumentum, satis esse volo, cum plurima in sequentibus de talibus naturae motionibus in principio pestiferarũ factis, & adiuuandis dicturi simus. Ad quã disputationem tanquàm omnim pulcherrimam & difficillimam, aliis praetermissis, leuioribus argumentis quae partim à nobis, alias satis superq; fuere dissoluta, partim etiã ab Octauiano Roboreto, eleganter et eruditè proposita, discussa, & funditus diruta, sunt, me quamprimũ confero: qui existimo, hanc

ſequentem partem cæteris ferè omnibus do-ctrinae varietate, rerũ ſubtilitate, & totius artis medicae utilitate eſſe praeferendam. *Qui igitur plures obiectiones, atq́; illarum ſolutiones contra haec medicamenta videre cupiat, aliam noſtram diſputationem, et Roboreti tractatum adeat; nos enim ad maiora animum cõuertimus: Quo in loco illã Maſs. contra nos adductam rationem iterum expẽdemus, qua inquit excretiones cutaneas non eſſe ſemper iuuandas, ſed tantum cum probe fiant, multas uero eſt iſtis improbas eſſe.*

CAPVT XXXI.

An recta materiæ auxilii inuentio, & administratio, curatio dici poſſit, & quibus nam Peſtiferis conueniant Veſic.

CVRATIONEM in duplici significatione accipi poſſe, non modo recentiores medici, ſed & Gal. ipſe tam apertis uerbis non unico loco explicarunt, ut rem hanc pluribus confirmare pudeat. Etenim 7. meth. cap. 3. & lib. de Marcore cap. 6. unam

unam quidem curationẽ inquit esse auxilij, alteram vero materiæ auxilij inuentionem, & eiusdem rectam administrationem. Quã quàm autem vtraq; curatio dicatur, nihilominus secunda magis proprie curatio, quam prior vocari debet; Is enim reuera morbum curat, qui materiam hanc vel illam loco affecto, debito tempore, quantitate, & modo adhibet; vt propterea etiam empiricorũ, & analogismo vtentium exercitatio, curationis nomen mereatur, quamuis per indicationes non procedat. Hinc Gal. priorem illam quæ est auxilij inuentio generalem methodum, secundam vero curõnem membratim seu speciatim dictam vocat; quasi nobis idipsum significet, huius secundæ curõnis nomen magis pprium quàm prioris esse. Sic. n. scribit. At » quæ mẽbratim medicatio agitur, ex his dua- » bus conficitur, nempe materiæ copia, & huius » congruo vsu. Itaq; nos summa cum ratione » in superiore nostra disputatione diximus, transeundum esse ab indicationibus ad curationem; Posteaquam hæc est vera, & propriè accepta curatio. Quæ cum Mass. mini

355

7.meth.3.

me

me ignota esse possint, mirum est, cur ille initium suarum obiectionũ ab hac ipsa fecerit, quæ nihil prorsus contra nos concludit. Cum .n. inquit nos male curationem ab indicationibus seiunxisse, eo quod curatio nil aliud sit quam auxilij per indicationes inuentio: Dico id esse falsum; Etenim quamuis hæc quoq; curatio dici possit, non tamen sola aut proprijssime curatio est, sed materia auxilij inuẽtio, & eiusdem rectus usus, (ut ex Gal. ostẽdi) maxime nomẽ hoc mereri videtur. Ad quam hoc tempore congruum est descendere; et primo quibus nam conueniant Vesicãt. explicare; postea vero de tempore, loco, modo, & materia tam simplici quam composita verba facere. Dum igitur de subiectis ad Vesicantia in Pestiferis suscipienda aptis est sermo, pauca admodum excludi video. Etenim quamuis Galen. calidis intemperaturis & 6. de tuend. val. & 13. meth. medicamẽtum ex Thapsia & Sinapi prodibeat, at certum est aliud esse capiti ad intemperatura mutationem, aliud uero extremis partibus ad reuulsionẽ hæc affigere. Gal. itaq; eos iurè improbat,

Cap. ix.
Cap. xxij.

improbat, qui ad corrigendam hanc ipsam calidam intemperiem talibus remedijs utuntur; qua operõne nil certe temerius, aut stolidius fieri põt: Calidam enim intemperiem calidis tractare, est illam augere non aũt curare: Nos voro hac ad reuulsionem, et deriuationem locis à capite valde distantibus apponimus; quod si aliquando et capiti admouenda esse velimus, id non pro emendanda intẽperatura, sed pro putridi, & venenati euacuatione pponimus, vt in phrenitide fecit Gale. quãdoq. etiam ad reuulsionem materia in Thoracem dilabentis utiliter id facimus Gale. pariter imitati, qui (vt alias dixi) in hac calida capitis intemperie, pro reuellenda tamẽ salsa fluxione, talia medicamenta capiti apponit: Et quamuis in cap. 13. meth. v. meth. salsedinis mentionem nõ faciat, attamen in cap. sequenti 14. salsa destillationi hac conuenire apertissime ostendit; qui cum dicat, ex illis qui vlcere pulmonis laborant, eos esse insanabiles, qui ex salsa destillatione id patiũtur, remedia ijs conuenientia subiungens, inter cœtera medicamentum ex Thapsia capiti

13. meth. cap. 22.

5. meth. cap. 13.

356

imponit. Itaq; cum magis vrgeat Pestiferarum venenum, licebit etiam in istis calidã existente totius, aut partis intemperie, Vesic. adhibere. Conueniunt quoq; in omni corporis habitu, & natura gracili, non tamen ex morbo, tabidis: In ætate autem puerili, ac prægantibus simplices Sinapismi potius quã Vesicantia grauiora sunt administranda. De febrium aũt differentijs non est quod plura dicam, cum iam ex declaratis constet, omnibus siue hectica, siue putrida sint hæc remedia conuenire, dummodo tamen ab inflammatione iam ex toto facta non prodeant, in his. n. pro euacuatione tantum in declinatione non preuulsione conueniunt. Reliquis aũt omnibus ad reuulsionem administrantur, dummodo tamen legitime & exquisitæ sint: Etenim in spurijs quæ cõiter absoluto nomine potius maligna, quam Pestilentes vocantur, aliquã puto temperamenti, ætatis, sexus & pcipue pgnantium rõnem habendam esse: ne scilicet simplices et & leuiores Sinapismi in calidioribus, pueris, aut vtero gerentib⁹, sine magna necessitate affigantur. In legitimis vero ita

agendum esse duco, quemadmodũ paulo ante expofui. Vt ppea neq; tempus anni calidum, nec regio, aut constitutio in tali casu possint hæc phibere. Sed cum iam de tempore saltẽ vniuersali huius remedij administrandi incidit sermo; æquum est, vt ab hoc ad particulare descendamus, et vtrum in principio, augumento, statu vel declinatione conueniant explicemus. Quia vero vsus Vesic. pcipuus in Pestif. est reuulsio, idcirco de hoc tempore reuulsioni accommodato, in primis erit sermo.

357

CAPVT XXXII.

Prima ratio cur Vesicantia ante coctionẽ conuenire possint.

SI quod est tempus in quo Vesic. cum aliquo fructu adhibeãtur, illud sanè est principium, & augumentum: Cum.n. circa hæc tempora improbæ fluxiones fiant, eas statim retrahere oportet, si tempus agendi à psentia indicantis desumitur. Quam veritatem etsi his tantum paucis satis confirmatã esse arbitror, nihilomin⁹ nunc ipsam pluribus demon

strare decreui, cum multis videam illã hinc inde vrgeri difficultatib⁹, de quib⁹ singulis; suo loco sum dicturus. Ab ea igitur rõne exordiar, quam ex trib⁹ p̃cipuis scopis circa initia, pro putridis febrib⁹ curandis à Gale. & Mass. ꝓpositis atq; absoluendis desummo; sunt aũt putredo, ꝓhibita transpiratio, obstructio. Nam quod ad putredinem pertinet, cũ ea ab humiditate excremẽtitia foueatur, Vesicantium aũt materiæ omnes sint exiccantes, consequenter ꝓ putridine Vesic. conuenire, nemo ingenuus ibit inficias. Quod vero ad ꝓhibitam ꝑtinet transpirõnem, à quacũq; caussa ꝓducatur Vesic. minime obesse, semꝑ aũt ꝓdesse posse sequentia demonstrabunt. Etenim si ex densitate fiat, cum densitas ex frigida caussa ꝓueniat, Vesic. quæ ex omniũ consensu calefaciunt, eam curabunt: Quod si ex obstructione a crassis, & glutinosis humorib⁹ ꝓducatur, in hoc etiam casu Vesic. egregiam operam p̃stabunt; vtpote quæ materias calidas ꝓ humorum frigiditate, tenuium partium ꝓ crassitie & lentore, Rypticã deniq; .i. detersoriã facultatem contineant. Idcirco

co Gal. 8. meth. inter ea, q̄ valentissime deter Cap.i.v
gere possunt, saponem recenset, quem ex ma- 358
teria, quam continet, ad phœnigmos ptiuere,
superius ostendi. Cæterum video Mass. sta-
tim dicturum, ad obstructionem, aut densi-
tatem curandam, nec sola deobstruentia, nec
sola rarefacientia sufficere, sed omnem obstru
ctionem cum partim quidem sit facta, par-
tim autem fiat, & Vesicantibus & cæteris
oib⁹ calidis extrinsecus usurpatis potius au-
geri; eo quod, eodem Gal. authore, crassi hu- 8.meth.iv.
mores in cutem deducātur. Cui quidem obie
ctioni facillime cum eodem Gal. dupliciter sa
tisfacio, primo quia volo, ante Vesic. admini-
strationem, semper (virib⁹ pmittentibus et in
dicante p̄sente) utiles euacuationes esse præ-
mittendas, aut misso sanguine, & purgatiōe
aut uno saltem ex ijs modis, si utrunq; vires
sustinere non possint; deinde vero quia cum
ex Gal. xi. meth. ad obstructionem inhiben-
dam, obstruentium succorum affluxum com-
pescere opus sit, quem & ob copiam, & ob
motum fieri contingit, etiamsi sanguinis mis
sionem, & purgationem tam copiam minue
re,

re quàm motum compescere nemo ambigit, Vesic. tamen (q̃q̃ obscurius, & serius) id ipsum p̃stare posse, mihi p̱suadeo. Si igitur euacuant, & fluentes succos reuellunt, consequẽter obstructionis augmentum ꝓhibent: si calida sunt, rarefaciunt, si tenuium partium et rhyptica detergunt; si sicca putredinem augent: quamprimum ergo non expectata humorum coctione sunt adhibenda. Etenim Gal. hos ipsos scopos ante omnem febris curationem implendos esso, in illo xi. meth. satis aperte explicauit. Haec igitur est vna ratio, ꝓpter quàm Vesic. in principÿs apponenda esse arbitror, sed ad fortiores transeamus.

CAPVT XXXIII.

Vesicantia circa febrium initia conuenire, quòd materia in Pestiferis semper turgida dici possit.

DVÆ sunt p̃cipuæ rõnes, quæ me mouent ad credendum, Vesic. si quo morbi tempore, at certe in principio conuenire. Quarum prima à materia turgentia, altera

ra autem à venenositate desumitur. Itaq; hoc loco circa primam versabor, postea vero ad secundam quoq; me conuertam. Quod igitur ad priorem pertinet, eam sanè maximi momenti esse existimo, quidquid contra illam attulerit Mass. cuius obiectiones postea considerabo. Potest .n. enthimema hunc in modum deduci; Humores in pestiferis turgent, ergo à principio sunt euacuandi; Vt verò humores in pestiferis turgentes esse demonstremus, quid turgētis nomine intelligamus, ante omnia explicare oportet. Ego .n. multo aliter huius vocis cum Gal. & Hippo. significationem accipio, quàm apud alios acceptā esse videam. Vsus apud plurimos inualuit, illam tantum turgidam appellare, quæ in motu, & latione est posita, huc atq; illuc per varias corporis partes vagatur, neq; certam adhuc sibi sedem proponit. Quam significationem ex Gal. prima, & quarta aphor. desumunt: vbi scribit, humores in motu positos, atq; transfluxu à partibus ad partes per totum corpus delatos, nondum in aliqua parte firmatos, propriam turgentia naturam constituere.

Apho. xxij. Apho. prim.

tuere.

tem habeat ad facilius attrahendum super- ,,
abundantium humorum motum. Si itaq; ,,
superabundantium humorum motus, phar-
maci in principio euacuationem coadiuuat,
ergo copiosi humores, ipsi quoq; ad turgentes
iure merito sunt refferendi. Ex quibus duo
pracipua colligenda esse existimo, primum q̃
dem, non omnem calidum humorem et tenuē
turgidum dici posse, secundum uero aliquem
humorem quanquàm minime calidum, pos-
se tamen turgentis conditionem suscipere.
Humores enim calidos alicui parti iam ita
infixos, nempe inflammationem legitimam
constituentes, non amplius turgentes appella-
re oportet, sed tunc tantum, quando adhuc
in motu & latione fuerint, siue ad excretio-
nis loca, siuè ad uarias corporis partes seu de
niq; ad unicam Principem in qua tamen ad
huc non sint firmati, properare, uideantur.
Vbi uero iam firmam sedem posuerint, &
inflammatiouem effecerint, purgantibus me
dicamentis amplius non cedunt, quod docuit
Hipp. 4. acut. illis uerbis. Quicunq; ea quae Tex. xxij.
inflammantur statim in principio morborum ,,

 soluere

,, *ſoluere medicamento tentant, ab eo quidem*
,, *quod intẽtum eſt, ac inflammatum nihil ad-*
,, *imunt, neq; .n. cedit cruda adhuc paſsio, quæ*
,, *uerò morbo reſiſtunt, & ſana ſunt, colliqueſ-*
ſcere faciunt: Hi igitur nequaquam turgẽ-
tes dicuntur; contra uero illi qui minime ca-
lidi ſunt, ad turgentes refferri poſſunt, dum
ſcilicet in Principes partes decumbunt, &
morbos acutos efficiunt. Qua ratione Gal. xiij. meth. cap. xxij.
ipſe non minus in lethargo, quam in phreniti-
de, à principio repellentia medicamenta com
mendauit, & cum ſanguinis miſsionem ꝓpo
nat, multo magis purgationem admiſſurum
mihi perſuadeo, vtpote quæ peccantem humo
rem melius quam vena ſectio educere poteſt.
Hactenus igitur turgentis materiæ differen-
tias docuimus, & humores ẽt à turgentibus
ſeparatos explanauimus.

CAPVT XXXIV.

Proponitur dubitatio quædam contra iam dicta, & diſſoluitur.

N*IHIL eſt (quantum ego cenſeo) quod magis dubias tot à nobis propo-*
ſitas

bum turgere significare, & statim per medi- „
camentū euacuationem faciendam indicat; „
priusquam vel virtus vitiata fuerit, vel fe- „
bris caliditas aucta sit, vel ad aliquod mem- „
brum principale decubuerint hi, qui per cor- „
pus vagantur humores. Ex quibus verbis
(vt ingenue dicam quid sentio) non vnā tan
tum turgentia differentiam à prioribus distin
ctam ꝓponi arbitror, sed potius tres, quarū
prima in illis verbis continetur. Vel virtus vi „
tiata fuerit, per qua ego materiam venenatā,
aut sine ueneno summam quandam putredi
nem assequutam turgentia nomine describi
censeo; eo quod nulla sit qua corporis uirtutē
magis uitiare possit quā uenenata ac summe
putrida, secunda autem differentia, illis uer-
bis exprimitur, Vel febris caliditas aucta sit: „
Hac enim calidos humores sub turgentibus
reponit, qui cum febrilem caliditatem mirū
in modum augere possint, hinc Gal. 3. pro- Comm.xxiiij.
gnostic. Sape enim (inquit) iam dictum est „
ut humores corporis calidiores tenuioresq́; pa „
ratissimi sint ad excretionē. Tertiam et ulti
mam continent ea uerba, uel ad aliquod mē- „

nuitate, & copia peccauerit purgatio in principio est concedenda, attamen ratione eius q̄ iam fluxa est & impacta sit relinquenda. Hinc̨ patet difficultatis solutio.

CAPVT XXXV.

Pestiferas febres omnes turgentium humorum differentias iam propositas continere posse.

CVM tot sint materiae turgentis propositae differentiae nullam profectò reperiri existimo, quae aliquando pestiferis febribus non coniungatur. Nam frigidos etiā humores, cum in omni febre pestifera ad partes principes tendant, (dum mouentur) turgidos vocabim⁹; & eo magis, si copiosi fuerint, cum comata, & lethargos saepissime inferāt. Omnium vero maxime ob venenatam qualitatem cunctis pestiferis communem turgidos vocabimus. At vero si pestiferam febrē ex calidis humoribus ortum ducere contingat, quis quaeso non confiteatur, hanc, prater summam putredinem & venenum, caeteras oēs

turgentiae

turgentiae differentias posidere? Vigilias.n. & delyria, motum in cerebrum ostendent, spirandi difficultates & suspiria, in cor, cardialgiae & nauseae in os ventriculi, lassitudines deniq; & alia id genus symptomata colliquationes scilicet dolores in vniuersum corpus. Quae omnia cum clariora sint quam vt alia probatione egeant, idcirco à me praetermittentur, & dictorum conclusionem afferam: In pestiferis materiam omni ex parte turgentem esse, propterea ad euacuationem nisi quid impediat eße properandum. Quod si quispiã tot materiae turgentis conditiones à pestiferis separare voluerit, vnam mihi concedat, quàm minime negare poterit, ego enim de cœteris non disputabo: hoc igitur tantum queram, nunquid materia pestiferam febrem constituens accelerare cogat euacuationem nec ne? Si enim quispiam non accelerare dicat, oportet illum quoq; febrem nec perniciosam nec acutam constituere; nihil.n. est quod magis euacuationem accelerare cogat, quam morbi acuties et pernities, quod si has febres euacuationem sollicitare concedat, tunc habeo

sitas turgentis materiæ differentias efficere posſit, quàm Hippocratis auctoritas, prima Aphor. ſcribentis. Concocta medicari atq; non cruda, neq; in principijs, modo non turgeant; plurima verò non turgent. Et paulo post inquit, in acutis paſſionib⁹ raro, & in principijs medicinis purgantib⁹ vti, & hoc cum præmeditatione faciendum. Quæ ſanè ſi vera ſunt, non videntur locum habere tot caſus a nobis ſuperius ꝓpoſiti, in quib⁹ purgatio à principio conueniat. Si enim & calidos, & tenues, & copioſos, & huc atq; illuc motos, & ad loca excretionis ꝓperantes, & in Principem partem decumbentes, q̃primũ euacuare oportet, id ſanè oſtendit, ſepiſſime materiam turgere, non autem raro, vt dicit Hippo. Oſtendit quinetiam, non raro, & cũ præmeditatione ſed frequenter, & abſq; vllo alio conſilio, in acutis à principio eſſe euacuãdum, cuius tamen oppoſitum legimus. Cuius quidem difficultatis ſolutio non eſt vſq; adeo difficilis. Statuo in primis quod puto eſſe veriſſimum, purgationem in principio ĩ acutis tantum morbis, non autem in chronicis conuenire,

362

Apho.xxij.

Apho.xxiv.

beo quòd volo, materiam in istis esse turgentem, & omnibus modis turgentem, Galen. enim in illa quarta aphorismorum particula, dum interpratatur hanc vocem turgere, nil aliud eam significare scribit, quam, quod cogat euacuationẽ accelerare. Itaq; in omnibus pestiferis materia ad hoc nos cogit, ergo erit turgida. Sed quando id forte est manifestius; quam vt tot confirmationibus egeat, iam ad consequentiam confirmandam accedamus, qua dicebamus, materia in pestiferis turget, ergo Vesicantibus in principio erit euacuanda.

Apho. primo.

CAPVT XXXVI.

Examinatur consequentia, & aliud quoq; argumentum à Veneno desumptum.

CVM satis abunde superius Vesicantium euacuationes præ cæteris omnib⁹ in pestiferis febribus accipiendas esse demonstrauerim, idcirco in p̃sentia non amplius in eo laborabo, vt probem, in hac necessitate euacuandi turgentem materiam, p̃ter purgatio-

nem medicamento excitatam, Vesicantia quoq; admittenda esse; sed tantum ad plenio rem huius rei doctrinam quoddam Massa riæ argumentum contra hanc consequentiã pductum reiciam, sic.n. statim apparebit qđ nobis probandum proposueramus. Inquit igi tur Massaria quæ est q̃so hæc consequentia? materia target ergo Vesicantia. Apud Hippo. inquit, nusquam talis consequentia reperiri poterit: qui in materia turgente à principio, purgante quidem medicamento nos uti posse consulit, Vesicãt. autem nunquàm. Hæc est Mass. ratio, cui ut satisfa ciam, illud primum sibi libentissime concedo, turgente materia purgationem à principio conuenire, neq; ego, qui Vesicantia propono, purgatorium medicamentum ulla ex parte (quando nihil impediat,) excludere volo, sed illius contra nos consequentiam minime admitto: in turgenti materia purgatio à prin cipio conuenit, ergo non Vesicã. Etenim hæc quoq; valeret, purgatio conuenit ergo neq; frictiones, neq; ligaturæ, neq; aliud ullum diuersionis genus competere potest, cum tamẽ

hoc

hoc ab omni recta doctrina, & medendi modo ab omnibus vsitato alienissimum esse, experientia ipsa doceat, & rationi repugnet. Idcirco non valebit purgatio conuenit ergo non Vesicanti. neq; enim hac materia semper ad vnicum expulsionis locum est pro pensa, imo vero ad plurima; idcirco pro loci varietate, varia quoq; in illis omnibus conueniunt irritamenta; purgationes inq; diuretica, sudorifica, atq; alia id genus auxilia ab Hipp. nomine irritamenti significata, cum dixit. Quæ iudicātur, et iudicata sunt integre, neq; mouere, neq; nouare aliquid siue medicamentis, siue alijs irritamentis. Itaq; cum in pestiferis purgatio à principio propter colliquatiuum fluxum ac propter deiectas vires non semper ita pridem conferat, cum præterea iam tot rationibus, & locis ostensum sit, turgidam hanc materiam maiore cum fructu ad cutim, quam ad alias vias moueri, iure à nobis illata videtur esse consequentia, Vesicant. in principio esse administranda, quia in principio etiam fluxiones in extimas partes vtiliter perduci solent. De qua re plu-

Prima apho. xx.

ra inferius sum dicturus. Interim verò aliã liceat rationem subiungere hac priore adhuc fortiorem, ex venenata qualitate desumptã, quam in alia etiam mea disputatione propositam nunc repetere non grauabor; cum qđ Mass. huius ipsius occasione, contradictionem in dictis nostris adnotauerit, tum vero quod illius uim ita paruifacere visus fuerit, vt refutationem non adduxerit cum tamen minimè illam sine impugnatione relinquendã existimarẽ. Erat itaq; argumentum, quod adducebam, à minori ad maius in hũc modum deductum, si Hipp. in turgente materia, quæ solo motu nõ autem Venenata qualitate peccet, ad validissima purgantia confugiendum esse consulit, ergo in hac febre pestifera cuius venenum vt superius ostendi ad turgentis species referri potest, & quod maiori ex parte utiliter per cutim iudicatur, minime erit quiescendum, sed satagendum, ut quamprimum in cutem erumpat. Hæc fuit nostra ratio: cuius sententiam, inquit, Mass. alijs quibusdam nostris dictis repugnare: dũ diximus turgidos humores non solum copia,

Pag. xiv. in principio.

sed

ſed etiam praua qualitate peccare, pugnãt vero (Maſſ. iudice) hæc duo inter ſe humores turgidos motu, & praua qualitate peccare, cum eo quod alibi ſcriptum eſt, materiam turgentẽ ſolo motu, non autem venenata qualitate peccare. Hæc eſt contradictio, à Maſſ. in noſtra anni præteriti diſputatione, notata. Cuius diſſolutionem vnuſquiſq; ſponte ſua ſi noſtra legerit facillime cognoſcere poterit. Fateor quidem me quandoq; illa Galen. verba, quæ in prorrith. hunc in modum habent. Continguntq; hæc ex ratione in his affectionibus, quæ ex copia, vel qualitate fiunt prauorum humorum, &c. ſic eſſe interp̃tatum, quaſi Gal. voluerit, humores proponere non ſolum copia, ſed & venenata qualitate peccantes. At vero quod ex hac vnica Gal. expoſitione omnes turgidos humores, in quocumq; morbo venenatos eſſe voluerim, neq; ex illo loco, neq; ex vllo alio ad meam mentẽ colligi poterit: Ego. n. turgidos humores, plerunq; etiam non venenatos, conſtituo, quamquam in febre peſtifera in communi illa ſignificatione turgidos, deinde vero, et venenatos

Pag. xiv.

ſimul

ſimul dici poſſe arbitror. Itaq; cum venenũ à turgentia illa communiter accepta, ſeparari poſſe exiſtimẽ, non iniuria argumentum tale à minori ad maius confeci, cuius confirmationem pluribus verbis explicare, minime neceſſarium eſſe puto, quia nil contra illud inuenit Maſſ. quod vere obijceret: tum vero quod iam luce clarius conſtare videam, peſtiferas febres ex venenata qualitate ortũ ducere, idcirco neminem reperiri exiſtimen (vnico forte Maſſ. excepto) qui in tali veneno coctionem expectandam eſſe arbitretur. Quanquàm enim Gal. venena aliqua frigida temporis ꝑgreſſu in humanis corporibus paulatim ſuperari, & coqui docuerit; attamen de calidis, & putrefacientibus, (qualia eſſe febrium venena vnuſquiſq; libentiſſime confitetur,) nec Gal. nec alius quiſ iam probatus author, coctionem in illis expectat; Quinimmo aperto ore Gale. ipſe tertio illo ſimpl. non ſemel tantum, profitetur hac ipſa ſemper in corpore deteriora fieri, & cuncta putreſacere, ac corrumpere. Si igitur peſtiferarum venenum calidum eſt, & quanquàm ex frigi

iij. Simpl. cap. xviij.

da

da materia quandoq; eleuetur, attamen ex putredine caliditatem contrahit. Si talia ſem perdeteriora euadunt, profectò mihi omni optimo iure videtur eſſe inferendum, ea remedia ſtatim ab initio eſſe adminiſtranda, quæ ſuperius docuimus, caliditate, & ſubſtantiæ proprietate, venenum in cutem euocare. Sed alias confirmationes audiamus.

CAPVT XXXVII.

Galeni teſtimonio cōfirmatur pernitioſos omnes morbos circa initia iudicari.

DIuiniſsimus Gal., qui propoſitam, et confirmatam à nobis veritatem optimè deprehendit, acutos ſcilicet ac pernitioſos morbos, & ratione turgentiæ, & venenatæ qualitatis, circa initia cruda adhuc exiſtente materia, potius, quam in declinatione con coctoq; iam morbo euacuantibus medicamentis eſſe tractandos; hanc eandem pluribus locis & exemplis comprobare, et illuſtrare voluit: quæ ſingula diligenter examinare decreui, poſteaquam non modo ſint ferè totius diſputationis

ſputationis fundamentum, ſed etiam noſtrā Maſſariæ aperiant opinionem, qui ſummopere expetijſſe videtur, vt à nobis intelligeret, nunquid ſymptomaticas excretiones adiuuandas eſſe cenſeremus, an potius cohiben das, & impediendas; cum ex alibi explicatis, mentem noſtram aſſequi minimè potuerit, dum aliquando eas damnare, quandoq; vero comprobare viſi ſumus. Ego vero hoc tēpore & Maſſariæ, ac cæteris palam facio, me ſymptomaticas plures excretiones adiuuandas eſſe arbitrari, plures vero etiam damnandas, retrahendas & impediendas. Verſabor itaq; ante omnia circa primam propoſitam concluſionem Gal. teſtimonio illam confirmans qui vult tales acutos, & peſtiferos morbos, potius circa initia, quam in ipſo ſtatu iudicari. Habemus pro hac re locum alias citatum, à nobis etiam explicatum, ſed à Maſſ. deinde ita obſcuratū, vt noua egeat explicatione. locus eſt, primo in primum Prorrhet. Vbi ſcribit Hippocr. In phreniticis in principio clementer habere, ſed crebro ꝑmutari, malum, ideſt, Gale. multa habet in eo

Lib. xij.

comm.

comm. quorum germanus & legitimus sensus est: Hanc Hipp. doctrinam solius phrenitidis non esse propriam, sed cuiuscunque alterius morbi. Vbi enim in quocunque morbo, qui clemens fuerit, talis clementia mutetur ad inclementiam, hoc, est indicium vires vinci à morbo: & quia Hippo. dixerat in principio, considerat Gal. hanc vocem, & inquit, ideo Hippo. dixisse in principio, quia nec forsan aliter fieri potest, videlicet nos in principijs mutationes assiduas videre, non autem cum morbi protracti fuerint. Cum vero videret Gal. hanc doctrinam multo diuersam esse ab ea quam in lib. de crisibus, & alibi docuerat, mutationes scilicet morborum, quando illi protracti fuerint, in statu, tempore coctionis, frequentissime videri, non autem circa initia, quando crudus adhuc est morbus: Vt huic tacitæ obiectioni occurreret, rationẽ reddit, cur dixerit, aliter esse non posse, dicẽs id fieri, quia tales morbi, aut ex copia aut qualitate fiunt prauorum humorum, in aliam aliasque partem, interdum quidem in principem, interdum vero in non principem transmigrantium;

tium; quasi dicat Galenus: Coctio, & conse quenter morborum mutatio quæ in statu fit, in morbis non turgentibus, & in illis qui praua qual. minimè sunt infecti, est expectanda: vbi autem affectiones vel ex copia, vel ex praua humorum qualitatę ortum ducũt, qui turgentes & furiosi huc atq; illuc vagentur, modo in hanc modo in illam partem, quãdoq; principẽ, quandoq; non principem ruãt, in istis ratio ipsa persuadet, vt mutationes potius in principijs, quàm in statu fiant, consequenter si in ignobiles & non principes partes fuerint, rationi consentaneas, & si imperfectæ fuerint, adiuuandas; esse: Vt Gal. eo ipso loco docuit, qui inquit: Quod si huiusce modi humorum transfluxiones in principes partes fiant, clementiam morbi corrumpunt: Si vero in non principes, illas nobis ostendere, quo maximè tempore medicis ad infestantium vel copia vel qualitate humorum vacuationes procedendum sit: quasi dicat Galenus; Quando isti humores, ad principes partes non confugiant, sed ad imbecilliores propterea congruas, & conferentes cum præceptum

ptum habeamus quo natura vergit eo ducen dum esse, & tunc ducendum, cum excretio iuuat, si iuuant in principio, ergo tunc erit ad iuuanda, non autem cum iam occasio prate- rierit. Hæc igitur est illius loci vera, & genui na interpretatio, vt locum legenti, patebit. Nunc modo videamus qua ratione Massa- ria, & locum illum, & interpretationem nostram obscurare tentauerit. Sciendum aũt illum in quibusdam a nobis minime dissen- tire in alijs vero longe lateq; recedere. Primum.n.non modo in eo a nobis nõ discre pat cum dicimus in morbis qui ex copia, & mala humorum qual. ortum ducunt, permu tationes, potius in principio quam in statu, fie ri, sed ille quoq; rationem affert, dicens; hu- iusmodi transmutationes principio morbi po tius contingere, quia eo potissimum tempore, humores & copia, & mala qualitate ne- gotium faciunt, quam morbi progressione, quando probabile est, & copiam imminu- tam, & malam qualitatem aliqua saltem ex parte emendatam fuisse. In hoc igitur pri- mo ambo, conuenimus; Id quod, etiam si aper

tissimis verbis in mea disputatione significauerim, ille tamen, (ut puto) uolēs & lubēs quærit ita peruertere, ut me à seipso & ab hac proposita ueritate retrahere tentet. Dum .n. ego dico tales excretiones in principiis factas, ob dictas causas esse rationabiles, quia ex turgēte & praua humorū qualitate excitantur ille uocem hāc rationabiles, interpretatur cō gruentes, commodas, opportunas, utiles salutares: Sic enim scribit; sed Saxoniæ interpre
„ tationē audiamus, quæ est huiusmodi: Trans
„ mutationē in morbis acutis, quando in prin-
„ cipiis morborum fiant, esse rationabiles. Hu cusq; rectè omnia. Audiamus modo inter-
„ pretem, Quasi dicat, rationi congruentes, cō
„ modas, opportunas, utiles, salutares. Gaudeo sanè me tanto interprete dignum fuisse, & multam Maß. gratiam haberē, si huic melli aculeū non subiungeret. Etenim statim hæc
„ subdit: Quæ mea sententia, à mente Gal. tā est aliena, q̄ quæ alienissima. Fateor esse à mente Gal. hāc expositionem alienissimam, sed unde ò uir Excell. desumpsisti, me per Rationabiles transmutationes, intelligere, commo-

das,

das, opportunas, utiles uel salutares? Tu ipse ut aliquid mihi obiicias, verba, alioquin rectè prolata in hunc sensum ducis, postea uero, tanquam à Gal. alienissima refellis? eas quidem rationabiles uoco, omnes uero conferentes minime, sed eas tantũ quæ in non principes partes fiũt. Præterea negat, nomine praua qualitatis, occultam, & venenatam, intelligi. Quod sanè, quanquam negari posse minime existimen, volo tamen posteaquam scribit, id mihi probandum fuisse pluribus verbis explicare, ne ille arbitretur multa tunc ob temporis anguſtiã siue confirmatione adducta, proprio munimine carere.

CAPVT XXXVIII.

Praui nomen peſtilenti quoq; accommodari poſſe.

PVDET *sanè aliqua in hoc nostro opere comprobare, & totiens Gal. uerba integrasq́; lineas producere, quæ doctos viros forte fastidire posſunt. Sed ad id præstandũ, me nõ propria natura, aut consuetudine, imo*

uero

vero ex vnica Mass. contra nos inita disputatione ductum esse, unusquisq. qui nostra legerit vel audierit, facillime dephendere poterit. Quod igitur dicat Mass. de venenatis humoribus minime, locum illum prorrith. intelligendum esse; ipsimet contradicit qui paulo ante dixerat cum Gal. has permutationes in principio fieri quando humores non solum copia, sed & maligna qualitate peccauerint, at vero maligni nomine seu praui, uel solum Pestilens, et uenenatum, aut saltem, etiam pestilens, & venenatum sub intelligi debere, nunc ex Gal. ostendam. Illud itaq; ante omnia præsupponi uolo, praui nomen quid genericum esse, sub se varias prauitatis species comprehendens, secundum magis et minus inter se distantes, ut propterea & malignum & malignissimum, seu perniciosum, pestilẽs

Cap. xiiii. *& venenatum complectatur. Eius verba primo de crisibus hæc sunt. Nonnunquàm uero*
" *ualde obijciens utriq; signorum generi & ijs*
" *quæ nunc dicta sunt praua, & ijs quæ bonum*
" *aliquod ostendunt. Et tertio progn. sic scribit:*
" *Sunt enim quædam indicia et ipsa per se praua,*

ua, magisq; & minus: quorum uires oportet mensurari uocabulis (ut antea quoq; explanauit) aut exitiosum dicendo, aut exitiosius admodum exitiosum, & item adijciendo uerbum iam &c. Per qua uerba declarat Gal. nomen praui, esse quid generale, q̄d omnia praua sub se continet, siue magis, siue minus talia fuerint. Ergo cum pestilēs & uenenatum ipsum quoq; prauum sit, profectò hoc nomine generico, comprehensum fuisse affirmabimus. Accedit quod quamuis Gal. locis citatis ubi praui species recenset, Pestilentis non meminerit, attamen cum malignum, pestilens, perniciosum, exitiosum lethale, cachoetes, uenenatū, inuicem aliquādo confundantur, facta maligni uel exitialis mētione, ēt pestilentem, et uenenatum recensuit. Cū.n. duplex sit, aliud quidem pestilens, aliud vero non pestilens, certissimum est, ibi Gal. de nullo alio quam de venenato, & Pestilenti esse intelligendum. Etenim maligni humores in secunda significatione accepti, illi sunt qui inflāmationem in visceribus constituunt, & ideo has permutationes in principio

frequentes

" *frequentes non habent imo vero numquam:*
" *eo quod materia iam extra uenas in solida*
" *substantia impacta, non ita pridem, à natura,*
" *aut arte moueri possit: superest igitur prauā*
" *idest mali moris seu aliter malignissimā, &*
venenosam materiam eam esse, quæ non co-
pia sed genere .i. vi deleteria, corpori infensa
internas partes circa initia irritat, & hanc
ipsam expulsionem, ac permutationem ratio
nabilem efficit. Itaq; praui nomine Gal. eo lo-
ci proprie pestilens, & venenatum explica-
re iam satis confirmatum esse videtur.

CAPVT XXXIX.

Proponuntur quædam obiecta, ad ea quæ iam exposuimus spectantia, & fundamenta pro illis dissoluendis.

E*TIAMSI nemo iure inficiari possit, nomen praui quid genericum esse, & sub se varias species ut exitiale, perniciosum, malignum, atq. alias id genus continere; attamen posset quispiam negare, inter has species etiam venenatum, aut Pesti-*

lens

lens (vt nos facimus) reponi; aut exitiale vel malignum cum his confundi. Imo vero dicet, ex toto ab illis excludi: præcipue vero Mass. qui in disputatione præterita minime concedit perniciosum vlla ratione Pestilens dici posse; propterea nos accusat, qui hanc vocem (perniciosum) à Gal. 2. in primum prorrith. vsurpatam, in Pestilentem mutauimus. Inquit enim male id factum esse, quia dantur morbi perniciosi non pestilentes, & Pestilentes non perniciosi, cum ex Pestilentibus alij sint, qui tendunt ad interitum, alij vero qui tendunt ad salutem. Hæc est illius ratio, ex qua infero quod si pestilens non vult perniciosum vocari, ergo neq; prauum, videamus ergo quid pro solutione dicendum sit. Quod igitur ad primum pertinet, quamuis ex locis à Gal. desumptis iam demonstratum sit, praui nomen ad omnes praui species commune esse, & propterea etiam venenatum, & pestilens sub se continere, nihilominus ne vllus hac in re scrupulus relinquatur, negotiũ hoc adhuc manifestius reddidero, si ex eo ipso Galen. ostendero, eas voces speciatim sub prauo

Com. xiv.

371

ℳa com-

comprehensas, ab eodem cum venenato, & Pestilenti confundi. Itaq; nemini obscurum est, Gal. sub praui nomine, perniciosum, mortiferum, exitiale, malignum, & alia plurima partim primo de crisibus, partim autem in prognosticis enarrata reposuisse. Quæ omnia si cum venenato pestifero & ad se inuicem quoq; confundi declarauero, me omnem lapidem sustulisse profitebor. Quod igitur ad malignum, & cachoetes pertinet, (vt ab his incipiam) certo scio aliquando ne dicam semper hæc pro eodem cum Pestilenti vsurpari. Dixi autem aliquando, quia non me latet cachoetes, & maligni nomen, non vno tantum modo à Gal. accipi solere, sed vt in præcedenti capite insinuaui, saltem duplici; quorum vnus febres quæ nullam omnino veneni suspitionem habent, comprehendit; Alter vero ad venenatas, seu pestilentes pertinet. In primo genere sunt febres ex principium partiũ inflammatione ortum ducentes, quas Gale. quandoq; malignas, nonnunquam ardentes, aliquando acutas tantum vocat, de quibus Com. primo. *2. in 3. Epi à verba faciens dicebat, febres*

ex

ex cerebro, membranis, pulmone, corde, septo, ventriculo, ac iecore, malignas esse. Et de eadem malignitate primo in primum prorrith. scribit, cachoetes seu malignos morbos periculum quidem habere connexum, spem vero salutis non tollere. Qui deinde vt ostenderet aliam quoq; dari maligni significationem, secũdo in primum prorrith. febres quas ob partium propositarum inflãmationes malignas vocauerat, tandem concludit malignas dici non debere: eius verba hæc sunt. Cum ergo non pauca in hypochondrijs sita sint partes, febres non sunt ex omnibus his maligna: sed ex septo transuerso, ventriculo, & iecinore: subdit: Quinimmo neq; vbi in iecinore, vel ventre, vel septo, phlegmone oriatur, febris hæc continuo maligna est, sed acuta forsan fuerit, quanquàm ne hoc quidem perpetuo, non dum vero maligna. Itaq; maligni nomẽ acutis etiam febribus adaptatur, sicuti & cachoetes vt ꝑpea dicat Gale. primo prorrith. Κακοηθεῖς autem morbos id est malignos etc. Et hæc est prima maligni significatio: Secunda autem ad Pestilentes pertinet, quas

Com. xiv.

Com. xxi.

venenatas, perniciosas, deleterias, exitiales, lethales, pracissimas, admodum prauas, vel prauas & cachoetes vocare possumus, propterea Gal. & Hippo. febres quæ quarto die interficiunt, (quas nemo negare poterit esse pestilentes,) malignissimas vocant: & primo in primum epid. vulgares morbos pestilentes malignissimos, & perniciosissimos appellãt: Et tertio de præsagio ex pul. formicantes pulsus (inquit) Gal. fieri à febre cacoethes, idest maligna, & pestilenti. Quod clarius explicat casus Philisci pestifera febre laborantis, cuius nigras vrinas inquit Gal. morbum cacoethem .i. malignissimum demonstrasse. Clarissime vero hoc declarat idem Gal. tertio in tertium epid. vbi dum morbos, et symptomata quæ in ea Pestilẽtia grassabãtur interpretatur, inquit singulos illos affectus quandoq; esse cacoethes, quandoq; autem non; in ea autẽ constitutione pestilenti inquit fuisse cacoethes idest pestiferos, malignos, pernitiosos. Et ideo paulo post in eodem comm. ait carbunculum periculosum quidem esse affectũ quanquàm pestilens non existat, at in ea constitutione

3. prognost. tex. ij.

Com pri

Cap. vlt.

3. in pri. epi. com. xviij.

Text. xij.

fuisse

fuisse perniciosissimum, vt qui præter natiuã malignitatem, illam quoq; haberet, quàm flatus afferebat: sed malignitas quam flatus afferebat non alia erat quam pestilentia, propterea malignitatẽ cum pestilenti pernicioso, & cacoethe morbo confundit. Pernitiosum vero idem esse cum deleterio, & venenato ex Galeno etiam colligitur 6. in sextum epid. vbi inquit de venenatis & deleterijs loquẽs: Deleteria idest perniciosa, & paulo ante: Deleteria hoc est mortifera dicit. Qđ si mortifera, ergo & lethalia et mortalia. Itaq; non est existimandum, hæc omnia cum Gal. & ratione confundi non posse. Ex quo patet obiectionis solutio quam Mass. contra nos protulit de qua in sequenti capite.

Com. v.

CAPVT XC.

Soluitur Maſſ. inſtantia contra nos, primo in primum Prorrith.

Com. xiv.

G*AL. dum ea Hippocr. uerba interpretatur. Mente ob melancholiam aberrãtibus, dolores superuenientes maligni: Inquit*

Inquit melius fuisse hanc concursionem perniciosam, mortiferam, seu quid huiusmodi vocare, quam malignam. Igitur Gal. praeceptum secutus qui hoc malignum perniciosũ vocat, & mortiferum, vnicuiq; etiam concedens vt pro suo arbitratu alia vtatur voce, quae quid deterius explicet quam vox maligni, ego quoq; pestilens vocaui; pro hac re culpam vllam nunquàm subire posse arbitratus. Cum tamen mea me fefellerit opinio, Massariae accusationem examinemus. Inquit male perniciosum cum pestilenti confundi, cum inter se valde discrepent, dari enim perniciosum non pestilens, & pestilens non perniciosum. Ego vero perniciosum non pestilens libenter admitto, Pestilens vero non perniciosum minime concedo: Neq; Gal. hoc vnquam scripsisse profiteor. Quinimo, cum videret, perniciosum in plus se habere quam Pestilens, vt reuera non valeat consequentia est perniciosum ergo Pestilens: primo in primum Epid. docet, qua ratione perniciosum possit cum Pestilenti conuerti; quando scilicet perniciosissimum fuerit: Sic enim scribit: Horum

Com. pri.

rum

rum perniciosissimi quiq; sunt Pestilentes: ,,
Si perniciosissimum est Pestilens, iure nos vo
cem illam à Gal. in prorrith. vsurpatam per
niciosi scilicet in Pestilentem transmutaui-
mus, quia ibi Gal. concedit nos vti voce quid
deterius quam malignum in prima significa
tione acceptum exprimente; At Gal. vti-
tur voce perniciosi, & mortiferi, itaq; mihi
cum Gal. licebit, quid simile vocare. Sed q̃d
pernicioso, & mortifero simile, ego pestilens
existimo, sic enim Gal. primo in primum E-
pid. primo. At pestes appellant omnes homi ,,
nes, sciuntq; exitiales morbos esse. Sequitur ,,
ergo posse ẽt perniciosum, & lethale, exitiale, ,,
mortale, transferri in venenatum, & pe- ,,
stilens. Ad confirmationem autem Mass.
cum inquit ideo non esse bonam hanc pestilen
tis cum pernicioso confusionem, quia datur
perniciosum non Pestilens & Pestilens non
perniciosum: Iam dixi verissimum esse dari
perniciosũ non pestilens, dari autem Pestilens
non perniciosum minime admitto, qui scio ex
Gal. & experientia Pestilentes morbos om-
nium perniciosissimos esse, ut propterea Gal.

primo

374

primo illo Epid. perniciosissimi (inquit) sũt Pestilentes. Ad confirmationem cum dicit Mass. dari Pestilens mortale, & non mortale, ergo nõ perniciosum: si intelligat dari pestilens generice acceptum non lethale, falsissimum est, etenim Pestem nemo ignorat in hoc tantum à cœteris epidemicis morbis distingui, quod maxime omnium perniciosa sit, & ad interitum tendat. Quod si dicat, se de indiuiduis tantum loqui, etenim quosdam reperiri in Pestilentia qui ad salutem non autem ad interitum tendunt. Tunc ego dicam hac ratione etiam Perniciosum, uel perniciosissimum quandoq; ad salutem tendere, etenim nemo ambigit pernicioso, deterius esse perniciosissimum, & perniciosissimum cum pestilenti confundi ut ex primo Epid. ostendi, itaq; eadem erit Pestilentis, & perniciosi ratio.

❧ ❧ ❧

Caput

CAPVT XCI.

Explicantur alia quædam ad locum primi prorrith. spectantia.

HACTENVS ni fallor constare potest, Gal. in illo primo prorrith. Pestilentes morbos tanquàm sub prauis comprehensos, rationabiliter in principio potius quã in statu iudicari uoluisse. Non tamen adhuc patet, utrum sicuti mutationes sunt rationabiles, ita quoq; sint conferentes, consequenter ubi imperfecta fuerint adiuuanda; & per quẽ locum, & quo tempore. Ego igitur cum Gale. alias dicebam, has permutationes non modo esse rationabiles, sed & tunc conferentes, cum ex parte nobili in ignobilem fit transmutatio: docente Hippo. tunc morbum ex inclementi fieri clementem. Itaq; per hanc ipsam partem non principem, & eo ipso quo humor (imperfecte tamen) fluit tempore, euacuationem arte quoq; tentandam esse, ex illis uerbis colligebam, quæ sic habent:

" *Quæ uero in non principes, quo maxime*

die medicandum esse: Cur ergo in fluxione ad partem ignobilem dicit Gal. has transfluxiones medicis docere tempus agendi, in ea uero qua ad principes fit nihil tale docet? Non aliam sanè ob caussã, nisi quia (ut dixi) vult simul & semel locum, & tempus significare; Transfluxio igitur in partem principem significat tempus non locum, in non principem ostendit locum & tempus; locum, quia per eã partem ignobilem ad quam fluit euacuatio est facienda, iuxta illud, quo natura vergit eo ducere oportet, per conuenientes regiones: tempus vero quia eo ipso tempore quo fit fluxio, non autem in statu aggredienda erit. Cũ tamen Maß. oppositum censeat, videamus vtrum Gal. verba, & ratio pro illo, an pro nobis sint: Dixisserat itaq; Gal. permutationes morborum qui ex copia, & prauitate fiunt, in principio esse rationabiles; subdit, quasdam ex his in principes partes fieri, & has morbum ex clementi, inclementem reddere: Alias vero in non principes, imo vero ad ignobiles defflectere, hasq; nobis ostendere, quo maxime tempore ad euacuationes

376

 procedendũ

procedendum sit : ego facio duplicem consequentiam, Lector iudicet quæ nam sit rationabilior : prima est, Transfluxio ad partes ignobiles mutat morbum ex inclementi & facit clementem, ergo si imperfecta fuerit erit eo ipso tempore quo incipit transmutatio adiuuanda, ne forte si retrocedat, iterum morbi clementiam corrumpat: confirmatur quia dicit Gal. hanc nos docere quo maxime tẽpore sit ad has euacuationes procedendum, sed tẽpus agendi sumitur à præsentia indicantis, ergo dum fluit sed imp̃fecte adiuuari debebit. Hæc est mea consequentia, secunda est talis; Transfluxio ad partes ignobiles mutat morbum ex inclementi, in benignum, ergo hæc si imperfecta fuerit, ostendit nobis tempus agendi fore statum, eo autem ipso tempore quo utiliter fluit, nihil esse agendum. vtra ex istis cõclusionibus sit magis rationabilis, cæteri iudicẽt, prima est mea, secunda autem est Mass. Ego sanè id non satis assequi possum, vtilem transfluxionem in principio fieri, quæ eget adiutorio, & hanc esse adiuuandam tantum in coctione, et statu post multos dies cum doctus

sim.

sim, tempus agendi, ut nunc dicebam à præsentia indicantis desumi, ut si indicãs sit præsens in principio, non sit exspectanda euacuatio in statu, futurum sanè si expectetur, cum crebræ in istis morbis fiant permutationes, eam materiam à loco ignobili ad nobilem iterum redire, & sic denuo morbi clementiam corrumpere, quod alias ex Gal. ostendi. Sed neq; videtur hæc expositio, ijs quæ à Massaria paulo antè dicta fuerant cohærere, cum enim ille quoq; confiteatur has transmutationes in principijs esse rationabiles, cur si fiãt ad partes decentes, turgida & praua omnino existente materia, non poterunt statim adiuuari? nonne hoc docuit pluries Gale. cuius doctrinam libentißime suscipit Maß. turgẽtem materiam aliquo egere, quasi manum porrigente, & ad vias expulsioni deducẽte? Conclusio igitur omnium dictorum hæc sit, hunc locum maximè veritatem nostram cõprobare, in principijs pestiferarum febrium, euacuationes esse tentandas, posteaquam in istis morbis si in partes ignobiles fiant transmutationes, sũt rationabiles. Sed alijs etiam

rationibus

rationibus & locis propositam veritatem cõfirmemus.

CAPVT XCII.

Febres pestiferas vt iudicentur statum non exspectare.

VNICVIQ; ni fallor hactenus declarata satis esse possent, ad demonstrandum Vesicantia in pestiferis febribus statim circa morbi initia esse apponenda; postea quam huiuscemodi febres, & quatenus turgida & vt venenata, habeant proprias motiones potius circa initia quam in statu. Habere autem circa initia ex Gale. ni fallor satis apertè ostendi: illas vero commodas, & salutares in statu haberi non posse, ex nunc dicendis apparebit, vt veritas à nobis proposita maiorem adhuc suscipiat comprobationem. Primum autem illud hac in re iterum repetere cogor, pestiferas febres, eo quod illum putredinis gradum sint assecutæ, qui ad naturalem habitum amplius redire non valet, hinc necessario sequi, eas si salubres esse debeant,

ante

ante statum euacuata putrida materia iudicari debere. Si enim in principio vel augmẽto talis excretio, non fiat, à copia et praua humorum putredine, concoctricem solidarum partium facultatem ita corrumpi oportet, vt ante statum æger succumbat. Propterea Gale. qui vidit tales humores putridos coctione haudquaquam superari posse, secundo in sextum Epid. Humores (inquit) qui dolores faciunt, curari aut euacuatione, aut coctione: euacuatione quidem si omnino à natura alieni fuerint, coctione autem, vbi qualitas tantũ est mutata. Et primo ad Glauc. in perniciosis morbis scribit perfectam crisim in statu cõtingentem minime expectari. Idcirco quarto de tuend. valet. ait id quod omnino à natura est alienum, fieri non posse vt natura gratiam amplius recipiat, propterea quamprimũ educi debere. Itaq; cum in pestiferis humores et ob summam putredinem & ob venenum gratiam amplius recipere non valeant, concoqui non possint, consequenter in statu minimè iudicabuntur. Quod vt magis confirmaret Gal. 3. de cris. morbos tantum salubres statũ

Tex. ix.

Cap. v.

Cap. 4.

Cap. 6.

et

& crisin exspectare asserit, cæteros autem
,, minimè, sic enim scribit: Siquidem morbus
,, salubris inueniatur, & neq; eius acumen,
,, neq; magnitudo festinent, neq; error aliquis
,, circa ægrotum admittatur, status tempus cri
,, sis exspectat. Et hæc quidem optime crisis
,, est, fit enim morbo iam cocto, si uero vel pro-
,, pter morbi magnitudinem, vel motus celeri-
,, tatem vel propter aliquod aliud irritamen-
,, tum ante statum crisis venire cogatur, tan-
,, to hac optima deterior erit, quantum statum
,, anticipauerit. Ex quibus sane verbis aper-
tè constat, magnos & acutos morbos, qua-
les sunt febres pestiferæ, perfectam coctionem
& tempus status non exspectare, & ideo in
principio potius, & augmento suas motiones
habere. Immo vero, si pestiferas febres circa
initia has humorum transmutationes à nobi
libus ad ignobiles partes habere non contige-
rit, certum est tempore iudicationis omnes
ferè patientes, sub tali humorum prauitate,
& copia interituros; quod etiam significauit
Aph.xiij. *Gal. 2. aph. cum inquit, plures iudicationes*
benè terminari, & plures esse ex ægrotis qui
seruantur

seruantur quàm qui moriuntur, nisi pestilẽs sit constitutio. Quid sibi vult Gale. per hæc verba? nil aliud sanè voluit, quam demonstrare, signa perniciosa quæ in morbis non pestiferis contingere solent, prope statum minime esse perniciosa, sed potius critica. Etenim insignis illa ægrotantis perturbatio quæ diem criticum antecedit, nil alium quam futurã crisim ostendit: In quẽ sensum ab Hipp. scriptum est: Neq; multum formidare mala quæ præter rationem eueniunt. At vero hæc ipsa signa tempore status in Pestilentibus apparẽtia, non crisim, sed mortem potius ostendere, declarant Gal. verba, cum inquit: Nisi pestilens constitutio sit: In tali enim constitutione oportet ex Gal. sententia has crises in statu futuras potius ad exitium, quam ad salutem tendere. Quod si ita est, profecto crises per abscessum in istis factas, quanquàm in principio vel augumento, multo salubriores existimare oportet, quam eas per effluxum q̃ statum expectant, postea vero patientes interficiunt. Quod si quispiam huius rei caussam sibi exprimi cupiat Galen. audiat tertio pro

ij. aphor. apho. 27.

Com. xxiv.

 gnost.

gnost. exacte admodum eam declarantem, qui quatuor constituit morborũ differentias, partim à materia, partim à viribus desumptas. Prima differentia est morborum ex calida materia ortum ducentium, cum virtute valida, secunda est morborum ex materia frigida cum virtute imbecilla: tertia est morborum ex calida materia cum viribus languidis; quarta, & ultima est morborum ex frigida materia cum viribus robustis. Docet deinde Gal. in singulis iam propositis differentijs, utrum crisis fieri possit, & quis in eisdem fuerit crisis modus. Inquit igitur morbos ex calida materia cum viribus validis crises per excretionem habituros. Addit deinde eos qui ex materia frigida cum virium languore consistunt, nullam omnino crisim recepturos: Hos vero aut ægrum corrumpere, aut longo temporis spatio vix concoqui. De tertia vero differentia verba faciens, in ea inquit crisim quidem fieri, sed ꝑ abscessum. Id quod etiam de postrema affirmat. His sic constitutis talem pro me rationem desumo; in Pestiferis febribus si ex materia

teria

teria frigida ortum ducant non potest fieri crisis nisi in principio per abscessus, ergo tales erunt si imperfecte appareant adiuuandi, si non appareant excitandi, consequentia clara. Antecedens autem probatur; nam si ex Gal. non fit crisis in materia frigida nisi per abscessum, & viribus validis, existentibus, in Pestiferis certum est vires non esse alio tẽpore firmas quam in principio ergo antecedens veritatem continet. Consequentia vero quamuis manifesta, probatur; nam si ex Gal. in morbo ex frigida materia cum virtute languida, aut ægri corruptio, aut longa, & difficilis concoctio sequitur: sanè vnicuiq; constat, corruptionem in pestiferis, solutionẽ vero in non pestiferis euenturam. Itaq; ne in morbo pestifero ex frigida materia ortum ducente, viribus in progressu morbi deiectis, ægrotanti corruptio sequatur, præstat ab initio viribus adhuc constantibus abscessum aliquẽ excitare, aut adiuuare, quam morbum sine crisi in statu futurum, exitialem reddere.

Quod si materiam calidam esse contigerit, hunc quoq; statum, in Pestiferis non expectabit,

bit, sed aut in principio per effluxum, aut in augumento per abscessum educetur. Etenim circa hac tempora tantum talis est virtutis constantia, quae ad has excretiones perficiũdas sufficiat. Quod si quis dicat in principio & augumento quandoq; vires infirmas esse, in statu autem robustas, idcirco non alio quã status tempore excretiones haberi. His respondeo, viribus in principio, & augumento ita languidis existentibus ut nulla expulsio, nullaue morbi permutatio fiat, tunc ex Galeni supposito, & ratione, hunc morbum prorsus lethalem esse, & quocunq; tempore iudicatione carere. Addo, uires in statu aliquãdo quidem firmas esse posse, uerum id in exquisitis Pestilentibus absq; pracedẽti aliqua effluxione, aut decubitu ante statum apparentibus, fieri non potuisse. Fiunt itaq; etiam in cruditate utiles plurima excretiones, ut ex hoc loco & secundo Progno. colligitur dum scribit Hippo. consideranda uero talia sunt in hunc modum, si febris detinet, & screatio non excernitur ex ratione, neq; biliosa fuerint alui deiectiones, neq; solutiores, ac synce

Tex. xviij.

riores

riores fiant, nec urina admodum multa, & crassa; ac multum obtinens sedimentum: promittitur vero salutaris ab omnibus alijs signis salutaribus: his tales fore abscessus sperandum est. Ex quibus patet, in morbis perniciosis abscessũ pro adducenda patientis salute fieri, cum obscura tamen coctione. Quod confirmat quoq; Gale. in comm. Sic. n. scribit. Itaq; exordiamur & nos à prima parte, in qua summa est morbum esse concoctu difficilem, non tamen exitiosum: Non. n. si concoctu facilis sit, per abscessum, sed aut per excretionem, aut sensim, soluetur concoctus: neq; si exitiosus existat aliquis abscessus bonus apparebit. Quocirca medius inter indulgentiores sit, & exitiosos oportet. Constat igitur ex dictis, Pestilentes febres in statu non iudicari, abscessus autem absq; manifesta, & legitima, coctione fieri, salutem tamen polliceri. Hos autem iuuandos esse nunc ostendam.

Caput

CAPVT XLIII.
Excretiones symptomaticas imperfectas adiuuari posse.

ILLVD quidem in præsentia explicare, mihi sufficere posset: excretiones scilicet imperfectas quas in Pestiferis superius vtiles esse dixi, adiuuari debere. Nihilominus vt integre hac in parte Mass. satisfaciam, non modo decubitus in Pestiferis, varios, sed & alias quascunq; excretiones imperfectas in genere acceptas, quandoq; adiuuandas esse demonstrabo. Versabor autem primo circa excretiones absolute acceptas, deinde vero singilatim de Pestiferis loquar. Quod aũt ad primum spectat dum mecum ipse diligenter aliquando caussam considerarem, propter quam nullo vnquam tempore liceat, excretiones, quæ in principijs morborum fiũt, symptomaticas propterea vocatas adiuuare, nullam sane aliam inueni, quam duplicem, quarum prima est, humoris morbum non producentis eductio: altera & secunda est, copio-

sior

ſior eiuſdem humoris euacuatio, quam ut à viribus ægrotantis perferri posſit. Cæterum hæc ſecunda cauſſa, non minus in principijs, quam etiam in augmento, & ſtatu, imo vero & declinatione, in omnibus deniq; caſibus etiam ſine febre locum habet, ut propterea una tantum ſuperſit vera, & legitima huius rei cauſſa à qualitate excernẽdorum humorum deſumpta. Cui ratio etiam adſtipulatur, quãdoquidem in morborum initijs, crudo adhuc exiſtente morbo, ſi ille à frigidis & craſsis humoribus ortum ducat, aut à calidis quidem ſed in uno aliquo loco firmiter impactis, & inflammationem in eo excitantibus, profecto tales humores in principio ab eo loco nec arte, nec natura moueri poſſunt, ut ſi aliqua fiant eo tempore, uel ſpontaneæ, uel irritatæ eductiones, illæ omnino inutiles, imo uero pernitioſæ exiſtant; eo quod peccantem humorem in corpore relinquant, utilem vero extrahant. Quod ipſum contingit in alijs pluribus morbis, qui neq; à frigidis humoribus, neq; ex inflammatione procedunt, dummodo tamen morbi cauſſa ſanis humoribus

bus

bus fuerit adhuc permixta. Neq; enim in principijs morborum solet, aut potest natura inutilis ab vtili secretionem semper efficere, vt hanc ob caussam quæ in principijs excernuntur, omnibus fere suspecta videantur. Cum itaq; tota excretionis vitiosæ et simptomaticæ natura, ex hoc vno pendeat, quod in illa ea purgentur, quæ purgari non deberent, à contrario sensu, excretiones illas oēs quae talium fuerint humorum, quales pro expugnando illo morbo veniunt educendi, quocunq; fiant tempore, in Gal. & Hippo. doctrina adiuuandas esse compertissimum existimo. Gal. n. in com. 2. primæ apho. sic scribit:
,, *In quibus si qualia oportet purgari purgen-*
,, *tur, (hoc est, ea quæ corpus infestant) confert*
,, *& leuiter fert. Itaq; Gal. iudice, talia purgari, qualia oportet, est ea euacuari quæ corpus infestant: Vt si in febre biliosa bilis, in pituitosa pituita, in melancholica nigra bilis, in synocho sanguis educatur, nemo iure negare possit quocunq; tandem tempore hæc euacuentur, non esse talia qualia oportet, ex consequenti etiam circa morbi initia prodesse.*

Confirmatur

Confirmatur autem quia Hipp. quanquàm tribus locis hanc ipsam sententiam repetat, nullibi tamen coctionis meminit vtpote huius laudabilis excretionis caussa, aut signi. Sed prima aphor. signa excretionis conferentis proponens, regionem tempus anni, ætatē, & morbos adducit; cui consentiens Gal. & eo ipso com. & quarto aphor. secundo hæc tamquàm signa excretionis conferentis ab Hipp. proposita, recenset; qui ostendit, tunc talia ex cerni qualia oportet, cum in febre. e. g. biliosa, tempore calido, & regione calida, ætate iuuenili, vita anteacta bilem coaceruante, alijsq; id genus signis ab eo relatis, præcipuè vero facili tolerantia, (nulla coctionis aut tē poris morbi facta mentione) bilis per conuenientes regiones excernatur. Non inficior quidem coctionem, vnum forte etiam omnibus præcipuum esse illius excretionis signum, in qua talia educantur, qualia oportet: Scio enim Gale. hoc quandoq; nos docuisse qui sic scribit: Indicia vero quod bene excernatur maxima quidem sunt & coctio, & bona tole rantia: Cum ipsis vero & morbi species, &

apho. ij.

4.aphor.47.

Dd post

„ post ipsam tempus anni, &c. Cæterum sine hac coctione talia expurgari non posse, qualia oportet est ab omni ratione alienum. Etenim Galen. loco citato septem proponit huius probæ euacuationis signa, coctionem, tolerantiam, morbi speciem, tempus, anni, regionem ætatem, & naturam ægrotantis; ex septem signis, sex ad demonstrandam vtilē in principio excretionem conspirabunt, vnicum vero à coctione desumptum defficiet, et hoc cæterorum omnium vim obscurabit? profecto id tam longe à veritate recedit vt Hippo neq; prima apho. 2. aut vltimo nec 4. apho. 2. neq; Gal. in citatis com. de hoc ipso signo vllam fecerint mentionem. Neq; vllum sanè in praxi reperiri existimo (& Mass. non excipio) qui si in biliosa febre absq; coctione cū cæteris tamen propositis signis circa accessionum initia patientem morsum oris ventriculi sentientem vomitumq; bilis sed imperfectum videat, statim vomitorium non præbeat. Quod si eo ipso tempore intestinorum torminibus, ac doloribus patientem cum leui tamen biliosa excretione angi audiat, aut cly

steri

fieri aut leui saltem medicamento opem non ferat. Natura autem sufficienter agente, excretionem libentissime non permittat. Qui hæc faciunt, sanè & naturam recte operantem, & Hippo. imitantur; Hic .n. Charioni circa morbi initia fluxu alui tentato, talia educente, qualia oportebat, nulla adhibuit præsidia quæ fluxum compescerent, & ideo ille XX. die partim hac partim alijs quoq. euacuationibus sanitati est restitutus.

Itaq; dictorum omnium conclusio sit, in principio morborum talia educi qualia oportet vtilitati maximè ægrotantibus esse; vt ꝑpterea falsa sit eorum omnium sententia, q̃ existimant, excretiones in principijs morborum factas, ab ipsis symptomaticas vocatas, semper tamquam improbas impediri debere. Id quod etsi paulo post iterum optima occasione, tot locis ex Hipp. & Gal. desumptis confirmabo, vt ijs qui libenter hanc veritatē accipiunt nauseam potius quam doctrinam excitare possint; Attamen propter Mass. harum omnium excretionum accerrimum oppugnatorem, mihi liceat & nunc quadam

proponere, & tunc in hoc argumento diutius versari. Nunc igitur hac tantum ratione vtar, quod si nũquàm talia in principijs morborum excernentur, qualia conuenit: sequeretur nec materiam turgentem euacuari posse. Consequentia clara: etenim congruam euacuationem arte paratã à natura accipimus; Sic.n.docet Hipp. in perturbationibus ventris, etc. Itaq; si ideo euacuationes arte factas vtiles esse asserit, quod in naturæ imitationem fiant, ergo natura illa est qua non raro ab initio poterit materiam ad turgentes spectantem aut sufficienter, aut quandoq. insufficienter excernere, in quo casu adiuuari poterit. Quod autem vtiliter id plerunq; efficere valeat, possem plurimis quidem locis, & exemplis illustrare sed vnicam liceat hoc loco Herophontis historiam examinare.

Prima aph. secundo.

CAPVT XLIIII.

Explicatur locus Hipp. in casu Herophõtis.

CASVM Herophontis libentissimè explicandum suscipio, cum quia ad nostram

nostram iam propositam opinionem confirmandam maxime faciat, tum vero quod Maß. illius occasione nos falsitatis crimine damnauerit. Existimat itaq; Maß. in hoc casu se nos optimo iure accusare potuiße, dũ scribimus, absceßum Herophonti factum, morbo adhuc crudo existente successisse, qđ ille falsissimum eße profitetur. Propterea videamus vter nostrum Gale. textum melius intelligat; Etenim productis verbis, sicuti ab illo etiam producuntur, statim veritas apparebit. In eo igitur casu duo continentur, quorum vtrumq. Maß. improbat: primum est, id quod dicimus, primam salutis occasionem fuisse, transmissionem noxiorum humorum ad partes imas: alterum est, hanc transmissionem adhuc factam esse tempore cruditatis: Primum, inquit, eße falsum, quia Gale. non transmissionem ad imas partes, sed tumorem lienis & inguinis dolorem, principiũ salutis fuiße scribit, secundum similiter dicit esse falsum, quia Galen. habet hac verba „ etiam minxit vrinam coloris melioris, quæ „ paucum haberet & album sedimentum. Qđ igitur

3. in primũ Epid. text. XX.

igitur ad primum pertinet, ego sanè minimè inficior, tumorem lienis, et dolorem inguinis ad hunc subleuãdum patientem aliquid cõtu lisse; Non tamen propterea quispiam affirmare debet, Gal. primam salutis occasionẽ (quod etiam repeto) in abscessum ad partes imas factum, nõ retulisse; Eius. n. verba quæ hæc sunt, id apertissime demonstrant. Mox

„ *die sequenti qui nonus erat, cum sudore est*
„ *iudicatus. Reddens rationem cur sit iudicatus, non inquit, aut lienis tumorem, aut inguinis dolorem, huius iudicationis fuisse caussam, sed tantum transmissionis meminit eorum quæ molesta erant ad partes imas,*
„ *ita. n. scribit, Tanti. s. erat decessisse, quæ mo*
„ *lesta erant ad partes imas. Si iudicationis caussam, existimasset Gale. fuisse aut tumorẽ lienis, aut dolorẽ inguinis, ille ꝑfecto dixisset. Tanti. s. erat lien intumuisse, et inguẽ doluisse; sed hoc nõ dicit, verũ hoc tantũ eorũ q̃ molesta erant ad partes imas descensũ profuisse. Igitur hanc existimat fuisse præcipuam salutis caussam. Quæ verba si Mass. in propria disput. sicuti alia omnia eius commenti*

inse-

inseruisset, perfectò neminem, ex illis (qui semper ad Gal. confugere non possunt) decipere potuisset, sed cum quadam tantum profert quæ contra nos videntur, cætera consulto silentio prætermittit, vt magnā videatur nos ipsos accusandi habuisse facultatem, idcirco non est præter rationem existimare, aliquos ex illis qui Gal. locum non legerunt, nos iuste ab eo accusatos esse iudicasse. Quibus persuadeo ne relatoribus fidem adhibeant, sed ad Gal. locum accedant, postea de nobis iudicium faciant. Sed ad secundam obiectionē transeamus, in qua videtur adhuc grauius nos accusare, quia diximus, talem excretionem ad imas partes tempore cruditatis factam esse: Si omnia Hipp. & Gal. verba, in ea historia relata, à quibuscunq; legi posset, ego certè hunc in præsentia laborem minime susciperem, vt ostenderem talem ad imas partes abscessum tempore cruditatis factum esse. Sed quia forte omnes locum in fonte videre non valebunt, & mihi tanquàm relatui omnem fidem abrogat Massar. sibi vero omnem hac in re præstari debere existimat,

idcirco,

idcirco, verba Hipp. & Gale. legamus, ex quibus si liquido constabit ante abscessum nullius omnino coctionis, etiam insensibilis mentionem esse factam, post abscessũ vero statim coctionis rudimenta apparuisse, nonne ex hoc statim vnusquisq; inferre poterit, abscessum tempore quidem cruditatis esse factum, sed coctionis proximam & immediatam fuisse caussam? Sic igitur scribit Hipp. Herophontem febris acuta corripuit, per initia aluus pauca, & cuiusmodi in tenesmo solent, deiecit: deinde tenuia, biliosa, subcrebra; non dormiebat: vrinæ nigræ, tenues: quinto die mane obsurdescebat; omnia exacerbabantur, lien intumescebat, Hypochondrium intendebatur, pauca & nigra aluus excreuit, desipuit, sexto delirabat, sub noctem sudabat, frigebat, in delirio perseuerabat, septimo circumfrigebat, sitiebat, despiebat, sub noctem, ad mentem rediјt, obdormiuit, octauo febricitabat, lien residebat, omnia intelligebat, doluit ei inguen primum, secundum lienem, deinde in vtramq; tibiam dolores demigrauerunt. Ego peto Massariam mihi ostendere,

quibus

quibus verbis Hippocr. significauerit, hanc humorũ in vtramq; tibiam demigrationem, coctionis temporis esse factam; cum omnia q̃ praecesserunt, non cruditatis tantum, sed ipsius necis manifesta sint indicia. Itaq; ante huiuscemodi abscessum, nulla omnino apparuit concoctio, sed statim ab hac transmissione, eius rudimenta apparuere. Quae .n. sunt prima coctionis indicia? Profectò in vrinis nulla alia, quam coloris mutatio, sic .n. scribit Gal. " *& sine subsidentia benè colorata vrina & crassitudine mediocris, principium finysse ostendit. Si igitur mutatio vrinae ad* " *meliorem colorem & mediocrem substantiã est coctionis incohantis indicium: ostendit .n. tunc tantum morbi principium recessisse; ex hoc infero, huiuscemodi abscessum tempore cruditatis factum esse, posteaq̃ non solum Hippo. coctionis non meminit, sed statim post abscessum, principium coctionis in vrina melius colorata, & cum exigua residentia apparuisse, dicit. Sic .n. scribit:* " *Noctem facilem habuit: vrinae erant melioris coloris, et residebant in ijs pauca;* " *Si igitur res ita habet, qua*

Primo de cris. xvij.

ratione ductus Mass. potuit asserere, hunc abscessum tempore coctionis esse factum? Sed audiamus illius rationem, inquit, se in hanc sententiam ex illis Gal. verbis ductum esse, quæ sic habent: Etiam minxit vrinam melio-
„ ris coloris, q̃ paucum haberet, et album sedi-
„ mentum, mox die sequenti, qui nonus erat,
„ cum sudore est iudicatus, tanti. s. erat deces-
„ sisse q̃ molesta erant, ad partes imas, vrinaq́;
„ concoctio. Quorsum q̃so hæc à Mass. profe-
runtur? h. c. Gal. verba, efficere possunt, vt ille nos in falsitate dep̃hendat? His verbis nihil aliud Gal. quam totius & perfectæ iudicationis, & salutis Herophontis caussam, nõ autem primam tantum salutis occasionem ostendere voluit. Aliud est dicere, abscessũ ad imas partes factum, primam salutis occasionem fuisse, aliud vero asserere, hunc abscessum, cum superueniente coctione caussam integram & perfectam, crisis & salutis patientis extitisse. Nos diximus abscessum fuisse primam salutis occasionem, quia post illam ad imas partes transmissionem, subsecuta est concoctio; ex concoctione sudor, ex sudore per-
fecta

secta salus. Mass. aũt, vt nos verborum & sententiarum corruptores ac falsarios redarguat, non amplius de abscessu tantum verba facit, sed de vniuersa salutis caussa, q̃ ego quoq; fateor & in abscessum et in coctionem esse referẽdam: Sed de hoc satis. Aliud itaq; argumentum accipiamus.

CAPVT XLV.

Excretiones retrocedentes Periculosas esse.

SI excretiones omnes in principio morborum apparentes tanq̃ improba non modo non essent iuuanda, sed potius cohibenda, sequeretur etiam nullam ex istis retrocedentẽ eo tempore malam esse. Cum tamen ratio, & authoritas oppositum persuadeant, quid aliud relinquitur q̃ vt dicamus eas qua talium fuerint qualia conuenit, esse prorsus ad iuuandas. Quod aũt retrocedens humor plerunq; necem inferat, q̃q̃ sola ratio ꝑsuadeat, (noxium .n. humorem ab ignobili ad nobilem partem redire perniciosissimum esse, absq; alterius testimonio vnicuiq; acceptum esse ar

 bitrarer)

bitrarer) attamen nolo Hipp. Gal. & Auic. loca quædam hanc veritatem confirmantia sanè egregia prætermittere. Quinta aphor. ,, sic scribit Hipp. Quibus tumores in vlceri- ,, bus apparent, non conuelluntur valde neq; ,, insaniunt: Verum his euanescentibus dere- ,, pente, quibusdam à tergo conuulsiones, & ,, distentiones fiunt: quibusdam ante insania, ,, vel dolor lateris acutus, vel suppuratio, vel ,, difficultas intestinorum, si tumores sint rubi cundi. Laborarem sanè in hoc explanando aphorismo, nisi tam clarus esset illius sensus, manifestior autem à Gal. redditus, vt nulla prorsus declarõne egeat: Constat. n. tumores in externis partibus apparentes si retrocedãt p partium vbi continentur varietate varia quoq; grauissima mala inferre. Quæ ita sicuti ab Hippo. pponuntur euenisse, affirmat ,, Gal. in com. dicens. Quod igitur si vel in dor ,, so, vel in partibus anterioribus illi oppositis, ,, contigerit aliquando tumores derepente eua ,, nescere, in tales ægri incidunt passiones nos vidimus; Qui ne aliqs diceret aliud esse tumores in anteriore, aut posteriore parte eua-

nescere,

nescere, aliud vero in tibijs & brachijs; osten dit tumores etiam in cruribus, & brachijs euanescentes, hæc symptomata & morbos inducere posse: imo vero non ex partibus tã tum à tergo, sed etiam prioribus affectis tumore euanescente conuulsiorem aliquando succedere asserit. Hic igitur est vnus locus ꝑ hac ueritate comprobanda sanè accõmodatissimus. Sed et alia plurima minime desunt: com. 38. secundi in primum Epid. ubi dicit Hipp. papulæ paruæ quæ non essent excernendis morbis, statimq́; euanescebant, Gale. quamuis ibi dicat, caput horum incõmodarum fuisse incõcoctionem, non tamen scribit, illarum papularũ in hac inconcoctione ob qualitatem lethales fuisse, sed magis ob imꝑfectam excretionem, & retrocessum; inquit .n. naturam ob incococtionem permisisse, ut humores, quos expellere tentabat intro recurrerent, Quasi dicat, quod si non recurrissent, quinimo quod inceperat natura sufficiẽter ꝑficere potuisset, etiam in cruditate tales papulas proficere debuisse. Et ideo non hoc tantum loco, sed & alijs pluribus Hipp. &

Gal. retrocedentem hunc humorem tantope re ueriti sunt, ut sicuti ex transmissione apparente agros seruatos esse scripserunt, ita ex retrocedente aut mortem, aut saltem aliquod graue malum contigisse scribant. Hip po. n. de angina sermonem faciens, eos inquit seruari, qbus ceruix ac pectus traxit ruborẽ, nec sacer ignis intro recurrat. Si .n. rubor euanescat, absq; alio tuberculo, aut exscreationibus, mortem indicat, aut recidiuam ru boris. Qui sibi ipsi consentiens 7. apho. inqt ab angina habit tumor, & rubor in pectore apparens bonum, extra .n. vertitur morbus. Et 2. pgn. subiungit. Si aũt abscessus euane scant & retrocedant, nequaquam egredien- te screatione ac febre detinente, difficilis mor bus est, periculum .n. delirij, mortisq; immi- net: cuius rei Gal. rationem affert, quia .s. ve rosimile est materiam in pfundas partes secedere. Sed clarius hãc ipsam veritatem pri mo in primum prrith. primo Gal. exprimit, vt certe alio interpte non egeat, in fine illius com. multis verbis conatur ostendere nil mor bum grauem patienti perniciosius occurrere posse.

iij. pgn. 18. 19. & 20.

Apho. 49.

Tex. 68.

posse, quàm ut aliqua symptomatica euacuatio incipiat, postea vero statim retrocedat, & euanescat. Cuius rõnem subiungit, inqt.n. contingere aliquando nãm coquentẽ ad expulsionẽ irritari, & ideo excretionem incipere, ob virium aũt infirmitatem non posse perficere, id quod deterius est, quàm si nulla fiat excretio: Vbi.n. nihil excernitur, inditium est naturam concoquentem à contristantibus non irritari. Verba Gal. hæc sunt. Cum itaq; stillatio è naribus semper malum signũ sit, absolutissima morbi malitia significatur, si quarto fiat die: videtur siquidem natura collectã in cerebro abundantiam conata esse vt expelleret, sed nequiuisse. Talium autem signorũ genus deterrimum esse constat; nempe quæ vel tubercula, vel pustulæ, ex imo ad cutem enata recurrerunt; grauissima omnium existunt: sudores quoq; qui cœperunt quidẽ sed ꝓtinus cessauerunt praui sunt: Deiectiones item, & quæ ꝑ sanguinis eruptiones, vel in mulieribus per vterum vacuantur; omnia siquidem hæc deteriora his sunt quæ nullo apparent pacto, si vbi cœperint cessent. Contin-

„ git.n. interdum coquentem adhuc cotristan
„ tia naturam nōdum ad horum expulsionem
„ excitari. In illis vero quæ cœperunt quidem
„ sed ꝑtinus desierunt, apparet veluti excita
„ tio quædam, conante natura excernere quæ
„ molesta sunt, atq; ita ob imbecillitatem quod
„ proposuerat, perficere nequeunte. Quid quæ-
so dicet Mass. ad hunc locum? forte quod iā
alias refutauimus, naturæ quidem licere id
vtiliter efficere, arti autem neq̄q̄? Sed profe-
ctò talis responsio contra hanc authoritatem
nihil valet. Nam si tam aperte Gal. retro-
cedentem omnem excretionem improbā vo-
cat, sanè statim nos ipsos docet, illam ne retro
cedat omni arte & studio esse adiuuandam.
Etenim si retrocedant pcipue vero abscessus
per decubitum facti, malum aliquod malum
expectari sequentia demonstrabunt. Horū
authoritatibus si ēt Auic. adiungere licet, il
Cap xvij. lum quoq; audiamus, qui secunda quarti
„ tract. primo sic scribit. Quæcunq; de istis exi
„ turis eueniunt, & occultantur, absq; matu-
„ ratione, earum dispositio non caret duabus re
„ bus aut redeat maior, quam fuit, aut redeat

ægritudo,

ægritudo, aut expellatur materia ad iunctu- "
ras, aut membra dolorosa, aut fessa, aut debi "
lia. Et paulo infra subdit. Nam si non capit "
ea (loquitur autem de membro, quod sufficiẽ
ter totam noxiam materiam capere non po-
test) accidet ex reditu eius secundo ad loca, "
in quibus penetrauerat, illud, quod accidit "
eis, cum ea redire facit medicus stolidus cum "
infrigidatione, & refrenatione ad locum à "
quo venit, & iam augumentata est malitia "
ex eo, quod superuenit ei de reditione, & con "
strictione. Qui ex his verbis aperte docet, hos "
abscessus, quos vocat exituras, nunquàm es-
se impediendos, imo uero stolidos uocat medi
cos, qui refrigerantibus, & adstringentibus
hos pertractant, cum tot enarrata incommo
da subsequantur, si eos retrocedere cõtingat,
aut minores appareant, quam ut morbum
integre iudicare possint.

CAPVT XLVI.

Excretiones Symptomaticas ex Hippo. & Gale. adiuuari posse.

HVCVSQ. in hoc potissimum versati fuimus vt ostenderemus excretionem nullam posse in principio symptomaticam vere appellari, quando talium fuerit qualia excerni oportet; & ideo has morbum quandoq; sustulisse, retrocedentes vero deteriorem aut lethalem effecisse. Nunc modo locum subiungam ex quo patebit quæ nam fuerit hac in re Gal. & Hipp. opinio circa vtilitatem aut noxam harum excretionũ in principio apparentium. Gal. igitur cum videret Hippo. 3. in primum Epid. Metoni circa initia in cruditate caput lauasse vt imperfectam excretionẽ adiuuaret, ne quispiam hoc tantum in imperfectis sanguinis fluxionibus esse agendum arbitraretur, in alijs vero minime; scribit hæc verba quæ illius hac in re mentẽ aperiunt. At etiam. Quæ ducere oportet, eo ducenda esse quo potissimum vergant.

gant ad loca accommoda, recte in vniuersū ,,
dictum, ab hoc casu fidem accipit. Sunt ,,pse ,,
ctò aurea hæc Gal. verba, Vidit .n. quempiam
idipsum quod Mass. hoc tempore censet
animo concepturum, Hippo. sententiam
scilicet, de excretionibus tempore tantum co
ctionis factis esse intelligendam: Gal. igitur
vt hanc falsitatem ex hominum mentibus
erueret, eam in vniuersum veritatem continere
scribit: Quid.n. aliud est sententiam recte
in vniuersum esse dictam, quàm de omni
materia morbum constituente, & ad loca cō
ferentia elabente, esse intelligendam, quamquam
humorum concoctio perfecta non adsit?
Id quod sequentia illius verba declarāt,
cum inquit. Quæ ducere oportet ab hoc casu
fidem accepisse. Quis est hic casus? profecto
est casus excretionis symptomaticæ, vt nemini
obscurum est; itaq; si à casu symptomaticæ
excretionis adiuta, hæc Hippo. sententia
fidem accipit in vniuersum, ex hoc sequitur
excretionem omnem imperfectam, si talium
fuerit qualia educi oportet esse adiuuādam.
Cæterum quod vniuersaliter hoc loco propo

 situm

situm est singillatim fuisse obseruatũ sequentia declarabunt.

CAPVT XLVII.

Abscessus per decubitum ex Galen. & aliis medicinæ scriptoribus in principio esse adiuuandos.

VARIÆ sunt excretiones per decubitum in principio, vel augumento morborum ita vtiliter apparentes, vt si imp̃fecta fuerint veniant adiuuanda. Inter has sunt primo Parotides de q̃bus quid nã Gal. & cæteri sentiant nunc explicabo. Gale. igitur tertio de comp. med. per loca cap. 2. sic ,, scribit. Parotides è genere sunt inflammatio ,, num: fiunt autem glandulis circa aures affe ,, ctis: non tamen in ipsis vtimur prima parte ,, curationis partium inflammatarum. In illis ,, .n. vt plurimum curatione reprimente, ac re ,, uulsoria à medicis appellata vti conuenit: ,, atq; id maxime, cum neq; malignum sit, neq; ,, multum quod influit, &c.

Potest ne locus hoc ipso manifestior reperiri?

ri? An non ex eo constat, Gal. in omnium inflammationum principio, repellentium vsum (nisi fluxio sit maligna) consuluisse malignã vero eadem ratione esse tractandã qua etiã Parotides apertissime docuit? Quarum curationem subiungens inquit. Verum in Parotidibus ipsum contrarium facimus, pharmaca attractoria adhibentes, atq; si hac nihil memorabile efficiant etiam cucurbitam affigentes, aut fomenta assidua adhibentes annitimur. n. vt affligens humor ex profundo ad cutem attrahatur, præsertim si in capite affectio sit firmata, humoribus videlicet in ipso obfirmatis. Et nequis existimaret parotides tunc tantum esse adiuuandas quando materia in capite subsistit, non autem quãdo extra caput in communibus venis fuerit: ppterea Gal. sequentibus verbis ostendit, in febribus etiam acutis, humoribus intra vasa communia existentibus, parotides apparẽtes esse iuuandas: Sic. n. scribit. Quin & cum citra capitis affectum in febribus acutis natura superfluos humores ex vasis effundens ad regionem inter cutem & subiecta corpora deponit;

„ deponit; quando ſanè glandulæ ex effuſis hu
„ moribus participant, melius vtiq; etiam
„ tunc videtur naturam adiuuare per humo-
„ rum ex loco in locum impetuoſum illapſum
„ febres curantem. Itaq; non modo parotides
ſed omnes malignorum humorum abſceſſus
quocunq; tempore apparentes non ſunt impe
diendi, imo validis remedijs adiuuandi; dũ
modo tamen dolorem in ſe vehementem non
cõtineant: quando.n.(vt ſcribit Gal.) vehe-
menti impetu fluxus illabitur, nihil nos cu-
rioſius agentes omnia naturæ permittimus:
Si.n.ſine cucurbitam, ſiue alicui pharmacũ
admouerimus, vehemens dolor hominem ap
prehendit, vnde et vigiliæ fiunt & febres ſuc
cedunt, ac vires exoluuntur. Hunc itaq; aut
ſinere, aut ſi opus fuerit demulcere, minimè
vero attractorijs irritare conuenit:

Hæc vero ipſa à Gal. deſcripta ad verbũ
deſumpſit Ætius 2. Tetrab. 2. cap. 89.
qui inquit.

„ Parotides ſunt ex genere inflãmationum.

Poſtea addit.

„ Non tamen vtimur in ipſis veluti in alijs

partibus

partibus inflammatis, in principio repellen- ,,
tib⁹; Imo uice versa attractorijs vtimur, etc. ,, 394

Et Paulus lib. 3. hæc habet.

Quocirca si etiamdiu in profundo latens, ,,
non in tumorem assurgit parotis, adiuuabi- ,,
mus naturam, hulcerum subsidia offerentes, ,,
aut cucurbitulam apponentes, aut fomenta- ,,
tionibus crebris vtentes, ne si in imũ, remeat ,,
materia, periculum afflicti non effugiant. ,,
Volumus ne pro hac re plura, aut manifestio ra? non credo; At si sufficiunt, cur ergo verebimur in principio Pestiferarum Vesicantia, quæ vel parotides adiuuant, vel quid simile efficiunt administrare? Dicet ne forte quispiam adiuuandos esse hos naturæ imperfectos motus extra Pestis aut Pestiferæ suspicionem, in his autem minime? Non puto; Etenim ratio suadet magis hæc in venenatis morbis esse vsurpanda, quam extra venenũ. Siquis tamen vltro vrgeret sequens quoq; caput legere poterit.

Caput

CAPVT XLVIII.

Abſceſſus in Peſtiferis ex omniũ conſenſu in Principio morbi adiuuandos eſſe.

SI Peſtiferarum & peſtis curationem tã accurate à Priſcis medicis conſcriptam haberemus, qualem à recentioribus accepimus; non vereor illos omnes apertiſsimis verbis hunc curãdi modum proponere debuiſſe, abſceſſus per decubitum in principio apparẽtes, ſtatim non repellentibus, ſed potius attrahentibus tractandos eſſe. Sed quæ ex illis colligi poßunt nunc exponemus, recentiorum ẽt quorundam authoritate ſubnexa.

Itaq; quid Galen. Ætius, ac Paulus de malignis Parotidibus ſentiant iam ante explicui; quid vero de bubonibus & carbunculis peſtilentibus ipſi atq; alij iudicauerint, nunc ſubiungam.

Quod igitur ad Gal. pertinet non eſt vſq; adeo obſcurum colligere adenum inflammationes quaſcunq; apud illum ſolis relaxantibus, non autem reprimentibus eſſe tractandas;

ſanè imponendum eſt, quod nouam fluxionẽ ꝓhibeat, si maligna non sit inflammatio; in maligna. n. aliter eſſe agẽdum partim ex illo ſecundo ad Glauc. ſecundo, partim ex xiv. meth. x. & Paul. lib. iiij. cap. xxv. et Ætio iiij. tetrab. ij. cap. lviij. colligitur. Gal. verba haec ſunt.

Cæterum propter humoris craſſitudinem atq; etiam malignitatem, nec fluxionem auertere vnquam poteris; Et ſi quando id feceris, aliud quippiam quod in alto ſit corpore offendes. Cæterum non vrgente dolore, & diſcutientia, & alia valentiora conuenire, ea declarant quæ habentur ſecundo ad Glauc. ſecundo, vbi quamuis vrentia, partibus propinquis vlceri cruſtoſo apponenda prohibeat, paſtillos tamen Andronis concedit: & xiv. meth. ſcarificationem quoq; proponit.

xiv. meth. cap. x.

Conclusio igitur sit hos ſummos medicinæ parentes, ex bubonum, & carbunculorũ malignorum curatione docuiſſe, quæ nam debeat eſſe Peſtilentium curationis ratio, per attrahentia vbi fluxio imperfecta eſt, per digerentia vero & vrentia vbi iam fluxa fuerit

Gal. retrocedentem hunc humorem tantope re ueriti sunt, ut sicuti ex transmissione apparente agros seruatos esse scripserunt, ita ex retrocedente aut mortem, aut saltem aliquod graue malum contigisse scribant. Hip po. n. de angina sermonem faciens, eos inquit seruari, q̃bus ceruix ac pectus traxit rubor ẽ, nec sacer ignis intro recurrat. Si .n. rubor euanescat, absq; alio tuberculo, aut exscreationibus, mortem indicat, aut recidiuam ruboris. Qui sibi ipsi consentiens 7. apho. inq̃t ab angina habit tumor, & rubor in pectore apparens bonum, extra .n. vertitur morbus. Et 2. p̃gn. subiungit. Si aũt abscessus euanescant & retrocedant, nequaquam egrediente screatione ac febre detinente, difficilis morbus est, periculum .n. delirij, mortisq; imminet: cuius rei Gal. rationem affert, quia .s. verosimile est materiam in p̃fundas partes secedere. Sed clarius hãc ipsam veritatem primo in primum p̃rrith. primo Gal. exprimit, vt certe alio interp̃te non egeat, in fine illius com. multis verbis conatur ostendere nil morbum grauem patienti perniciosius occurrere

iij. p̃gn. 18. 19. & 20.

Apho. 49.

Tex. 68.

posse,

posse, q̃ vt aliqua symptomatica euacuatio incipiat, postea vero statim retrocedat, & euanescat. Cuius rõnem subiungit, inqt. n. contĩgere aliquando nãm coquentẽ ad expulsionẽ irritari, & ideo excretionem incipere, ob virium aũt infirmitatem non posse perficere. id quod deterius est, quàm si nulla fiat excretio: Vbi. n. nihil excernitur, inditium est naturam concoquentem à contristantibus non irritari. Verba Gal. hæc sunt. Cum itaq; stillatio è naribus semper malum signũ sit, absolutissima morbi malitia significatur, si quarto fiat die: videtur siquidem natura collectã in cerebro abundantiam conata esse vt expelleret, sed nequiuisse. Talium autem signorũ genus deterrimum esse constat; nempe quæ vel tubercula, vel pustulæ, ex imo ad cutem enata recurrerunt; grauissima omnium existunt: sudores quoq; qui cœperunt quidẽ sed ꝓtinus cessauerunt praui sunt: Deiectiones item, & quæ p. sanguinis eruptiones, vel in mulieribus per vterum vacuantur; omnia siquidem hæc deteriora his sunt quæ nullo apparent pacto, si vbi cœperint cessent. Contin-

git

,, *git.n. interdum coquentem adhuc cōtristan*
,, *tia naturam nōdum ad horum expulsionem*
,, *excitari. In illis vero quæ cœperunt quidem*
,, *sed ꝓtinus desierunt, apparet veluti excita*
,, *tio quædam, conante natura excernere quæ*
,, *molesta sunt, atq; ita ob imbecillitatem quod*
,, *proposuerat, perficere nequeunte. Quid quæ-*
so dicet Mass. ad hunc locum? forte quod iā
alias refutauimus, natura quidem licere id
vtiliter efficere, arti autem neq̄q̄? Sed profe-
ctò talis responsio contra hanc authoritatem
nihil valet. Nam si tam aperte Gal. retro-
cedentem omnem excretionem improbā vo-
cat, sanè statim nos ipsos docet, illam ne retro
cedat omni arte & studio esse adiuuandam.
Etenim si retrocedant pcipue vero abscessus
per decubitum facti, malum aliquod malum
expectari sequentia demonstrabunt. Horū
authoritatibus si ēt Auic. adiungere licet, il
Cap xvij. *lum quoq; audiamus, qui secunda quarti*
,, *tract. primo sic scribit. Quæcunq; de istis exi*
,, *turis eueniunt, & occultantur, absq; matu-*
,, *ratione, earum dispositio non caret duabus re-*
,, *bus aut redeat maior, quam fuit, aut redeat*

ægritudo,

ægritudo, aut expellatur materia ad iunctu- „
ras, aut membra dolorosa, aut fessa, aut debi „
lia. Et paulo infra subdit. Nam si non capit „
ea (loquitur autem de membro, quod sufficiē
ter totam noxiam materiam capere non po-
test) accidet ex reditu eius secundo ad loca, „
in quibus penetrauerat, illud, quod accidit „
eis, cum ea redire facit medicus stolidus cum „
infrigidatione, & refrenatione ad locum à „
quo venit, & iam augumentata est malitia „
ex eo, quod superuenit ei de reditione, & con „
strictione. Qui ex his verbis aperte docet, hos „
abscessus, quos vocat exituras, nunquàm es-
se impediendos, imo uero stolidos uocat medi
cos, qui refrigerantibus, & adstringentibus
hos pertractant, cum tot enarrata incommo
da subsequantur, si eos retrocedere cōtingat,
aut minores appareant, quam ut morbum
integre iudicare possint.

CAPVT XLVI.

Excretiones Symptomaticas ex Hippo. & Gale. adiuuari posse.

HVCVS Q. in hoc potissimum versati fuimus vt ostenderemus excretionem nullam posse in principio symptomaticam vere appellari, quando talium fuerit qualia excerni oportet; & ideo has morbum quandoq; sustulisse, retrocedentes vero deteriorem aut lethalem effecisse. Nunc modo locum subiungam ex quo patebit quæ nam fuerit hac in re Gal. & Hipp. opinio circa vtilitatem aut noxam harum excretionũ in principio apparentium. Gal. igitur cum videret Hippo. 3. in primum Epid. Metoni circa initia in cruditate caput lauasse vt imperfectam excretionẽ adiuuaret, ne quispiam hoc tantum in imperfectis sanguinis fluxionibus esse agendum arbitraretur, in alijs vero minime; scribit hæc verba quæ illius hac in re mentẽ aperiunt. At etiam. Quæ ducere oportet, eo ducenda esse quo potissimum vergant.

gant ad loca accommoda, recte in vniuersũ dictum, ab hoc casu fidem accipit. Sunt ꝓfectò aurea hæc Gal. verba, Vidit .n. quempiam idipsum quod Mass. hoc tempore censet animo concepturum, Hippo. sententiam scilicet, de excretionibus tempore tantum coctionis factis esse intelligendam: Gal. igitur vt hanc falsitatem ex hominum mentibus erueret, eam in vniuersum veritatem continere scribit: Quid .n. aliud est sententiam recte in vniuersum esse dictam, quàm de omni materia morbum constituente, & ad loca cõferentia elabente, esse intelligendam, quamquam humorum concoctio perfecta non adsit? Id quod sequentia illius verba declarãt, cum inquit. Quæ ducere oportet ab hoc casu fidem accepisse. Quis est hic casus? profectò est casus excretionis symptomaticæ, vt nemini obscurum est; itaq; si à casu symptomaticæ excretionis adiutæ, hæc Hippo. sententia fidem accipit in vniuersum, ex hoc sequitur excretionem omnem imperfectam, si talium fuerit qualia educi oportet esse adiuuãdam. Cæterum quod vniuersaliter hoc loco propo

ſitum eſt ſingillatim fuiſse obſeruatũ ſequentia declarabunt.

CAPVT XLVII.

Abſceſſus per decubitum ex Galen. & aliĩs medicinæ ſcriptoribus in principio eſſe adiuuandos.

VARIÆ ſunt excretiones per decubitum in principio, vel augumento morborum ita vtiliter apparentes, vt ſi imꝑfecta fuerint veniant adiuuandæ. Inter has ſunt primo Parotides de q̃bus quid nã Gal. & cæteri ſentiant nunc explicabo. Gale. igitur tertio de comp. med. per loca cap. 2. ſic ſcribit. Parotides è genere ſunt inflammationum: fiunt autem glandulis circa aures affectis: non tamen in ipſis vtimur prima parte curationis partium inflammatarum. In illis .n. vt plurimum curatione reprimente, ac reuulſoria à medicis appellata vti conuenit: atq; id maxime, cum neq; malignum ſit, neq; multum quod influit, &c.

Poteſt ne locus hoc ipſo manifeſtior reperiri?

ri? An non ex eo constat, Gal. in omnium inflammationum principio, repellentium vsum (nisi fluxio sit maligna) consuluisse malignã vero eadem ratione esse tractandã qua etiã Parotides apertissime docuit? Quarum cu rationem subiungens inquit. Verum in Parotidibus ipsum contrarium facimus, pharmaca attractoria adhibentes, atq; si hæc nihil memorabile efficiant etiam cucurbitam affigentes, aut fomenta assidua adhibentes annitimur.n.vt affligens humor ex profundo ad cutem attrahatur, præsertim si in capite affectio sit firmata, humoribus videlicet in ipso obfirmatis. Et nequis existimaret parotides tunc tantum esse adiuuandas quando materia in capite subsistit, non autem quãdo extra caput in communibus venis fuerit: ꝓpterea Gal. sequentibus verbis ostendit, in febribus etiam acutis, humoribus intra vasa communia existentibus, parotides apparẽtes esse iuuandas: Sic .n. scribit. Quin & cum citra capitis affectum in febribus acutis natura superfluos humores ex vasis effundens ad regionem inter cutem & subiecta corpora

deponit;

383

„ deponit; quando ſanè glandulæ ex effuſis hu
„ moribus participant, melius vtiq; etiam
„ tunc videtur naturam adiuuare per humo-
„ rum ex loco in locum impetuoſum illapſum
„ febres curantem. Itaq; non modo parotides
ſed omnes malignorum humorum abſceſſus
quocunq; tempore apparentes non ſunt impe
diendi, imo validis remedijs adiuuandi; dũ
modo tamen dolorem in ſe vehementem non
cõtineant: quando.n. (vt ſcribit Gal.) vehe-
menti impetu fluxus illabitur, nihil nos cu-
rioſius agentes omnia naturæ permittimus:
Si.n. ſiue cucurbitam, ſiue alicui pharmacũ
admouerimus, vehemens dolor hominem ap
prehendit, vnde et vigiliæ fiunt & febres ſuc
cedunt, ac vires exoluuntur. Hunc itaq; aut
ſinere, aut ſi opus fuerit demulcere, minimè
vero attractorijs irritare conuenit:

Hæc vero ipſa à Gal. deſcripta ad verbũ
deſumpſit Ætius 2. Tetrab. 2. cap. 89.
qui inquit.

„ Parotides ſunt ex genere inflãmationum.
Poſtea addit.

„ Non tamen vtimur in ipſis veluti in alijs
partibus

partibus inflammatis, in principio repellen- ,,
tib⁹; Imo uice versa attractorijs vtimur, etc. ,,

Et Paulus lib. 3. hac habet.

Quocirca si etiamdiu in profundo latens, ,,
non in tumorem assurgit parotis, adiuuabi- ,,
mus naturam, hulcerum subsidia offerentes, ,,
aut cucurbitulam apponentes, aut fomenta- ,,
tionibus crebris vtentes, ne si in imũ, remeat ,,
materia, periculum afflicti non effugiant. ,,
Volumus ne pro hac re plura, aut manifestio
ra? non credo; At si sufficiunt, cur ergo ve-
rebimur in principio Pestiferarum Vesican-
tia, quæ vel parotides adiuuant, vel quid si-
mile efficiunt administrare? Dicet ne forte
quispiam adiuuandos esse hos naturæ imper
fectos motus extra Pestis aut Pestiferæ suspi-
cionem, in his autem minime? Non puto; Et-
enim ratio suadet magis hæc in venenatis
morbis esse vsurpanda, quam extra venenũ.
Siquis tamen vltro vrgeret sequens quoq;
caput legere poterit.

Caput

394

sanè imponendum est, quod nouam fluxionẽ ꝓhibeat, si maligna non sit inflammatio; in maligna. n. aliter esse agẽdum partim ex illo secundo ad Glauc. secundo, partim ex xiv. meth. x. & Paul. lib. iiij. cap. xxv. et Ætio iiij. tetrab. ij. cap. lviij. colligitur. Gal. verba haec sunt.

xiv. meth. cap. x.

Cæterum propter humoris crassitudinem atq; etiam malignitatem, nec fluxionem auertere vnquam poteris; Et si quando id feceris, aliud quippiam quod in alto sit corpore offendes. Cæterum non vrgente dolore, & discutientia, & alia valentiora conuenire, ea declarant quæ habentur secundo ad Glauc. secundo, vbi quamuis vrentia, partibus propinquis vlceri crustoso apponenda prohibeat, pastillos tamen Andronis concedit: & xiv. meth. scarificationem quoq; proponit.

Conclusio igitur sit hos summos medicinæ parentes, ex bubonum, & carbunculorũ malignorum curatione docuisse, quæ nam debeat esse Pestilentium curationis ratio, per attrahentia vbi fluxio imperfecta est, per digerentia vero & vrentia vbi iam fluxa fuerit

 rit

rit. Sed Rhasem quoq; audiamus, qui in suo illo libello de Pestilentia apparente aliquo dolore, & mutato colore in crure, manu aut alia corporis particula, talem transmission quamprimum ualidis remedijs adiuuādam esse contulit; Sic enim scribit: Quod si æger meliuscule quodammodo habet, & particulam quamprimum scarificaueris, valde opitulaberis, & putredine liberabis, quare in huiusmodi affectibus refrigerantia particulæ adhibere non oportet, sed alterum facere, aut scalpello lancinare vt diximus aut calida aqua superfundere. Hæc R. hazes. Auicennas autem in cura bubonis, & carbunculi Pestilentis ab hac medendi ratione non recedit, qui etiamsi in altho in seu carbunculo absq; febre in principio reprimentia proponat, in eo tamen qui febrem habet (qualis est pestiferarum febrium tumor) inquit. Et cum est illic febris, tardabis cum infrigidatione ne reducas cum ea materiam retro. De bubonibus autem quid dicat, & sequenti capite quod ab eo de apostematibus in glādulis īscribitur, & ex superius a nobis dictis

patet

-as; hoc docuit 13.meth.cap.xv.sed clarius cap.v.quo in loco cum varia ad adenes bubone affectos relaxantia adhibeat,uidens ex eorum usu in corpore plethorico noua fluxionis periculum imminere,non propterea repellentium usum admittit,sed potius fluxionem euacuantibus reuellendam esse docet, sic scribens.

" At si plethoricum corpus sit,uel malo succo redundet,curatio per ea quæ sic calent fluxionem ad membrum citat. Atqui nec alia uti datur,cogimur ergo alias sanguinem mittere, idq; aut uena incisa: aut membris ijs quæ læsa non sunt scarificatis.

Et ideo si in omni adenum inflammatione laxantia imo & attrahentia conueniunt, (quãdo paruæ & absq; dolore fuerint) certũ est bubones quoq; Pestilentes ex Gal. sententia ea ipsa ratione curandos esse, ut propterea Paul.lib.4.cap.xxij.in bubonibus tantum Pestilentibus hanc curandi rationem p relaxantia concedere uideatur,cum in cœteris quæ ex cessitatione, hulcerib',aut alijs doloribus excitantur,refrigerantia, & repri-

carbunculi, ac bubonis pestilentis curatione, minimè reprimentia in Bubonibus, aut suppurantia in carbunculis admouenda esse consulit, imo verò hac in re Vespillones sui temporis magnopere criminatur, qui carbunculis, concoquentia adhiberent. & de Bubonibus verba faciens, inquit, istos ad interiores partes nunquàm esse repellẽdos, imo verò iuuandum esse naturæ motum, atq; pro virili enitendum, vt à nobilioribus, et internis partibus, venenum omne tractumus ad ignobiliores, & externas. Quo in loco non possũ nõ summopere eũ mirari, qui in sua contrà nos Disputatione, imo vero in primo illo suo libro de Peste, Veneni nomẽ tantopere abhorreat, postea verò non semel tantum, sed & pluries in eo secundo libro, libenter accipiat. Sed qcquid de hac sit, certum est, illum quãquàm cucurbitulas, scarificationes, validioraq; medicamenta impugnare videatur in hoc tamẽ a cæteris minime dissentire, consimiles excretiones nulla ratione ꝓhibendas, sed potius, quamuis in principio fuerint, adiuuandas. Idquod etiamsi effugere velle videatur, qui

in pestiferis quoq; Bubonibus desiderare cōctionem videtur, ego certè ignoro, quomodo undequaq; sibi ipsi consentiat. Aliquando .n. hos Bubones circa glandulas aut colli, aut alarum, aut femorum apparentes, principes partes cerebrum, cor, & iecur liberare scribit; ꝓpterea quamuis in cæteris omnibus inflammationibus incohantibus, cum Auicēna refrigerantia & reprimentia in principio adhibeat, attamen eas excipit quæ principalia hæc membra expurgant: postea vero generalem dicit esse legem in quacunq; excretione obseruandam, vt in coctione iuuet, & adiuuetur, in cruditate noceat, et consequenter adiuuari non debeat. Quid si ille dixerit (vt dicere videtur) se generosa tantum, et validiora præsidia improbasse, anodina autem, & alia quædam calida sed minimè caustica concessisse; statim in foueam incidit quam sibi parauerat. Si.n ita ꝓba, et perniciosa tempore cruditatis est talis excretio; profectò relaxantia, qualia sunt oleum amigdalinum, chamæmel. anethinum pinguedo gallinae, anathis, & alia ab eo proposita, & commendata;

patet. Etenim attrahentium vsum in illis tumoribus quæ præcipua viscera expurgant semper commendat. Horum itaq; antiquorum patrum doctrinam sequuti recentiores chirurgi præstantissimi, Guido a Cauliaco, Ioannes Tagaultius, Ioannes de Vigo, atq; alij plurimi in curando carbunculo & bubone pestilenti, profectò non repellentibus ab initio, ac refrigerantibus, sed calidis, attrahentibus, imo vero causticis septicis, pyroticis, & scarificatione omnium vero maxime igne actuali vtuntur; in hoc Diuinũ Celsum imitati, qui in carbunculo, alium curandi modũ quam vstionem minime probare videtur: Scribit enim. Nihil melius est quam protinus adurere, finisq; adurendi est, dum ex omni parte sensus doloris est.

Lib. v. cap. xxviij.

Hanc eandem curandi rationem video omnes recentiores, & celebriores medicos q̃ de Pestiferis scripserunt suscepisse. Sic enim Hollerius in Bubonis pestilentis cura; Vtendum quoq; (inquit) sanguisugis. Cucurbitulis cum scarificatione, etc. Alij omnino circumcidunt, & extrahunt. Cauteria, si uires

res

data; dum uias laxant poros aperiunt; nouo fluxui sibi suspecto, & importuno occasionem præbent, quanquàm vt ingenuè dicam, illud mihi non vndequaq; constet, vtrum oleum de scorpionib⁹, siue Matheoli, aut Carauite, & oleum de Viperis ab ipso in tali casu commendata, vires ita infirmas obtineant, vt in parte sua natura debili fluxionem iam suscipiente, ex calore, & dolore multum attrahente, non possint cùm calidissima sint, attractionem Sinapismis Paulò inferiorem efficere. Ex quo infero non tantum aliorum, quam tum ipsiusmet Maßariæ testimonio, excretiones istas symptomaticas, quas ipse tantopere extimescit, & contrà nos, qui illas iuuari debere censemus, toties insurgit, & clamat, tã quàm vtiles, & salutares acceptas atq; adiutas minime vero impeditas eo ipso authore fuisse, neq; vna tantum ratione, sed multiplici; vt propterea etiam Sinapismi seu Vesicantia ab hoc numero non fuerint separata.

Quod si dicat ex istis scriptoribus non elici, Vesicantia extremis partibus pro carbun

culo,aut bubonibus eſſe affigenda, præterquã quod hæc res ad præſentem locum nihil pertinet; cum id tantum demonſtraſſe ſufficiat, imperfectas per decubitum excretiones quacunq; tandem rõne adiuuãdas eſſe, Accedit nos iam ſuperiꝰ oſtendiſſe,dolorẽ, ex vlcere in ijs partibus exiſtente, maxime fluxionem ad glandulas excitare poſſe. Et ideo in imperfecta fluxione non minus proderunt Veſicantia ipſimet cnrbunculo,quam extremis locis, ad eni tamen laboranti conſentientibus affixa. Propterea Ioan. de Vigo vir certe praeſtantiſſ. in carbunculo Peſtilenti manibus ſupra carpum,& pedibus ſupra clauiculam haec ex cantharidibus, batrachio fermento & aceto compoſitis in hunc finem proponit. Sed de hac re iam plura ſuperius. Pro nunc aũt puto ſatis probatum eſſe, excretiones per decubitum potiſſimum in Peſtiferis crudo adhuc morbo eſſe adiuuandas minime vero impediendas.

Caput

CAPVT XXXXIX.

Massariæ obiectiones contra iam determinata proponuntur & dissoluuntur.

QVICVNQ. hactenus à nobis exposita, attente admodum perlegere voluerit, non difficili negotio (quãtum ego censeo) eas omnes difficultates superare poterit, quae veritatem iam propositam obscurare valent. Nihilominus ne vllus dubio locus relinquatur, decreui in hac postrema huius tertij libri parte, insigniora quaedam Hippo. & Gal. loca contra nos ꝓferre, quae tanquam aliorum omnium exẽpla esse volo; ijs.n. explicatis, ac dissolutis, eadem ratione caetera omnia quotquot produci possent facillime dissoluentur. Itaq; est primo contra nos Gal. locus quarta apho. xxij. „ vbi scribit, Hipp. morbis quibuslibet incipiẽ „ tibus si atra bilis, vel supra vel infra exierit „ laethale, inquit Gal. in comm. quando aliqs „ incipit morbus si quid excernitur, nihil tunc „ excernitur naturae ratione, sed sunt omnia „

" casus earum quae praeter naturã sunt in cor-
" pore dispositionum; quo .n. tempore à causis
" quidem morbum facientibus natura grauatur, adest autem cruditas humorum, tunc
" aliquid bene euacuari est impossibile. Hic tam aperte excretiones in principio factae damnantur, vt plura in huius rei confirmationem loca adducere prorsus sit superuacaneũ. Solutio tamen non est vsq; adeo difficilis; & tota ex superius declaratis colligitur. Morborum .n. alios magnos quidem sed benignos, alios autem malignos & pestilentes constituimus; excretiones in benignis morbis circa initia apparentes, iure quidem à Gal. & Hip. & hoc loco, & alijs pluribus maiori ex parte damnari debent; Etenim vbi nec malignitas nec alia turgentis humoris differentia facultatem irritat, potest natura humorũ coctionem expectare, et ideo in statu, non in principio vel augumento euacuare. Vbi verò humor qui morbum constituit corruptionem q̃ corrigi non possit nactus fuerit, cum coctionẽ nullam expectet, idcirco uel in principio uel in augumento utiliter etiam excerni potest.

Id

Id quod si quispiam Gal. testimonio sibi cõprobari uoluerit, uel superiora à nobis exposita adeat, ibi enim hanc ueritatem quãtum satis est confirmatam uidebit, vel etiam locũ Gal. legat 4. acut. 76. ibi.n.non solum in coctione, sed & in principio prima, secunda, tertia, & quarta die medicari posse scribit. Quod si quispiam vlterius obijciat Gal. locum secundo in primum Epid. 45. & 46. vbi Hipp. & Gal. coctioni celeritatem iuditij, ac securitatem: cruditati vero acrisias, dolores, diuturnitatem, recidiuas, ac mortẽ tribuunt; ijs multiplici ratione responsum esse volo. Primum quidem excretiones alias esse per effluxum, alias verò ꝑ abscessum seu decubitum, et permutationem, Hip. vero et Gal. coctionem perfectum in excretionibus ꝑ effluxum, non autem in illis quæ per abscessũ proprie acceptum fiunt desiderasse. Hanc veritatem similiter superius, quod satis fuit exposui, partim quidem ex tertio ꝓgn. comm. xxiij. partim verò ex secundo in primum Epid. 44. atq; alijs locis, sed quia vnica hæc responsio omnes ambiguitates non euacuat,

idcirco

idcirco in sequenti capite difficultatibus propositis alias quasdã distinctiones adducem⁹.

CAPVT L.

Aliæ quædam difficultates proponuntur & dissoluuntur.

CONTRA *solutionem nuperrime adductam varia insurgunt difficultates. Cum.n.dicimus in excretionibus per effluxum coctionem desiderari, hasq́; sine coctione inutiles esse, statim nobis ipsis contradicimus, qui superius cum Hipp. & Gal. vrinarum, sanguinis menstrui, & hemorrhoidalis expulsiones, etiam sine coctione factas vtiles esse iudicauimus. Quod etiam secundo loco dicimus, excretiones per abscessum seu decubitum absq́; coctione in pestiferis saltem non esse improbandas, plurima habet contra se Hipp. & Gal. loca; Febres omnes ex Bubone malas esse prater effameras scribit Hipp. 4. apho. 55. ergo Bubo qui est abscessus, nihil boni in se continere potest, & ideo 2. in 6. Epid. tex. x. Abscessus istos veluti Bubones malignos*

malignos vocat, Accedit quod abscessus ex Hipp. sententia vbi apparent, si mors non sequatur, saltem insignem aliquem laborem, & impedimentum adnexum habeant, vt ꝑpterea aut integra membra, ab illis corrupta à toto corpore separentur, vt ex 2. ꝑgn. colligitur, aut saltem si circa crura fiant claudicatio subsequatur, vt tex. 65. secundi ꝑgn. aperte declarat. Et ideo Gal. 2. in primum Epid. 46. hos abscessus improbat, & primo in tertium Epid. sic scribit. Reduc item ad memoriam ante concoctum morbum crebro te audiuisse, nullum quemlibet abscessum proficere, nedum auriginosum, & primo de crisibus 7. hæc habet Sanguinis autem profluuia, & sudores & tumores qui iuxta aures fiunt, & reliqui decubitus, si in tempore quidem fiant oportuno, prodesse possunt, intẽpestiue autem nihil iuuant. Alia multa id genus loca produci possent, sed hæc sufficiant pro omnibus, nam vno vel duobus dissolutis cætera sponte corruunt. Quod igitur ad primam cõtradictionem spectat cum dicebatur ex nostra positione excretiones quasdam

Text. ix.

inflammationum, non autem alicuius mali causa. Cum autem ultimo loco dicebatur, nullum abscessum neq; auriginosum sine coctione utilem esse; dico coctionem dupliciter accipi posse, aut enim coctionis nomine perfectam & absolutissimam intelligimus, aut potius imperfectam seu mediam uocatam; in morbis igitur pestilentibus, dico coctionem illam absolutissimam & perfectam nunquam haberi posse, sed imperfectam et mediam tantũ, cum qua, excretiones per absceßum utiliter fiant. Quod iam alio loco ostendimus. Quid autem imperfecta & media coctionis nomine intelligamus iam explicabimus.

CAPVT LI.

Quot sint species coctionis imperfectæ seu mediæ vocatæ.

CVM non in Gal. tantum, sed aliorũ quoq; omnium qui eius placita imitantur doctrina satis conspicuum sit, non omnes morbos qui iudicationem requirunt cum integra & perfecta Crisi iudicari posse; hinc

variæ sunt inuentæ ex eiusdem Gal. sententia mediæ coctionis differentiæ, secundum quas affectus qui ex nimia humorum copia, aut prauitate ortum ducunt; dum minime cum perfecta & legitima crisi iudicari possunt, saltem ob imperfectiorem mediam uocatam ipsi quoq; ad bonum aliquem finem quanquam non ita perfectum tendere valeant. Inuenio autem huius mediæ coctionis apud Gal. tres præcipuas differentias: quarum prima de illis humoribus intelligi debet qui propter eorum copiam omnes vno et eodem tempore coqui non possunt; Neq; enim ratio persuadet, vno & eodem tempore totam humorum putrescent'um massam simul concoqui sed paulatim: Hanc video Gal. primo illo in primum prrith. significasse, cum inquit naturam concoquentem ad noxiorum expulsionem ante perfectam coctionem irritari. Et idcirco in augumento datur hæc semicoctio quia pars humorum iam est mutata: pars autem adhuc sanè immutata. Id qđ natura augumenti confirmare videtur; Etenim augumenti tempore aliqua coctionis signa apparere

rentem eundem certe neci permittere: Subsequi verò mortem in illis quibus tales abscessus minime fiunt, ex locis paulo ante contra nos citatis, atque alijs pluribus non obscure colligitur. Ad Hipp. vero, qui febres ex Bubone malas vocat, ac Bubones ipsos malignos appellat, dico hanc vocem mali seu maligni & praui, dupliciter in Gal. & Hippo. accipi solere, quandoq; enim aliquid dicitur malum per modum signi, non per modum causæ, aliquãdo verò dicitur malum seu prauum per modum signi & causæ. Huius distinctionis membra ex Gal. varijs in locis desumuntur, nam praua excretio per modum signi non autem per modum causæ ea est quæ describitur quarta aphor. 47. dum inquit Gal. Male euacuationes sunt prauarum si- " gna dispositionum, ecce prauitatem per modum signi, quibus statim subiũgit bonitatem per modum causæ his verbis. Prodeuntque " sæpius eodem modo quo in vlceribus putridis " à quibus ichores hoc est liquores saniosi de- " fluunt, nihil dispositioni conferentes; nonnun- " quã verò ita sicuti pus ex abscessu disrupto "

tra suppurationem excretionibus per regionem inferiorem factis fuisse curatas: (quod parum frequens esse docet:) alterum autem quod nouitatem excedit illud est, pictoris ancillam cum tubercula secundum aures suppurassent, periisse, nam cum hoc pugnare videtur (inquit Gal.) concoctiones celere iuditium, & securam sanitatem polliceri. Causã igitur necis subiungens inquit, ideo mortem successisse, quia caussa quæ intra venas con tinebatur non erat concocta, at parotides erant maturæ; Ex quibus verbis constat, pos se humorem putrescentem in vno loco concoctum esse, in alio autem nequaquam. Sic.n. scribit. Sed ne nunc quidem caussæ febrium, „ quæ intra venas continerentur erant conco- „ cta Cratistonactæ & ancillæ pictoris, nam nõ „ obirent; at parotides erant tamen maturae „ quod infrequens esse, & debere memoria te- „ neri dicebam, nam posse fieri quapiam in par „ te priuatim concoctionem toto morbo non con „ cocto, etc. Hæc igitur est tertia mediæ coctio- „ nis differentia; cui forte si quartam adderemus non esset omnino præter rationem; vt scilicet

licet diceremus, illos humores qui ad expulsionem sunt paratissimi vel ob copiam, vel tenuitatem, vel insignem putredinem, & uenenum, cum à facultatibus nostri corporis sustineri non possint, idcirco hos quoque ad medias coctiones pertinere. Neque enim concocti dici possunt, quia caloris concoquentis facultatem adhuc nõ sunt experti; neque omnino crudi, quia iam à probis humoribus sunt separati, coctionis autem in putrescentibus humoribus finis est talis secretio; Itaque isti etiam ad mediam coctionem reduci possunt. Quando igitur contra nos auctoritatibus, & rationibus pugnatur nihil sine coctione prodesse, & ideo symptomaticas excretiones minime adiuuari debere; dicimus in augumẽto iam aliquam adesse concoctorum humorum portionem, naturamque nihil coctum apud se permittere, sed statim expellere vt ex illo tertio de symp. caussis colligitur: propterea si ea quauis ratione opus integrum perficere non valet, omni quidem tempore illi opem ferre licebit, sed tunc potissimum cum non modo prima sed & secunda illa media coctio adsit,

in qua

parere docuit Gal. in illo primo de crisibus, cum scribi: & quidem & rubens nebula, et subsidentia talis & sine subsidentia, bene colorata vrina, & crassitudine mediocris principium finijsse ostendit. Si itaq; post principium statim coctio aliqua apparet, oportet etiam ideo apparere, quia humores in parte cocti in parte autem crudi adhuc persistant, vt iam ex prorrith. ostendi, & ex Gal. secunda apho. xxiij. colligitur et iij. de crisibus cap. x. Dum enim de ea iudicatione verba facit, cui integra sanitas non subsequitur quemad modum in absolutissima coctione, sed tãtum insignis aut ad salutem vel ad mortem permutatio; statim ostendit in ea saltem quae ad salutem fit permutatione, humores medio modo quo ad coctionem se habere, partim quidem coctos ex parte autem crudos. Haec igitur est prima mediae coctionis differentia. Est uero secunda quae à forma ipsius coctionis desumitur; cum .n. absolutae coctionis forma sit humoris ad naturam puri similem, albam lenem aequalem, non fortidam permutatio; exquisita autem cruditas in putredis humo

Cap. xvij.

ribus

in qua vt dixi nulla melior temporis progres ſu expectari poteſt. Idipſum vero de tertia coctionis differentia dictum eſſe volo. Cum certum ſit humorem qui coctus fuerit, vbicunq; reperiatur eſſe educendum. De vltima autem media coction is differentia, nihil dicam; poſteaquam demonſtraui (quod etiam apud omnes conceſſum eſt) turgentes, ad ſũmum putridos et venenatos humores quam primum eſse euacuandos. Itaq; propter has omnes cauſſas, ſuperioribus etiam additis, concludendum eſt in peſtiferis febribus excretiones à principio factas, dummodo talium ſint humorum qualia in corpore peccant, & per debitum locum, neq; vltra modum debitum educantur eſſe adiuuandas.

CAPVT LII.

Alia quædam Hippo. loca interprætantur.

DIſtinctiones iam propoſitæ poſſunt quidem vt ego cenſeo omnia Hippo. & Gal. loca contra nos adducta in bonum ſenſum ducere, attamen illud quoq; hoc capite

ſuperaddere volo Hippo. & Gal. non ſemel tantum excretiones per decubitum non ob aliam cauſam damnaſſe, quam quod minores eſſent quam vt ſuperando morbo ſufficerēt. Hanc veritatem partim ex Gal. partim vero ex illis locis colligo quæ contra nos ex Hippo. produci poſſent. Gal. enim ſecundo in primum Prorrith. interpretās ea Hipp. verba. Com. 47. *Si vomitus exigui bilioſiq; fuerint, malum (inquit.) Excerni pauca in ægris, vnū quoddam ex ſignis eſt quæ prauitatem habent; ſiue ſanguis per nares excernatur, ſiue deorsū. Et ne quis dicat hæc tantum de excretione tempore coctionis eſſe intelligenda: Galenum audiat qui ſecundo in primum Prorrith. ſcribente Hippo. pernicioſa ſine ſignis leuantia mortem indicant, inquit: in com: Sine ſignis vel excretionis, vel concoctionis. Non dicit Gal. ſine ſignis excretionis, & concoctionis, ſed vtitur aduerſatiua particula, vel, ex qua ſignificat pernicioſa ſigna dummodo cum excretione appareant, quanquàm concoctio nō adſit, illa tamen eſſe multo minus mala, ne dicam abſolute bona, quàm vbi ſola pernicioſa*

Text. xvij.

„ „ „

ſa

Ja signa apparuerint absq; vlla aut excretione, aut concoctione subsequente. Sed ad propositum rediens Galen. non hoc tantum loco, sed & alibi absceßus ob solam paucitatem cruditatis tpe suspectos habuit. Etenim cum Hipp. 3. in primũ prorrith. dixisset, paraplecticis parotides vitiosa: Gal. inquit in comm: Ego autem non simpliciter dixerim, malum signum esse superuenientes parapleticis parotidas, sed quod is absceßus morbo minor sit, referre fuerit satis. Hipp. quoq; hanc ipsam sententiam tertio in sextum Epid. propositam secunda sect. secundi lib. Epid. repetiuit verba hac sunt. Nascentia vlcera & tubercula febres iudicantia. Quibus hac non accidunt, iudicationis carentia. Quibus aliquid intus relinquitur, certissimae, & celerrimae recidiuae. Ex quibus verbis, clarissimè nos docet Hipp. quasdam febres, quales sunt pestiferae, de quibus in eo secundo Epid. verba facit, per tubercula, & vlcera efflorescentia iudicari, quae si non apparuerint, nullam omnino crisim fieri. Et si imperfecta fuerit transmissio, certissimam

Text. lxviij.

Tex. xxxv.

& celerrimam recidiuam fore, sed pro hac re satis.

CAPVT LIII.

Examinatur locus Hippo. tertio in tertium Epid. xxix.

INTER cætera loca quae Mass. existimat contra nos esse, & funditus excretiones sine coctione factas destruere, est tex. 29. tertij in tertium Epid. quem cum ita concludentem arbitretur Mass. vt miretur nos illum conniuentibus (vt ipse ait) oculis praeteriysse, idcirco liceat in Mass. gratiam examinare, nunquid ille quidpiam contra nos contineat.

Primum autem hoc etiam concesso (quod tamen falsum esse demonstrabo) Hippo. ibi omnes excretiones sine coctione factas improbas existimasse, eas uero tantum quae cum concoctione fiunt, collaudasse, certus sum una uel pluribus, ex tam adductis distinctionibus illum quoq; locum in bonum sensum duci posse, nempe si dicamus excretiones per effluxum

xum in morbis non pestiferis per modum signi potissimum vbi talium fuerint qualia excerni non oportet, aut plurium quam conueniat, & in exquisita cruditate improbas esse. At vero quæ oppositas habuerint conditiones, poterunt vtiliter excerni. Hac igitur ratione locum Hippo. contra me adductum interpratari poßem. Verum hanc nolo esse illius loci expositionem, sed constanter affirmo, ibi exemplum singulare contineri excretionũ symptomaticarum quæ vtilitatem afferant. Quod etsi vnicuiq; mirum visurum scio, textum à Massar. productum tanquàm valde egregium; eius tamen oppositum concludere quod ipse censet, nihilominꝰ ex ipsomet Hipp. manifestissime comprobabitur, eius uerba sunt ista.

Vt qui per suppurationem abscessum fecerat, aut aluus commode turbata esset, aut bonae urinae essent excretae, inde propulsaretur: cui horum nihil acciderat, & obscure euanuerat lethalis esset.

Ex ijs uerbis putat Mass. se desumere Hipp. uoluisse haec in coctione fuisse facta, eo

quod

408

quod dixerit aut vrinæ bonæ essent excretæ. Sed certe hæc verba nihil omnino faciunt ad propositum, vt demonstrent excretiones eo tẽpore, & loco descriptas in coctione factas fuisse. Quod vt manifestum fiat, videamus quæ fuerit occasio cur Hipp. hæc scripserit, postea eius verba quoq; & Galen. examinabimus. Dixerat Hipp. in ea Pestilenti constitutione tria excretionum genera apparuisse. Primum fuit per aluũ, de quo scribit in xiij. tex.

„ *Alui turbatæ, etc. Secundum fuit per vrinas, de quo scribit in xv.*

„ *Lotia turbata multa mala.*

Tertium fuit per abscessus varios de quibus meminit à xxij. tex. vsq; ad xxv.

His itaq; euacuationum generib' enumeratis, & aliis quoq; pluribus morbis & symptomatis tunc vagantibus; Tabe, aqua inter cutem, comate, & aliis id genus. Tandem in eo tex. 29. à Mass. producto, Hippo. refert bonum, & malum omnium euentum, & inquit, quod ex iis qui excretiones habuerũt, illi seruabantur, quibus per suppurationem abscessus fierent, aut aluus cõmode esset turbata,

bata, aut vrinarum bonarum extitiſſet excretio. Cœteros omnes inquit lethaliter habuiſſe.

Quid igitur ſibi vult Hipp. per hæc verba. (Aut vrinarum bonarum extitiſſet excretio. An forte quod putat Maſſ. hanc bonarum vrinarum excretionem coctionis, & conſequenter vtilis abſceſſus, & turbationis commodæ alui fuiſſe indicia? Nequaquam; quinimmo memor eorum quæ alias ſecunda in primum Epid. ſcripſerat illos quibus ad ſtranguriam diuerterent, ſanatos eſſe, hoc quoq; in loco vrinarum excretionem tanquã cauſam ſalutis, non tanquàm coctionis ſignũ proponit. Vt autem hæc veritas magis appareat, tex. verba perpendamus: Inquit habebant hæc illud, vt quæ per ſuppurationem abſceſſum molita eſſent, &c.

Ego à Maſſ. peto, ex quo nam loco colligat Hipp. voluiſſe abſceſſus per decubitum in perfecta coctione apparere, cum vbiq; docuerit (vt ex locis à nobis ſuperius citatis patet) ideo abſceſſus per decubitum fieri, quia non poteſt ea coctio haberi, quæ ad excretionẽ

per effluxum sufficiat. Si itaq; pro istis abscessibus efficiendis coctionem non requirit Hipp. sed tantum noxij, & corrupti praui, ac venenati excretionem, quomodo ergo ex hoc loco colligit Mass. excretiores istas iuuisse, qa in coctione facta sunt? Cæterum quod isti abscessus de quibus ibi meminit in cruditate essent, morbi, & sympt. quæ hos abscessus cõsequebantur satis ostendunt. Etenim si humor qui abscessum faciebat, natura gratiam suscepisset, profectò tam grauia mala non intulisset, quãlia in eo tex. 25. referuntur: carnis inquam ab ossibus, & unius membri ab alio separationem. Erat itaq; materia cruda, & laboriose excreta, & tamen proderat; ut propterea Gale. in comm. scribat. Paulo ante etiam causa reddita est, cur superstites essent magis, quibus per putridam partem malus humor vna cum corpore decideret.

Quæ est hæc causa? non coctio; sed hoc tantum, quod multo minus malum esset carnẽ aut brachium uel pedem amitti quã uitam: & ideo in comm. 25. ait. Peiora .n. erant in quibus in profundum secessit humor, &c.

Abscessus

Abſceſſus igitur erant cum cruditate.

Quod autem ad aluum commotam perti net, nolo quidem in præſentia diſputare, vtrũ illa alui excrementa eſſent concocta nec ne, ſed id tantum aſſero, verba quæ ſubiungit Hipp. de vrinis, non eſſe prolata per modum ſigni coctionis, ſed per modum cauſæ iuuantis. Non.n. copulatiue legit hoc modo. Aut ,, ſi commode aluus turbata eſſet, & vrinae ,, bonæ eſſent &c. Sed disiunctiue, inquit .n. ,, Aut bonæ vrinæ eſſent excretæ. Ex quo con ſtat, tria excretionum genera ab Hipp. fuiſ ſe propoſita, abſceſſus ſuppuratos, aluum commode turbatam, & vrinas bene excre tas: ex conſequenti has vrinas ſiue bonæ, ſiue malæ eſſent, ſiue cũ labore, vel etiam ſine la bore excernerentur, non fuiſse ab Hipp. pro poſitas vt ſigna coctionis, & vtilitatis præce dentium, ſed ipſas non minus quã abſceſſus, & alui excrementa ſponte ſua patientes à Peſte liberaſse. Id quod magis declarat Ga le. in comm. Qui ita ſcribit. Nec eſt obſcurũ, ,, quin ſi & per ventrem & vrinas expurga ,, tus fuiſset, moleſtius dum excerneretur, fue- ,,

rit, profuerit tamẽ vniuerso corpori. Ex quo docet, vrinæ excretionem bonam, hic non poni ab Hippo. tanquàm cæterarum signum, sed tanquàm crisis causam. Conclusio igitur sit, non licere ex hoc loco inferre, alias excretiones cum coctione factas esse; tum quia vrinæ non inseruiunt tanquàm signa, sed vt causa, tum vero quia de abscessu proprie accepto verba fiunt, quos vt dixi certum est in acutis morbis nunquàm cum perfecta coctione prodire. Mox vero quod de alui excretione, & vrinis exeuntibus scribat Gal. excretionem quidem profuisse, sed tamen molestã extitisse. At vero molestia, humoris prauitatem ostendit. Deniq; quia in hoc textu illa tria excretionum genera proponuntur de quibus vt dixi Hipp. in præcedentibus tex. mentionem fecerat: at uero ut legenti patere poterit, omnia hæc excretionum genera in illis textibus tamquàm sine coctione facta proponuntur, ergo ratio persuadet ut in hoc tex. 29. qui est quasi conclusio præcedentium inferat Hipp. intentum, has. s. excretiones quã quàm in cruditate attamen profuisse.

Hactenus

Hactenus de tempore administrandi Vesicat. transeo ad locū atq; alias conditiones.

CAPVT LIV.

De loco, & modo imponendi Vesicatorii.

QVÆ ad locum, modumq; imponendi Vesicat. pertinent, paucis absoluā: Posteaquam res hæc magnam in se difficultatem non continet. Hoc igitur qd ad locum pertinet tantum dicam, quod cum hæc præsidia, & pro euacuatione, & pro deriuatione, ac demum pro reuulsione in usu habeantur: pro euacuatione, certum est locis patientibus, pro deriuatione proximis, pro reuulsione longinquis esse adhibenda. Et ideo laborante capite per essentiam, ad euacuandum acria hæc medicamenta aut comissuræ coronali, aut glandulis post aures, aut fronti uel occipiti; uel in magna necessitate uniuerso capiti adhibebimus. Laborante aūt Thorace & partibus in eo contentis, pro deriuatione, scapulis, & bracchijs, tam supra, quā infra cubitum; supra quidem in externa, in-

stra autem in interna parte, & ea quidem magis carnosa quatuor uel quinq; digitis supra carpum admouebimus. Pro euacuatione uero ipsismet costis & sterno apponemus. Quòd si per consensum tantum partes istæ laborauerint, quanquàm pro reuulsione brachijs affixa conuenire possint, infernis tamẽ partibus admota cruribus inquàm, & coxis in parte interna supra genu & talum, & reuulsionẽ moliuntur, cum humores ex vtero aut alia propinqua parte in superas, thoracem vniuersum, cor, pulmones pleuram, mediastinum, & septum transuersum, ventriculum, iecur, aliasue partes supra renes constitutas defluunt, & simul etiam deriuationem præstant, si focus putredinis vel copia in renibus aut locis infra renes constitutis extiterit.

Quod autem ad modum apponendi vesicat. pertinet, ante omnia pro ætatis, sexus, temperamenti, habitus corporis, et status præter nãm varietate vario modo locum ad vesicat. facultatem suscipiendam præparare oportet. Primum quidem sublatis pilis, deinde vero frictione, si pilosa, durior, ac frigidior

caro

caro hæc exposcere videatur: Fiat autem fri ctio aut aspero linteo, aut alio Smegmate, de quo mentionem feci ad ruborem usq;: aceto inquam acerrimo, seu lixiuio, aut vino generoso, vel in maxima frigiditate aqua vitis. Aquam vero simplicem nec oleum, aut aliam rem vnctuosam pars minimè attigat, q̄d si adsit, diligēter estergatur, alioquin ex Oribasij & Ætij sententia hæc vnctuosa acriū medicamentorū facultatem, prohibēt. Hac pro partis præparatione sunt administranda, habita tamen subiecti cui Vesicantia adhibētur (vt dixi) ratione. Etenim mol lioribus corporibus leuissima quæquae praeparatio cōuenit, durioribus autem Smegma ta omnia efficacissima sunt vsurpanda. Et ideo non sunt permittenda supra locum Vesicantia omnibus uno & eodem temporis in teruallo. Sed delicatioribus, mollibus, & calidis breuiore, frigidioribus siue ex morbo, siue ex temperamento naturali, robustis, ac durioribus longiore. De tempore anni, regione, et cōstitutione, naturaq; morbi & eius dem tempore aliqua habita prouidentia: Nā

hac

hac ratione quibusdam ad excitandam uesicam hora decem vel duodecim sufficiunt, in tempore anni, regione, & constitutione, calida; alijs vero viginti et plures non sunt satis: Id quod & oppositis contingit, et illis qui hac remedia, progresso iam morbo adhibēt, et in eo qui cum ex summa humorum circa viscera existentium malignitate, aut præcipuarū partium adoriantur inflammatione, certum est loci prauam dispositionē nō raro ad attrahendum intro plus valere, quam vesicatoriū ad extrahendum: Idcirco obseruatum est, in pestiferis febribus magis perniciosis, vesicantia etiam validissima bis & ter repetita, partem potius ritu medicamenti eschharotici aut septici corrupisse, quam aliquid in sūmam cutem deducere potuisse. Itaq; ante omnia morbi idea seu species est cōtemplāda: in morbo.n.ex frigidis, crassis, lentisq; succis prodeunte, inflammationis naturam habente, reuulsorium nullum auxilium ratione eius quod fixum est conuenire potest. In morbo vero vel sine inflammatione, vel in inflāmatione quidem sed incipiente, ex calidis tenuibus

nuibus ac facile mobilibus succis ortum ducente, omnis ratio persuadet Vesicantia multor citius opus proprium, quam in frigidiore, ac ex materia crassiore oborto, esse perfectura. Non leuis tamen habenda est medicamēti apponendi ratio; cum enim tam varia possint esse huius medicamenti materiae simplices & composita, nemini dubium est, efficatiores citius, debiliores serius agere: quarum omnium compositiones paulo post subiungā, vt vnusquisq; sponte sua in varios vsus, variam quoq; huius medicamenti componendi formam addiscat. Nūc autem quæ ad modum pertinent absoluens, illud tantum superaddere volo, hæc medicamenta in morbis cōtumacibus quando .s. longo temporis spatio ipsorum euacuationem desideramus, in forma rotunda esse administranda, vt vlcus circulare longiore temporis spatio perdurare possit; in acutis autem affectionibus, oualis forma magis est eligenda, vt sublato periculo, statim patientes à tali molestia liberentur. Tuendæ verò aut diapalmate, aut alio medicamento sunt circunstantes partes; & subla-

to Vesicatorio, si vesica multo ichore iam referta appareat, & magna reuulsionis necessitas vrgeat, quamprimum tota epidermis euellenda est, locusq; diligenter extergendus, apponen-dumq; attrahens medicamentum, non tamen sacrum aut cerinès: hæc .n. non attractionem, sed magis ritu escharotici memicamenti crustã inducere experientia sum doctus. Simplex igitur diaquilom, vel etiam magnum, aut sola, aut cerato sacro æquis portionibus, uel saltem ad duplum diaquilonis admixta, egregiam operam p̃stare poterũt. Quod si Epidermis quidem sublata, sed sero sa humiditate adhuc minimè referta uideatur, nec reuellendi scopus tantum urgeat, satius est butiro lancinatam partem contegere: Sic.n. separata cuticula, melius deinde tollitur, & propositum medicamentum administratur. Si uero magnus sit dolor, et symptomata non urgeant; ipsi diaquiloni semper butirum addendum esse consulo: & si quando contingat Vesicatorium uiginti & pluriũ horarum spacio nihil effecisse, partem denuò ualidiori Smegmate affricandam esse iudico;

folio

Folio inquam ficus pãno cilicio pumice aut alio consimili, ac valentius medicamentum imponatur. Et si forte vlcus ante morbi perniciem sublatam occludi videatur, nouo vesicator. noua quoq; exulceratio excitabitur vel in ea ipsa parte, vel in proxima. Morbo aũt iam inclinante, quamprimum vlcus vel phœnicinio medicamento, vel de cerusa, in maximo dolore etiam camphorato, aut de minio, aut alio consimili ad cicatricem erit producendum. Quod si ex huius medicamenti admotione ardor vrinæ vel leuis excoriatio superueniat, Ætius in hoc casu lac internis & externis locis vsurpandum esse consulit; nos verò qui in his febribus vsum lactis semper fugiendum esse existimamus, emulsionem seminum melonum ex aqua aut nimphea, aut plantaginis, aut decoctionis maluarum, hordei, & sebesten extractum, aut serum caprinum cum eadem emulsione exhibendum esse volumus. Exterius autem vesicae lac impositum comprobamus; qui etiam vnguentum rosaceum aut infrigidans renibus admotum opem aliquam præstare posse arbitramur. Cœ

Ad urinæ ardorem

terum ne hæc eueniant, ideo in vesicantibus quæ cantharides recipiunt (à quibus solis vesicae vlceratio expectari potest) semina ameos addenda esse consulimus: sequti in hoc Petri Salij diuersi consilium, & propriam quoque experientiã, quæ non semel docuit, talem seminũ mixtionem ab imminentis exulcerationis periculo patientes vindicare posse. Sed qui totam hanc suspitionem effugere cupit, cantharidibus dimissis, alias sibi pro vesicatorio materias eligat, quæ multæ sanè sunt, de quibus & si non pauca superius dixerim, liceat tamen in præsentia aliqua ad formam compositionis attinentia superaddere quæ pestiferis febribus erunt adprime accommodata.

CAPVT LV.

Describuntur variæ Vesicantium pro pestiferis componendorum formæ.

VSVS communis iam apud omnes fere inualuit, vt Vesicantia in Pestif. febr. accepta, ex Sinapi, Euphorbio, cantharidibus, fermento, acetoque acerrimo componantur.

tur. Quæ quidem etsi efficacia sint, et fructũ non contemnendum patientibus afferant, attamen neq; aliæ plures materiæ, neq; alia q̃dam ab hac iam vsitata diuersa componendi forma, forte in quibusdam casibus accommodatiores, desunt, imo vero præsto esse poterunt. Itaq; has hoc tempore proponam, vt vnusquisq; syluam istorum copiosam possideat. Si ergo cantharides alicui propter vesicæ exulcerandæ, aut iam exulceratæ periculum suspectæ fuerint, sic Vesicat. parari poterit. Et primo quidem in Empl. formam.

Rec. Sinapis præparati cum decocto caricarum (vt ex Orib. docuimus.) ℥. ij.
Euphorbij ℥. i.
Caricarum similiter ex Oribasio præparatarum ℥. iij.
misce et aqua vitis fiat pasta pro Vesic.

Quod si quispiam ceratum desideret haec erit forma.

℞. Sinapis
Nitri } an. ℥. i. s.

 Euphorbij

Euphorbij } *an. ℥. ij.*
Thapsiæ }

dissoluantur gummi cum aceto scillitico, quibus dissolutis adde Sinapim & nitrũ & modica cera addita fiat ceratum.

Poterit vero linimentũ sic fieri.

℞. Succi flamulæ Iouis } *an. vnc. s.*
Succi ranunculi }
Sinapis } *an. ℥. s.*
Euphorbij. }
Ceræ parum, & fiat linimẽt. aut vnguentũ.

Quod si cantharides quispiam minime prætermittere vellit, ijs vel in Emplastri, vel Cerati, vel Linimenti, vel Vnguenti formam vti poterit. Emplastrum sic conficiatur.

℞. cantharidũ abiectis pedib⁹ & alis. ℥. iij.
Sinapis } *an. ℥. i.*
Euphorbij }
Sem. ameos ℥. s.
Fermenti ℥. ij.

Aceti

Aceti scillitici q.s. misce & fiat pasta pro Vesicatorio.

Ceratum vero tale erit, et poterit etiam apud pharmacopolas confici, & asseruari, etenim facultas minimè mensium etiam spatio corrumpetur.

℞. Cantharidum praeparatarum ʒ.ij.
Sinapis }
Euphorbij } an. ʒ. i.
Cerae }
Resinae } an.q.s.
Aut picis
misce & fiat ceratum.

Linimentum vero sic parabitur.

℞. Succi flamulae unc.s.
Ventrium cantharidum ʒ.ij.
Sinapis }
Nitri } an. ʒ.i.
misce & fiat linimentum.

Huic quoq; cera addita faciet vnguentum.
Et siquis tam in vnguento, quam etiam in linimento semina illa ameos propter exul-

cerationis

cerationis periculum addere voluerit, hoc, cōpositionem minime vitiabit, quinimo perfectiorem reddet.

His itaq; tam varijs existentibus materijs, ac componendi formis, unusquisq; modo huic modo alteri ut libuerit, et prout morbi idea, magnitudo motus, mos, temperatura, aitas, sexus, habitus, regio, tēpus anni, constitutioq; tulerit, manus admouere poterit. Quod si ipse quoq; aliam quandam compositionem sibi propriam conficere uoluerit, id libentissime concedam, etenim pro Vesicat. materia hæc omnia quæ subiungo accipi possunt præter iam proposita. Clematis altera, scordeon, sandaracha, squamma æris, æs vstum, atramentum sutorium, Veratrum album, elaterium, scilla, lac titymali, lac caprifici, nasturtium, radix helenij, lepidium, tartarum vstum, fimus columborum silues tr.ū, & caprarum: atq; alia plura quæ simul pro loci etiam opportunitate componi, aut sola apponi poterunt. Et hæc in præsentia de Phœnigmis satis esse volo: quamuis non ignoro multa adhuc forte desiderari, hæc vero elegā

tius,

tius, atq; ordinatius exprimi posse. Cæterum benignus lector quæcumq; accusatione digna inuenerit, in meipsum quidem conuertet, amice tamen excusabit, cum intelligat, me æstiuis tantum illis mensibus, quibus à publicis lectionibus vaccamus, opus hoc composuisse; idcirco illum ornatum quem publica monumenta desiderant adhibere non potuisse. Quod si aliquem ex eo fructum desumere profiteatur, hunc totum in Deum Opt. Max. Trinum, & vnum à quo omne bonum prodire confitemur acceptum referat.

FINIS.

Pataui, Apud Paulum Meiettum.
M. D. XCIII.

Superioribus Facultatem Impertientibus.